



# Ad repetita F. Turriani monachi Iesuitae sophismata de ecclesia et ordinationibus Ministrorum Ecclesiae, Responsio

<https://hdl.handle.net/1874/454598>

2

# AD REPETITA

F. TVRRIANI MONA-

CHI IESVITÆ SOPHIS-

MATA DE ECCLESIA ET OR-

dinationibus Ministrorum Ec-

clesiæ, Responso.

*In qua refelluntur omnes tum responsiones, tum obiectiones à Turriano  
propositæ in libro defensionis Sophismatum, quem ille perperam,  
Defensionem lacorum Scripturæ, inscripsit.*

Accessit Tractatus de legitima Vocatione Pa-

storum Ecclesiæ reformatæ.

AVTHORE A. SADEELE,



**MORGIS,**  
Venundantur in officina Typographica Io. le Preux,  
Illust. D. Bernensium Typog.  
cl. 12. LXXX.

А Д Я Е П Т А  
А М О Н И А И Я У Т  
С И Н Е С Т В И Т И Г  
А К Т О В О Й А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й

А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й



А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й  
А К Т О В О Й



ILLVSTRISSIMO  
ET POTENTISSIMO PRIN-  
CIPI AC DOMINO, D. VVILLELMO  
LANDGRAVIO HASSIAE, COMITI  
IN KATZENELBOGEN , DIETZ,  
ZIGENHAIM ET NIDDA, &c. DO-  
MINO SVO CLEMENTISSIMO.

**N**IHL est loquacius vanitate,  
inquit Augustinus: quę non idèo  
potest quod veritas, quia si vo-  
luerit, plus etiam clamare potest  
quam veritas. Hanc Augustini  
sententiam esse verissimam, Princeps Illustri-  
sime, V. Celsitudo , cùm ex aliis Monachis E-  
uangelicæ veritati loquacissima vanitate iam-  
pridem obstrepentibus, tum ex hoc Sophista F,  
Turriano potest facile cognoscere. Quum e-  
nim duodecim Scripturæ locos à Turrianō  
corruptos, ab eius captionib⁹ & Sophisma-  
tum fallaciis, breui quodam libello ante tres  
annos vindicassemus: ecce , post triennes medi-  
tationes (scilicet ut annorum numero, locorum  
numerus responderet) tres tantum locos nobis  
repositi: idque tanta loquacitate, ut cuius antea  
silentium mirabamur , eius nunc profusam lo-

*De Civit.  
Dei L. 5. c.*

27.

## EPISTOLA.

quacitatem cogamur mirari:qua certè nobis abundè superiora illa Augustini verba confirmavit:Nihil esse loquacius vanitate. Ac fortassis isti Græculo , versus hic Homericus occurrerat:*Αἰχθόν τοι δηπόν τε μέτεια κείσθη τε νέαρχος*: idcirco qui rebus erat vacuus , plenus verborum prodire voluit , ne inanis planè prodire videretur. In quo non idem illi quod olim Augustino contigit : qui rogatus à Laurentio ut ab eo breuiter magna dicentur: illius ita petitioni satisfecit, ut res maximas grauissimāsq; uno libello fuerit complexus. Turrianus autem non breuiter, sed loquacissimè:non magna , sed parua , aut nulla potius in medium attulit, non veritatis , sed vanitatis argumenta. Ex quo rursus illam Augustini superiorē sententiam comprobauit: Vanitatem non idem posse atque veritatem, licet possit plus etiam clamare quam veritas. Nam (inquit Tertullianus ) virtus veritatis expedita paucis gaudet:at mendacio multa sunt necessaria. Nos autem, Illustrissime Princeps, nostram hanc secundam Sophismatum Turriani , eiūsq; vanitatis loquacissimę Refutationē offerimus. V. C. quæ superiorē nostrum libellum aduersus eiusdem Turriani Sophismata conscripū à nobis accipere dignata est. Atque id confido V. C. quæ est eius humanitas & clemencia, ingratum non fore:quæ si non grauabitur secundam hanc Turriani Refutationem perlegere, atque, quod à V. C. Turrianus postulauit (quam ab eo latam conditionem non repudio) causam

*punctis ad*

*Laurent.*

*¶. 2.*

*Contra.*

*Marc. lib.*

*¶.*

*In Epist.*

*Dedicat.*

*Pag. 2.*

## EPISTOLA.

causam cum causa, rem cum re, rationes cum rationibus, argumenta cum argumentis, testes cum testibus conferre: addo etiam (quod nescio an Turrianus etiam velit) omnia ad Scripturæ sacræ regulam exigere: non dubito quin statim V.C. discussa Sophismatum caligine, veritatem ipsam magis ac magis videat in clarissima luce constitutam. Nec enim moror quod ille mihi obiecit ex Prologo Plautinæ Comœdiæ (sic e-  
nim Turrianum fabulam incœptantem Prolo-  
gus ille Plauti decuit) me temerè ad hanc dis-  
putationem prosiluisse, & regiones ouilis Petri  
determinasse, perinde ac si ei rei finitor essem  
factus: cùm instituti mei rationem satis copio-  
fè V. Celsitudini exposuerim in superioris mei  
libelli Præfatione. Nec pluris facio quod iste,  
non miles, vt est apud Comicū, sed Monachus  
gloriosus, Thrasonica ostentatione, se præsti-  
tisse iactauit, dum inani spe voraret victoriæ  
gloriam, quam sperat se ex hac disputatione re-  
portatum. Nam ego non meis, sed veritatis  
viribus ita fatus sum, vt in ipsius veritatis iudi-  
cio totus acquiescam: quā nihil esse potentius  
Chrysostomus affirmauit. Quinetiam tanta In Ioann.  
est V. Cels. in sacrarum literarum lectione assi- homil. 28:  
duitas, tantaque rerum Theologicarum cogni-  
tio, quibus vestræ aures tritæ sunt (non autem  
prurientes: vt iste calumniator scurriliter obie-  
tauit) vt sine nostris scriptis, nullo negotio,  
Monachorum omnium, nedum vnius Turria-  
ni contorta Sophismata & omnes fallaciarum

## EPISTOLA.

insidias, non deprehendere tantum, verum etiam redarguere possit. Quó sit ut mirari satis non possim summam Turriani temeritatem, qui, exhausto pudore, verbosam illam suam ac futilem præfationem ausus sit offerre, V. C. &, quod longè stultissimum fuit, eam ab Euangelica professione dehortari, ut, scilicet, Pontificios errores amplectatur. Etenim, ut omittam quæ planè inepta sunt atque etiam virulenta in illa præfatione (quæ, sat scio, V. C. pro sua prudenter facile neglexit) eccuius fuit impudentia,

*In Epist. vobis Demonstrationum Euclidis & eruditissimi illius pulueris scientiam quidem concedere.*  
*Dedic. pag. 19.* sacrarum autem literarum cognitionem detrahere: in qua V. C. imprimis ita excellit, ut ad præclarum hoc studium reliquos huius aetatis Principes exemplo suo excitare videatur? Hic verò bonus, scilicet, Theologus affirmat, facillimum esse de fidei capitibus, deque nostra cum Pontificiis cōtrouersia, etiam absque

*In Ep. Ded. pag. 2.* Theologiæ scientia, iudicare: ac profert locum ex Euangelio Lucæ: ubi Christus admonet, ut per nos ipsos lites subortas dirimamus potius, quā expectemus dum summo iure nobiscū agatur: vnde colligit, facile nos rerū humanarū cōxplis edoctos posse de hisce cōtrouersiis ad fidē pertinentibus iudicium facere. Quo quidem argumento tantopere delectatus est, ut in sua præfatione decurratam hāc sententiam decies, aut eo amplius, (nempe ut paginam impleret) decantatam repetierit *Quid autem & quod iustum*

E P I S T O L A .

stum est à vobis ipsis non iudicatis? Id autē Rheto-  
 ricè dilatans, quærit à V. C. num iura noua fi-  
 nium regundorum describi, nomen antiquissi-  
 mæ familiæ mutari, sibi debita tributa negari  
 in sua ditione pateretur? Quæ quum ego le-  
 gerem, mihi audire visus sum V. Cels. ex co-  
 dem Euangeliō Lucæ hæc verba usurpatam, *Luc.19.*  
 quibus Turrianum refutaret: *Ex ore tuo te iudi-  
 co, serue nequā.* Si enim qui vel noua iurafinum  
 regundorum describeret, vel nomen antiquissi-  
 mæ familiæ mutaret, vel tributa denegaret,  
 non esset ferendus: quantò minus ferendus fuit  
 Romanus Pontifex? qui Ecclesiam (de qua sic  
 aliquando Hieronýmus: Non egressa est de fi- *In Mich.*  
 nibus suis, hoc est, de Scripturis sanctis) nō Scri-*l.1. cap.1.*  
 pturæ sacræ terminis, sed humanarū Tradi-  
 tum ac suæ cupiditatis finibus descripsit: qui  
 non tantum noua Pontificum, Archiepiscopo-  
 rum, Primum, Cardinalium & pleraque e-  
 iusmodi nomina, sed res planè nouas, noua cō-  
 menta, nouas dominandi artes, nouam dēnique  
 Tyrannidem inuexit, pro vetere, tum doctrinæ  
 tum disciplina quam Apostoli Ecclesiæ tradi-  
 derunt: postremò, qui honorem & cultum solā  
 Deo debitum & ipsam gloriam Christi pro-  
 priam non dubitauit ad se transferre. Atque  
 ita, Illuſtrissime Princeps, vel ipsius Turriani  
 machina, qua inuictissimam vestræ fortitudinis  
 arcem tentare ausus est, castellum Pontificis *In Epift.*  
 Romani facile labefactari possit. Nam quod *Dedic.*  
 nobis obiicit veterem illam ac rancidam noui- *pag.3.*

## EPISTOLA.

tatis accusationem, nouam certè responseñ non desiderat: cùm ad inceptam eiusmodi obiectionem plus millies iam sit à nostris respōsum,

*Lib. 4. contr.* & imprimis hac præclara Tertulliani sententia. Id verius esse, quod prius: id prius, quod ab initio: id ab initio, quod ab Apostolis. Quare,

*Marcion.* cùm, repudiatis hominum commentis, solam veritatem doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ recipiamus: non potest fidei nostræ Confessio videri noua, nisi quibus scripta ipsa Prophetica & Apostolica noua sunt. Nec id tempus

*1. Pet. 3.* considerandum est quo fidei Confessio exhibetur (quandoquidem Petrus iubet nos semper esse paratos ad edendam fidei ac spei nostræ professionem) sed sola Confessionis fi-

*In Epist. Ded. pag. 5.* dei veritas spectanda est. Nec certè Turria-

nus nobis Tertulliani præscriptiones oppo-

*De virg. veland.* neret, si Tertullianum ipsum audiret affirmantem (hæc enim sunt illius verba) neminem posse

aduersus veritatem præscribere: hæreses non tam nouitate, quam veritate esse reuinendas:

*De refut. eam.* denique hoc esse hæreticocū proprium, ut suas

quaestiones de solis Scripturis sistere non pos-

fint. Quum igitur Tertullianus aduersus Valen-

tinum, Marcionem & alios eiusmodi veteres

hæreticos præscribit, qui & Scripturas ipsas ne-

gabant, & traditiones quasdam non scriptas

obtrudebant (quibus hæreticis opponit succel-

litionem Apostolicæ doctrinæ, ab ipsis Apo-

lorum temporibus ad illa usque tempora pro-

pagatae) nostram non laedit, sed potius adiuuat

*sente-*

## E P I S T O L A .

Sententiam, qui, in quæstione fidei, solis Scripturis contenti, traditiones omnes repudiamus, aliunde quam ex scriptis Propheticis & Apostolicis inuectas. Ac profectò quum Pontificij toties antiquitatem inculcant, mihi videtur illius Gracchi persimiles, qui quum effudisset ærarium (inquit summus Orator) verbis tamen ærarium defendebat. Isti enim verbis antiquitatem defendunt, qui veræ antiquitatis diuitias, hoc est, Apostolicæ doctrinæ & disciplinæ puritatem effuderunt. Sed aliam etiamnum accusationem profert Turrianus: *In Epist. Dedic.* nempe quod in sola sint Germania, qui doctrinam Euangelicam profiteantur: nec illi qui *pag. 23.* dem satis inter se consentientes. Nimirum condonandum est aulico isti Monacho, cui per strepitum aulæ Pontificiæ, in qua Romæ versatur, non licuerit audire quæ passim circumferuntur de propagatione & processu nostræ, hoc est, Euangelicæ doctrinæ per vniuersum terrarum orbem: idque tanto consensu, ut vbiunque sint nostræ Ecclesiæ, Pontificium primatum (de quo nostra hæc instituta est disputatione) uno ore, iisdem animis, verbis ac scriptis damnent, reiiciant, refellant, detestentur, denique, perhorrescant. Verum enim uero quid sibi vult impurus iste calumniator, dum mutuas nobis dissensiones obiciens, festucam (vt ait Scriptura) querit in aliorum oculis, & in suis trabem non animaduertit? Ac ne mihi commemoranda sint infinitæ Monachorum,

*In Epist.  
Dedic.*

*pag. 23.*

E P I S T O L A .

cum in moribus, tum in doctrina discordia, unus Turrianus satis magno est argumento, quam bene, scilicet, Pontificij inter se consentiant; qui non solum à Lombardo Scholastico-  
rum magistro desciscit, Thomam Angelicum  
doctorem repudiat, Gratianum Decretorum  
Pontificalium Amanuensem flagellat, nouas &  
reliquis Monachis incognitas sententias ob-  
trudit (quæ omnia manifesta sicut ex hac no-  
stra Respōsione) sed etiam ipse à se dissentientis  
perpetuis contradictionibus conflictatur: adeò  
ut æstu disputationis modò in hāc rapt<sup>9</sup>, modò  
in illam reiectus sententiā, non tam disserere,  
quam perpetua quadam iactari tempestate vi-  
*Turriani* deatur. Atque ut pauca proferamus ex quibus  
ca contra- dē aliis omnibus iudiciū haberi possit: nūc ait  
dīctiones. me locum Matt. 16. non putare ad electorū Ec-  
clesiam pertinere: atque id mihi gratulatur: nūc  
Pag.lib. cōtrà, agnoscit me locum illum referre ad Ec-  
Tur.18. clesiam electorum: ac proinde suam gratulatio-  
Pag.155. nem reuocat. Nunc affirms fidem Petri, super  
Pag.91. quam dicit Ecclesiam esse ædificatam, esse fi-  
& seq. Pa.14.74 dem, qua Petrus credidit: nunc ait fidem illam,  
79.96.98. esse doctrinam quam professus est Petrus, &  
99.109. quam Ecclesia profitetur & prēdicat. Item, Ec-  
Pag.91. clesiam esse ædificatam super Petrum: contrà  
Pag.117. Petrum esse super Ecclesiam, & Ecclesiam esse  
sub Petro. Item, Apostolos non fuisse à Petro  
Pag.184. vocandos, nec confirmandos in suo munere:  
P'ag.17. contrà, in vno Petro fuisse autoritatem appro-  
Pag.11. bandi Pauli prædicationem. Item, electorum  
13.97.c. Eccle-

## E P I S T O L A.

Ecclesiam esse inuisibilem: contrà, electorum *Pag. 156.*  
Ecclesiam esse visibilem. Item, Ecclesiam Ca-*157.*  
tholicam esse vnum corpus visibile, licet eius *Pag. 66.*  
partes non sint in vno loco congregatae: con-*67.*  
trà, formam vnius Ecclesiæ Catholicæ esse, vt  
est Ba, syllaba: non autem vt B, & A, literæ se-  
paratae. Denique, ne pluribus recensendis mo-  
lestus sim, ait me negare vlos esse in Ecclesia  
successores Apostolorum: contrà, alio in loco *In Epist.*  
me reprehendit, quòd cum ordinariis Pastori- *Dedicat.*  
bus faciam etiam Laicos(ut loquitur) Aposto- *Pag. 19.*  
lorum successores: vbi non satis fuit Turriano *Pag. 166.*  
Sophistam agere, nisi se falsarium quoque pro-  
deret. Deleuit enim quod adscripsoram: *ngrā l., Turrian.*  
quo loquendi genere in scholis trito, significa- *falsarium.*  
bam, non plane, sed quodammodo & aliqua ra-  
tione, fideles ipsos posse dici Apostolorū suc-  
cessores: nempe quatenus Apostolicam doctri-  
nam retinent. Nolo etiam prætermittere quod *In Epist.*  
ille imprimis vrget apud vestram Cels. nempe *Dedicat.*  
nos esse miraculis destitutos, quibus tamen *Pag. 24.*  
Pontificij abundant: cùm præsertim à nostris  
Ecclesiis dæmones non expellatur. Nos autem,  
qui ade miraculorum dono plura suo loco dixi-  
mus, hoc tantum addemus: Turrianum rem i-  
psam non rectavia reputare, qui neget à nostris  
Ecclesiis expelli dæmones: quandoquidem fa-  
tis constat, in Germania, Heluetia, Anglia &  
multis aliis in Regnis ac Prouinciis, simulatque  
pura Euangelij prædicatio, hisce postremis tē-  
poribus, exorta est, innumerabiles Franciscan-

E P I S T O L A .

fiorum, Dominicanorum, Benedictinorum,  
Carmelitarum (nondum nati erant cacodæmo-  
nes isti Iesuitæ) & reliquorum Monachorum,  
hoc est, immundorum spirituum cateruas ab  
Ecclesiis Reformatis procul cieetas fuisse. Nec  
villam causam video quamobrem Turrianus  
iactet Pontificia miracula: nisi fortè alludat ad  
ea quæ sodales ipsius apud Indos, in novo illo  
terrarum orbe, edere se gloriantur. Sed, quia  
longū est iter ad illa miracula Iesuitica, negamus  
Pōtificios esse vero & ~~mirabilia~~ illo dōno præ-  
ditos: nec alia Monachorū agnoscimus miracu-  
la, quā impurissimę doctrinę, & vitę corruptif-  
simę monstra ac portenta (vt hoc Euripidæum  
propter Turrianū Gr̄eculum usurpemus) ~~apparet~~,  
~~avarijosa, vanitatis ep̄a.~~ Quò fit vt non aliorum  
tantum Monachorum, sed suam etiam Turria-  
nus profligatam impudentiam superarit, quum  
*Turrian⁹* Lutheri fœlicem memoriam & nomē celeber-  
calumniæ rimum non fuit veritus putidissimis calumniis  
tor & ma & anilibus fabulis apud V.C. profcindere: ore  
ledicus pe quidem & calamo Turrianico dignissimis: sed  
tulantiſ. indignissimis, quæ Illustrissimi Principis auri-  
*In Ep.* bus & oculis proponerentur. Atque hæ sunt  
dedi. pag. 10.25. rationes, hæc præclara, scilicet, argumenta, qui-  
bus obſcœnus ille & impudens Monachus V.  
Cels. tentare voluit, vt eam auerteret ab Euā-  
gelica professione. Quare dum rogat V. Cels. vt  
ſiquis cā ab audiendo Turriano dehortetur: tū  
id in memoriam reuocet, quod aliquādo Chri-  
ſtus

## E P I S T O L A.

stus dixit Petro: *Vade post me, Satana* (qua in re, si velit Pontificem Petri esse successorem, per me id quidem licet) certè imprudēs Monachus V. Cels. dictauit accōmodatissimā toti<sup>9</sup> suę Epistolę Dedicatorię Refutationem, qua vos vni Christo adhærescentes istum satanam procul à vobis valere iubeatis. Mihi verò Princeps Illustrissime, nihil opus est V. Cels. ad fidei ac pieta tis constantiam cohortari: cuius exemplo non modò Principes, verum etiam plebeij homines passim ad Euangelicę doctrinę studium incēduntur. Hoc ęnum nobis optandum est: vt in hoc præclaro pietatis cursu, Deus Opt. Max. V. Cels. hīc diu conseruet in columnem, piis hominibus, tum exemplo, tum autoritate ac fauore, aliisque optimis rationibus, profuturam: ac tādem æternę felicitatis faciat participem.

Domin⁹ Cels. V. perpetuō gubernet suo Spiritu, & quib. ornauit pietatis, doctrinę, virtutisq. donis, iisdem magis magisque locupletet, ad Euangelicę veritatis progressum & ædificationem Orthodoxę ac verę Catholicę Ecclesię: quę, (vt future disputationis summam vno verbo V. C. proponamus) reiectis Pontificiis erroribus, vno Christo nititur, tanquam Capitulo: vnum denique Pastorem agnoscit Iesum Christum Pastorum omnium Principem, cuius solius vocem audit, & alienos omnes falsosque Pastores & doctores fugit, ac proinde Roma-


E P I S T O L A.


num Pontificem atque eius satellites Monachos, Monachorumque nequissimos Jesuitas auersatur. Ex Musæo nostro die duodecima Augusti. M. D. LXXX.

Illustris. C. V.

Obsequentissimus &  
obseruantissimus.

Antonius Sadeel,





## SVMMA PRIORIS DISPUTATIONIS.

Τηνοκάριδρον Turriani: ordinationes Protestantium esse irritas, nullas, & mere Laicas.

Tò μέσον assumptum ad huius Propositionis confirmationem: Romanum Pontificem esse caput visibile Ecclesie. Et sub eo capite continuam esse debere ordinariam Episcoporum successionem.

Complexum est eiusmodi: Omnes legitime ordinationes nituntur ordinaria Episcoporum successione, sub visibili totius Ecclesie capite Pontifice Romano.

Nullae autem Protestantium ordinationes tales sunt:

Quare nullae Protestantium ordinationes sunt legitime, sed ex ratione consequentis irritae, nullae, & mere Laicas.

### AD SUPERIORIS SOPHIS-

matis solutionem sequentia capita.

suis queque locis tra-

Etabuntur.

VIT Medium assumptū à Turriano tollatur, docendum est, Rom. Episcopum non esse caput visibile Ecclesie: & Primum Rom. Pontificis non Scripturæ testimoniis, sed humanis tantum institutis confirmari.

**Contrà:** Expressis Scripturæ locis euincendū est, Christum esse vnicum Ecclesiæ caput: & qui aliud secundarium Ecclesiæ vniuersitæ caput cōstituunt, eos non tantum in Theologia ψιλούμενοι, verum etiam aperte βλασφημant.

Locorum aliquot Scripturæ à Turriano de prauatorum veris ac genuinus sensus ex ipsa Scriptura proferendus.

Atque ut veritas dilucescat, explicandæ sunt quædam, quæ sæpe occurruunt in hac disputatione.

Ipsum Ecclesiæ nomen exponendum, & docendum est, quid Ecclesia Catholica à singulis & particularibus Ecclesiis differat.

Discutiendum, num rectè Ecclesia catholica, visibilis dici possit.

Explicandum nomen Successionis: ut ἐπομένων ab ἀπόδει, & adumbrata ac titularis tantum successio à vera legitimaque successione disceratur. Item successio doctrinæ à successione Ministeriali distinguenda.

Proponendæ sunt variæ mutationes, quibus Ecclesiæ status visibilis est obnoxius, & ipsa Ecclesiæ substantia ab exteriori & visibili forma distinguenda.

Quærendum, rectènē dici possit ordinaria successio, quando ordo Ecclesiæ collapsus est.

Quo pacto dicendæ sint extraordinariæ votationes eç, quibus ordo collapsus restauratur.

Quidnam dici possit ordinarium, quidve extraordinarium fuisse in iis, qui Ecclesiam hac extate

statæ ex præscriptis Apostolicis reformârunt.

Confirmandum est, Episcopum eûdem plane esse cum Presbytero iure diuino, adeò ut non minus Presbyteri, quam Episcopi ius ordinandi habeant.

Pontificios de Ecclesia Catholica per universum terrarum orbem diffusa falsò gloriari.

Ne ipsos quidem Pontificios habere ordinariam successionem, sed solum successionis simulachrum in ordinationibus Ecclesiasticis, siue ordinandi formam, siue ipsius Ministerij functionem spectes: adeò ut Turriani Medium non modò falsum sit, ut quod falsis principiis nitatur: sed etiam ineptum, cum sit commune, & facile in Sophistæ caput retorqueri possit.

Ita euerso Turriani Argumento, & discussa Sophistices nebula, substituenda est vera & aperta hæc àvriφαστις.

Omnes ordinationes quæ legibus & præscriptis Apostolicis, atque expresso Dei verbo nuntiuntur, sunt legitimæ: At ordinationes quæ fiunt in Ecclesia Reformata sunt eiusmodi: Quare Ecclesiæ reformatæ ordinationes sunt legitimæ: & ex ratione consequentis, ratæ, veræ, & merè Ecclesiasticæ.

4



# S V M M A P O S T E R I O R I S D I S P U T A T I O N I S .



Vvm Turriano propositum es-  
set probare Protestantium Or-  
dinationes esse irritas, nullas ac  
merè laicas ( hæc enim sunt eius  
verba) id vt efficeret in superio-  
ri disputatione, adhibuerat hoc argumentum,  
Eas demum esse legitimas ordinationes, quæ  
nituntur ordinaria Episcoporum successione  
sub visibili totius Ecclesiæ capite Pōtifice Ro-  
mano. Quod cùm de Protestantium ordinatio-  
nibus dici non posset, inde sequi eas non esse  
legitimas. Huius autem argumenti, duæ potis-  
simum erant partes: vna, de Romani Pontifi-  
cis primatu: Altera, de ordinaria Episcoporum  
successione. Ad utriusque confirmationem at-  
tulerat duodecim locos Scripturæ, quos sigil-  
latim excussimus in eo libello, quem aduersus  
eius sophismata ante tres annos edidimus. Ecce  
autem post trium annorum silentium, pugnam  
instaurat Turrianus , atque ex duodecim illis  
Scripturæ locis tres tantum nobis proposuit,  
reliquos scilicet, quum erit commodū, perfe-  
quuturus. In hoc igitur libro potissimum agit  
de Pōtifice Romano, quem Petri successorem,  
ac pro-

ac propterea Ecclesiæ Catholicae Pastorem, & caput esse multis quidem verbis, nullis autem rationibus affirmat, vt spero ex hac nostra disputatione fore manifestum. Quia vero tres illi loci nihil habent cum Romano Pontifice commune, & ad eum, nisi per vim ac nefas, trahi non possunt ( quippe quorum verus sensus doctorum nostrorum scriptis luculentissimis iam pridem ante omnium oculos versatur ) in hoc potissimum laborat Turrianus, vt veritatem inuoluat sophisticis quibusdam fallaciis veræ Philosophiae nomen ac titulum ementitus. Hinc fit ut lôgè saepius in hoc libro, quam in superioribus Aristotelem appelle, Aristotelem identidem inculceret, & nos modò ad Physica, modò ad Metaphysica Aristotelis, nunc etiam ad eius Politica reuocet: idque tanta animi contentione, vt non iam Apostolicum, sed Aristotelicum aliquod Ecclesiæ Catholicae caput præficerre velle videatur. Quod magis miror, quid huic Sophistæ in mentem venerit, vt quoties Aristotelis meminit (meminit attem fôpissimè) toties dicat se meum Aristotelem citare. Atenim in meo libello Aristotelem ne nominaueram quidem, tantum abest (quod iste facere voluit, sed non potuit) Aristotelem in hac causa patronum adoptare voluerim. Enimvero licet Aristotelis ingenium admirer, & eos audiâ libentissimè, qui summis Aristotelem laudibus extulerunt (vt qui mentis acie vim rerum, naturamque viderit, qui flumè orationis aureum

Cie. de o- fuderit, qui fuerit in Philosophia propè sin-  
 rat.lib.1. gularis, qui abundantia quadam ingenij præ-  
 Acad. stiterit, denique qui fuerit φιλοσόφωντος,  
 quest. lib. 2. φίλοντος, αἰνολογικῶντος) absit tamen, absit  
 Ibidem. inquam, ut Theologicas tractationes ex A-  
 Acad. aristotelis, vel ex ullius Philosophi penu de-  
 quest. lib. 1. promendas esse censem, quæ potius vni ver-  
 Diog. bo Dei nobis in sacris literis exhibito sunt  
 Laert.in addicendæ, quemadmodum in disputatio-  
 Arist. ne de verbo Dei scripto aduersus humanas  
     traditiones, anno superiore fuit à nobis co-  
     piosius explicatum. Quamobrem, hac qui-  
     dem in parte, bis à Turriano peccatum  
     est.

Primum dum Aristotelem identidem citan-  
 do videtur quæstiones Theologicas ex prin-  
 cipiis Philosophicis velle definire, quod ne-  
 que Theologia patitur, nec ipsa etiam ad-  
 mittit Philosophia, quæ iubet vnumquemque  
 adhibere eius scientiæ principia, in qua ver-  
 satur, potius, quam (ut Philosophicis ver-  
 bis vtā) μεταβάνειν οὐδὲ γένεσι. Deinde quod  
 veram Philosophiam in Sophisticen conuer-  
 tit, & quæ recte ac præclarè ab Aristotele  
 dicta sunt, detorquet ad eorum confirmatio-  
 nem, quæ perperam ab ipso, & ineptissimè di-  
 cuntur.

Atque ut id ostendam, quia mihi quæ-  
 dam dicenda erunt, quæ ad Philosophiam  
 pertinent, factum meum in eam partem ac-  
 cipi

cipi nolim , quasi existimem Philosophiam cum Theologia confundendam , aut quæstiones Theologicas esse ad Philosophorum placita reuocandas . Nam Religionis & fidei capita ex solis Scripturis docenda , ac dicenda , disinienda esse credo & affirmo : Philosophiam autem , si Scripturæ substituiat , non negligendam : si repugnet , non audiendam , De refutis  
car. vt ( quemadmodum Tertullianus dicebat ) ita simus discipuli Naturæ , ut Prophetiæ credamus .

Itaque quum astro & affirmo nostram sententiam , vtr tantum planis & expressis Scripturæ testimonis , quæ sunt certissima ac tutissima veritatis fundamenta : quum vero diruo ac refello Turriani sententiam , quæ præsertim sophisticis argumentis nititur , tum cogor etiam ex veræ Philosophiæ legibus eius errores & fallacias redarguere . Quod ut mihi in hac disputatione facere liceat , concedi postulo à doctissimis Theologis , à quibus ipsa adeò Philosophia hanc petit veniam , ut sibi liceat in hoc theatrum Theologicum paucisper ingredi , & Turrianum argutiis sophisticis , tanquam spinis ac virbris obseptum , inde quasi extenta manu nudum extrahere , eiisque futilles & inanes captiunculas ante omnium oculos constituere . Atque ut id facilius impetrare possim , fecit ipse Turrianus , qui quoties Aristotelem , toties meum

Aristotelem appellavit. Meumne igitur Aristotelem ( quandoquidem ita loquitur Turrianus ) ab hoc hoste Monacho patiar captiuum duci, atque è vera Philosophia , seu ex sua possessione deiectū trahi in Monachorū castra, ut qui lux Philosophiæ ad hūc usque diem fuit, sit deinceps mācipium Sophistarū? Imò potius sua laus Aristotelī maneat , Turrianus autem Sophista & calumniator, hoc est, talis, qualis est, ab omnibus habeatur.

Vt autem quæ postea dicentur, facilius intelligi possint, antequam ad singulares Turrianitum obiectiones, tum respōsiones accedamus. Operæ pretium est summam totius disputatio- nis proponere, & tam vocabula, quam res ipsas diligenter excutere, quibus intellectis, ea quæ postea sequentur aut nullam habebunt, aut exiguum difficultatem. Quamobrem quia nos Turrianus cùm sententiariū pondere non posset, paginarum numero obruere voluit, ac proinde librum edidit prope sesquipedalem. Thra sonicis ampullis inflatum, & ( vt aliquando Nazianzenus loquutus est ) magnum *ypāmenon, μετᾱμετᾱ* idcirco nos huius defensionis Turrianicæ *ανάλυσιν* ita confecimus, ut detractis conuictis, remota que inani loquacitate, quod super- fuit id totum comprehēsum sit tribus syllogis- mis sequentibus.

I. *Quicquid est forma essentialis Ecclesia Apo- stolice, id perpetuum esse debet in Ecclesia Apo- stolica.*

ANTON. SADEEL. RESPOND.

9

Hac dispositio Ecclesie, ut Ecclesia Apostolica habeat Apostolos, & in iis unum principem, est forma essentialis Ecclesie Apostolice.

Quare eiusmodi dispositio Ecclesie in Ecclesia Apostolica perpetua esse debet: & vi consequentia, unum est caput visible totius Ecclesie Catholicae, nempe Pontifex Romanus Petri successor.

2. Omne corpus visible unum caput visible habeat necesse est.

Ecclesia Catholica est corpus visible.

Quare Ecclesia Catholica unum caput visible habeat necesse est, nempe Romanum Pontificem Petri successorem.

3. Constituto sine posito fine Ecclesie, ea que ad illum finem referuntur, esse quoque necesse est.

Sanctorum consummatio est finis Ecclesie constitutus.

Quare positar consummatione sanctorum, ea que ad sanctorum consummationem referuntur, esse quoque necessum est.

Porro, hæc sunt que ad sanctorum consummationem referuntur: Apostoli, Prophetæ, Euangeliæ, Pastores & Doctores, qui omnes sunt, & manent in successoribus suis, & inter Apostolos unus, super quem perpetuo edificatur Ecclesia usque ad consummationem sanctorum, cui singulariter data sunt claves regni cœlorum: & qui singulariter inbetur pascere omnes oves Christi: is autem est Petrus manens in successore suo Pontifice Romano.

**E**cce tibi eorum omnium summa quæ Turianus proposuit, in quibus nullum propè verbum est, in quo non subsit aliquid fallaciae, & captionis. Itaque ne rudioribus imponant, subiiciam aliquot obseruationes, quarum ope atque ductu, quiuis facile possit tres illos superiores syllogismos redarguere.

Ad dissoluendum primum syllogismum quatuor nobis intelligenda sunt: Primum, quid sit forma essentialis, & an exterior dispositio possit esse forma essentialis.

Secundum, quid sit Ecclesia Apostolica, & quænam fuerit exterior dispositio, & forma Ecclesiæ Christianæ temporibus Apostolorum.

Tertium, an illa exterior dispositio & forma Ecclesiæ Apostolicæ remanserit.

Quartum, an ea forma exterior Ecclesiæ, quæ videtur esse magis ordinaria, possit aliquando interrumpi.

Atque, ut de primo agamus, forma essentialis ea dicitur, quæ dat esse rei, per quam res verè cognosci potest, quæ est *τὸ τι ἡ εἶναι*, & (ut ita loquamur) rei quidditas: denique qua sublata, rem ipsam tolli necesse est. Quamuis autem substantiæ verè ac propriè esse dicantur, tamen ipsa quoque accidentia suo modo dicuntur esse, quatenus in subjectis existunt. Ex quo fit, ut non tantum in substantiis, verum etiam in accidentibus forma essentialis possit quodammodo

modo considerari: ita tamen ut substantiarum forma essentialis sit interior, & mentis oculis perspiciatur. Accidentium autem quorundam forma sit eiusmodi, ut quanuis significet ipsum accidentium essentiam, non alia tamen, quam exterior & visibilis esse possit. Exempli causa, homo, substantia est, itaque hominis forma essentialis non est exterior, nempe vel magnitudo, vel albedo, vel ipsa vultus, atque oris compositio: sed interior, nempe anima, quae si absit, homo esse desinit, licet ad aliquod tempus exterior illa forma possit aliquatenus remanere, non iam in homine, sed in eaduere. At in superioribus illis Accidentibus forma essentialis exterior est, adeoque illa ipsa accidentia nihil aliud sunt, quam forma exterior, quemadmodum perspicue tradunt Philosophi: ut qui limen dicit (hoc enim vtitur exemplo Turrianus) non certam substantiam designat, sed significat Accidens, hoc est, certam formam & dispositionem in subiecto aliquo. Quibus intellectis, facile est cognoscere formam essentialē Ecclesiæ non esse ex rebus externis metiendam, sive de Ecclesia Israelitica, sive de Christiana loquaris, nam una est eademque Ecclesia, quantum attinet ad formam essentialē.

At olim dictam fuisse Israeliticam, nunc autem dici Christianam Accidentia sunt Ecclesiæ, non ipsius Ecclesiæ essentia. Ex quo

efficitur eum, qui dicit exteriorē Ecclesiā formam esse formam essentialē Ecclesiā, périnde loqui, ac si diceret limē vel iānuam esse formam essentialē ligni aut lapidis, aut alicuius eliusmodi materiā. Atque hāc est praeclara Turriani Philosophia, qui toties Aristotelem inculcauit: is enim formam essentialē Ecclesiā Christianā exteriorem esse opinatur, nos interiorem esse credimus.

Secundō videndum est quo sensu dicatur Ecclesia Apostolica. Licet enim hoc nomen non extet in sacris literis, tamē aliquoties à veteribus usurpatum, nec tamen semper eodem sensu. Nam Ecclesia Apostolica apud veteres aliquādo significat Ecclesiam Christianam, quā nūtitur Apostolorum doctrina: & ita loqui solent

*Synod.* Patres in vetustissimis symbolis, cū dicunt se  
*Nicen.* credere Ecclesiam Catholicam Apostolicam,  
*Synod.* ac videntur ad eum locum respexisse, vbi Apo-

*Constant.* stolus dicit fideles esse superstructos super fundamentum Apostolorum, & Act. 2. Erant perdurantes in doctrina Apostolorum, nos Ecclesiam Christianam vulgo dicimus: Turrianus autem renouatam inusitato, nec satis apto vocabulo. Dicuntur etiam numero multitudinis Ecclesiā Apostolicā, in quibus Apostoli docuerunt, & quā doctrinā ab eis traditā ser-

*De presc.* uarunt: sonantes Apostolorum vocem, (inquit  
*heret.* Tertullianus) & repräsentantes faciem vniuersitatisque. Item, quā ab illis propagatae sunt  
 nitate doctrinæ. Tot ac tantæ Ecclesiæ, inquit,

vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes: *Ibidem*,  
 sic omnes primæ & omnes Apostolicæ dum v-  
 nam omnes probant ynitatem. Item: vnde ex-  
 tranei & inimici Apostolis & hæretici, nisi ex  
 diuersitate doctrinæ, quam vnuſquisque de suo  
 arbitrio aduersus Apostolos aut protulit, aut  
 recepit? Illic igitur & Scripturarum & exposi-  
 tionum adulteratio deputanda est, vbi diuersi-  
 tas inuenitur doctrinæ. In hac autem signi-  
 ficatione, quæ doctrinam ac fidem respicit,  
 forma essentialis Ecclesiæ Apostolicæ non ex-  
 terior est, sed interior. Nam quemadmodum  
 sub vetere Testamento fideles ex Prophetica  
 doctrina crediderunt in Christum suo tempo-  
 re exhibendum: ita sub nouo Testamento fi-  
 deles ex Apostolica doctrina credunt in Chri-  
 stum suo tempore exhibitum. Quare idem est  
 Christus, eadē doctrina, eadem fides, si spectes  
 essentiam: temporum autem & dispositionis  
 varietas, & reliqua eiusmodi accidētia, formam  
 essentialē Ecclesiæ non mutarunt: quò fit vt  
 Paulus dicat, Euangelium fuisse promissum in *Rom. I.*  
 lege & Prophetis, & alibi profitetur se nihil *& alibi*  
 dixisse extra ea quæ Moses, & Prophetæ futura *Aet. 26.*  
*In Psal.*  
 prædixerunt. Præclarè igitur Augustinus o-  
 mnes, inquit, qui ab initio seculi fuerunt iusti,  
 caput Christum habent. Illum enim venturum  
 esse crediderunt, quem nos venisse iam credi-  
 mus, & in eius fide & ipsi nati sunt. In cuius &  
 nos, vt & esset ipse totius caput ciuitatis  
 Hierusalem omnibus connumeratis fidelibus

ab Initio usque in finem. Hæc ille, quibus ex  
*Quest. & Ref. 10.* pressit quod aliquando dixerat Iustinus Mar-  
 tyr, legem esse Euangelium prænuntiatum  
 & vicissim Euangelium esse legem comple-  
 tam.

Alio etiam modo Ecclesia Apostolica apud  
 Veteres pro eo statu Ecclesiæ, qui fuit Aposto-  
 lorum temporibus: ut nos vulgo primituam  
 Ecclesiam dicimus. Atque ita non significa-  
 tur quid sit Ecclesia, sed qualis fuerit, ac pro-  
 inde non agitur de essentiali, sed de exteriori  
 forma Ecclesiæ. Exempli gratia: si quis resci-  
 re velit qualis fuerit Ecclesia Christiana pri-  
 scis illis Apostolorum temporibus, colliget  
 ex scriptis Apostolicis ea omnia quæ ad illam  
 rem facere videbuntur, præsertim ex libro  
 Lucæ, de Actis Apostolicis. Adde hunc Pau-  
*Ephes. 4.* li locum, Dedit alios quidem Apostolos, &  
 alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pa-  
 stores & Doctores. Et alio in loco, Ali-  
*1. Corint. 12.* os constituit Deus in Ecclesia, primùm A-  
 postolos, deinde Prophetas, tertio Docto-  
 res: Deinde potestates, deinde dona sana-  
 tionum, opitulationes, gubernationes, genera-  
 linguarum &c. hæc igitur omnia significant  
 non ipsam essentiam Ecclesiæ Christianæ:  
 sed modum, rationem, & ipsa instrumenta  
 primùm adhibita ad Christianam Ecclesiam  
 colligendam: adde etiam charismata extraor-  
 dinaria, & præstantissima illa donorū ornamen-  
 ta, quibus tum oportuit Ecclesiam excellere, ut

Gentes in eam cooptarentur. Quæ cum ita sint facilè cuiuis perspicuum esse potest, quàm Turrianus dum vult alios fallere, lôgè ipse fal-latur, vt qui existimet illam externam for-mam, & eum statum Ecclesiæ, qui fuit Aposto-lorum temporibus, esse formam essentialē Ec-clesiæ Christianæ. Nam si ita esset, quandoqui-dem forma essentialis est ipsa rei quidditas, se-queretur, si quis ita rogaret, Quid est Ecclesia Christiana? ita respondendum esse: Sunt Apo-stoli, Prophetæ, Euangelistæ, Pastores, Docto-res, potestates, dona sanationum, genera lin-guarum, &c. Quod quàm absurdum sit, pu-to vel ipsum Turrianum iam agnoscere. Nec enim Ecclesia in solis Doctoribus con-sit.

Tertiò, quærendum est an illa ipsa exteri-or forma, quę luxit in Ecclesiæ Christianæ pri-mordiis, semper remanserit, quemadmodum Turrianus existimat, eo scilicet argumento ductus, quod eiusmodi dispositio Ecclesiæ Christianæ fuerit ipsius forma essentialis: at id quàm falsum sit, paulò antè demonstrauimus. Quare cùm ipsa ratio, tum usus & experientia, satis docuit initia Euangelicæ prædicationis multa eximia & singularia habere debuisse, vt ita commodiùs Ecclesiæ Christianæ fundamē-ta iacerentur: quibus cōstitutis, tum aliam for-mam exteriorem Ecclesiæ subsequuntam esse. Nam vt taceam quæ statuta sunt ab Apostolis vt infirmitati Iudeorum inscrivent, quæ iam

pridem obsoleuerunt, certè paulatim ipsi Apo-  
 stoli è viuis sublati sunt, neque diu remanserunt  
 Euangeliæ, & ipsa prophetiæ, linguarum &  
 miraculorum dona, qualia fuerunt primis illis  
 temporibus in Ecclesia, paulò post esse defie-  
 runt. Manserunt aliquandiu veri Pastores &  
 Doctores: sed ( fatendum est enim) post Apo-  
 stolorum mortem, tanquam sub occasum cla-  
 rissimorum syderum, diffusæ sunt umbræ, quæ  
 paulatim ita creuerunt, longè latèque disperse,  
 ut tandem vniuersus propè terrarum orbis in  
 Pontificiis erroribus, tanquam crassissima no-  
 ñe multos annos versatus sit, donec hisce po-  
 stremis temporibus reducta Euāgelij luce cla-  
 rissima Ecclesiæ quoque facies lōgè pulchrior  
 apparuit. Sed quia postremum hoc displi-  
 cet Turriano ( est enim eorum similis, qui di-  
 cuntur in Euangelio potius tenebras dilexisse,  
 quam lucem, eo quod eorum opera sunt mala)  
 idcirco sibi persuadet illam ipsam formā exte-  
 riorem Ecclesiæ, quæ fuit Apostolorum tem-  
 poribus, semper remansisse, atque etiam hodie  
 maneret in Ecclesia Romana: & existimat sci-  
 licet Pōtificem, Cardinales, presbyteros, Car-  
 dinales diaconos, Patriarchas, Primates, Ar-  
 chiepiscopos, Chorépiscopos, Parochos, Ar-  
 chidiaconos, Diaconos, minutos Presbyteros  
 & sacrificulos ( vah piget reliquos commemo-  
 rare) illos, inquam, omnes Turrianus existimat  
 esse Apostolos, Prophetas, Euāgelij Pastores  
 & Doctores. Nimirum similiter faciens, vt si  
 quis

quis nocte intempesta & obscurissima vociferans affirmaret se Solem meridianum suis oculis intueri, cuiusmodi hominibus pharmaco potius, quam disputatione opus est. Nam ut inquit ille, *τέταρτον γένος ιατρού*, quam sententiam in nos alicubi coniectam, sibi Turrianus seruare & accommodare debuit.

Quarto, quandoquidem constat ex superioribus, exteriorem Ecclesiæ formam temporibus Apostolicis multa singularia habuisse, propter certas illorum temporū circunstantias, quæ quidem postea desierunt: ipsa rerum natura ita postulante: quæri potest an illa forma exterior, quam Apostoli suis scriptis, tanquam Ecclesiæ ordinariam instituerunt (& quæ nihil habet cum Pontificiis erroribus commune) sit etiam mutationi obnoxia: an verò ita sit Ecclesiæ necessaria, vt ab ea diuelli nullo modo possit. Hoc autem facile potest definiri: primū veteris Israëlitarum Ecclesiæ exemplo, in qua Circumcisioνis usus per annos quadraginta fuit interrupsus, templum Hierosolymitanum sub idolatria regibus aliquando clausum, atque etiam idolatria pollutum, denique templo exusto, & populo apud Babylonios exulante, notum est victimas, sacrificia, oblationes, & cætera eiusmodi, quæ ad cultum Dei legalem pertinebant, esse desiisse, donec post annos septuaginta populusex captiuitate rediit. Quare cùm Ecclesia Israëlitica, & Ecclesia Christiana sit vna numero, & illa non fuerit ad exteriorem

b.j.

formam quantumuis licet ordinariam alligant  
*Act. 20.* dam. Deinde cū ipsi Apostoli sāpe multa præ-  
*1. Tim. 4.* dixerint de variis Ecclesiæ Christianæ muta-  
*2. Tim. 2.* tionibus, & ea non possint intelligi de ipsis  
*2. Tim. 4.* Ecclesiæ essentia, quippe quam certum est fir-  
*2. Thes. 2.* missimā permanere (pertinet enim ad Electos,  
*etc.* vt patebit ex hac disputatione) relinquunt ut  
 accipiamus eiusmodi mutationes de exteriore  
 Ecclesiæ forma. Postremò ipsa loquitur expe-  
 riētia, si temporum ac rerum dissimilitudinem  
 consideremus. Nam in scriptis Apostolicis ni-  
 hil reperies de Archiepiscopis, de Primatibus,  
 de Cardinalibus (de quibus paulò antè) nihil  
 de summo aliquo Pontifice, qui in omnes Ec-  
 clesiæ imperium habeat, nihil de Monacho-  
 rum cateruis iampridem natis, quotidie na-  
 centibus, & (nisi Deus malum hoc auertat) i-  
 dentidem nascituris.

Ex quibus omnibus perspicuum est Eccle-  
 siam ad nullam exteriorem formam, quæcun-  
 que tandem illa sit, astringendā ita esse, vt pla-  
 nè negetur esse Ecclesia, quoties forma illa nō  
 extabit, qua de re fusiū tractauimus in locis  
 Script. ordine 9, & 10.

Iam excutio primum Syllogismum, collectū  
 ex Turriani disputatione: Maior propositio ha-  
 bet insidias in vocabulo Ecclesiæ Apostolicae:  
 nam Apostolicæ nomine, intelligit eam dis-  
 positionem exteriorem, quæ primum apparuit in  
 Ecclesia Christiana, & cùm ea dispositio sit ac-  
 cidens, (vt diximus) non potest esse forma essen-  
 tialis

tialis Ecclesiæ Christianæ. Itaq. Turrianus novo modo, & Philosophis incognito, miscet & cōfundit formā essentialē rei cū forma exterio re accidētis in re ipsa: vt, si quis limē ita definiat,  
*Limen est lignum sic situm*, existimet se formam essentialē ligni proposuisse, cū tantū exteriorem formam proposuerit.

Minor propositio in multis peccat. Primus error, quod formam illam exteriorem Ecclesiæ, quæ fuit Apostolorum temporibus, cū multis de causis extraordinaria fuerit, existimet fuisse ordinariam. Secundus error, quod putet exteriorem formam ordinariam esse formā essentialē Ecclesiæ. Tertius error, quod loco formæ illius exterioris, quæ fuit Apostolorum temporibus, nouā ille formam supponit, cū nobis profert suum Pontificem Romanū, suis Cardinalibus, Archiepiscopis, & reliquis eiusmodi cohortibus septum vndique & munitū, vt ita scilicet, nobis formam Ecclesiæ Apostolicæ repræsentet. Ita igitur eversis duabus præmissis propositionibus sua spōte ruit Complixio, neque vim ullam habet illud consequens, tum de capite visibili totius Ecclesiæ, tum de ipso Pontifice Romano. Iam ad secundum syllogismum progrediamur.

*Secundi Syllogismi solutio.*

**A**D solutionem secundi Syllogismi sequentia nobis erunt consideranda.

b.ij.

Primùm: an eadem sit analogia in Theologicis, atque in rebus Physicis & naturalibus.

Secundum: quo sensu nomen Ecclesie Catholice à Veteribus usurpatum sit.

Tertium: quo pacto Ecclesia dicatur visibilis atque invisibilis.

Quartum: an Ecclesia Catholica habeat rationem Generis, an Totius.

Quintum: an Ecclesia Catholica visibilis dici possit.

Sextum: an caput Ecclesie Catholice visibile dici possit, & satíscne rectè ac Theologicè homo dicatur caput Ecclesie Dei.

Primùm igitur videamus quatenus analogia à rebus naturalibus deducta valere debeat in tractationibus Theologicis. Cùm enim Scriptura soleat res diuinæ verbis humanis propnere, diligenter cauendum esse monuit Augustinus, ne signa pro rebus accipiamus, quā miserrimam servitutem esse dixit, quandoquidem (inquit Chrysostomus) in rerū diuinarum sermone, verba sunt rebus inferiora. Ex quo fit, ut ea argumenta, quæ nituntur analogia rerū naturalium, nisi certis quoque expressisque Scripturæ locis fulciantur, nullum in Theologia locum habere debeat, ne res humanas cum diuinis exæquare videamur. Atque, ut in rē præsentem veniamus, Scriptura sæpe vocat Ecclesiā, corpus, non significatione naturali & propria, sed metaphorica: nempe propter quādam analogiam. Sed quænam sit hæc analogia ex eadem

eadem Scriptura discendum est, neque in analogia Physica subsistēdum. Quare prætermisſis illis, quæ nō sunt huius instituti, possum Theologicē concludere, quandoquidē Ecclesia vocatur corpus, necesse esse ut Ecclesia corpus aliquod habeat. Vnde id efficio? num ex Physica analogia tantū? Minimè: sed ex illa ipsa Scriptura, quæ non solum dicit Ecclesiam esse corpus, verum etiā addit, *Esse corpus Christi, & vicissim, Christum esse caput huius corporis.*

Quare cum sit relatio inter caput & corpus, & Ephes. t.  
Scriptura doceat Christū esse caput huius cor- 4. & 5.  
poris, nempe Ecclesiæ, certè qui comminisci- Col. i. &  
tur alios terminos huius relationis, præter eos  
qui ponuntur in Scriptura, cum affirmo extra  
Theologiam vagari, & esse ~~ad homines~~, impium,  
blasphemum. Et quemadmodum si quis roget,  
quoniam sit corpus Christi, quatenus Christus  
est caput, nihil aliud respōdere possis, quām Ec-  
clesiam: ita si quis roget quoniam sit caput Ec-  
clesiæ, nullum aliud ex Theologia proferre po-  
teris, quām Christum ipsum. Id statuit Scriptu-  
ra, suadet ratio, dictat ipse verus differēdi mo-  
dus: denique id vident omnes & agnoscunt  
præter Romanum Pontificem, & Romani Pō-  
tificis assentatores, qui sunt illius corpus, & ille  
vicissim eorum caput: adeò ut iam mirum noti-  
sit ex capite & corporis analogia, si Pontifex  
suos illos assentatores alat & foueat, ut vicissim  
ab illis sustentetur. Itaque non puduit Turria-  
num omittere planam ac dilucidam Scripturæ  
b. iii.

sententiam de capite Ecclesiæ, ut aliam nouam  
& commentitiam obtruderet. Sed nos Augu-

*Epist. 57.* stinum potius audiamus de capite Ecclesiæ, ex  
verbo Dei ita differentem: Congregantur fi-  
deles in vnum corpus, inquit, cuius vnum caput  
est Christus. Tælis congregatio ædificatio est  
templi Dei, talem congregationem non gene-  
ratio carnalis, sed regenerationis spiritualis facit.  
At Turrianus vrgit Physicam analogiam, per-  
inde ac si de crasso quodam & physico corpo-  
re loqueretur: quod quam inepitè faciat, paucis  
demonstrandum est. Scriptura cùm agit de ar-  
ctissima illa coniunctione, quæ Ecclesiæ cum  
Christo intercedit, varias adhibet similitudi-  
nes ad mysterium illud explicandum. Eæ petu-  
tur à vite, ab insitione, à coniugio, ab ædificio,  
à corpore, à grege, & siquæ sunt consimi-  
les. In quibus omnibus diligenter animaduer-  
tendum est, ne ex singularum similitudinum  
analogia extra Scripturæ terminos ratioci-  
nemur.

10.10.

Atque ut de corporis similitudine agamus,  
Ecclesia modò comparatur cum Toto quanti-  
tatis continuæ, ut quum dicitur corpus Christi:  
modò cum Toto quantitatis discretæ, ut quum  
vocatur, gressus, cuius Christus est verus Pastor.  
Hic mirum quid faciat Turrianus cum sua a-  
nalogia physica. Nam illud vehementer repu-  
gnat idem Totum esse simul continuum & di-  
scretum. Nimirum spectandæ sunt vniuersi-  
que similitudinis circumstantiæ, & analogia  
non

non ex rebus naturalibus, sed ex ipso Dei verbo petenda. Itaque, licet centies reclamet analogia physica, tamen omnes pij agnoscūt & credunt Christum non tantum esse caput totius Ecclesiæ, sed etiam huius & illius particularis Ecclesiæ, videlicet Electorum, qui sunt in hac vel in illa Ecclesia: adeoque huius & illius electi. Christus est omnis viri caput, inquit Paulus. Nec obstat quod Christus in ter- *1. Cor. 11.*  
 ris nobiscum non versetur, neque iam sit nobis visibilis. Nec enim propterea ab Ecclesia separatur, cum eius Maiestas (*inquit Augustinus*) *Ad Dardan.*  
*vbiique diffusa sit: & alibi, Membra Christi hinc sunt, caput sursum, inquit, ascenditur ad caput, descenditur ad membra, &c.* Non enim agimus de Physico, sed de Mysticō corpore: quemadmodum Veteres loqui sunt: quod vel solum vocabulum debuit Turrianum ab hac argumētatione euocare. Nam si mysticum est corpus, non igitur censendum ex analogia naturalis corporis: & rursus, qui mysticum dixerunt, certè invisibile corpus significare voluerunt. Non igitur pugnat in Theologia corporis visibilis invisibile esse caput, ut vicissim non pugnat visibilis capitum corpus nondum videri, ut alicubi docuit Augustinus his verbis. Quod est caput? Ipse Christus. Corpus quod est? Ipsa Ecclesia. Videbant ergo discipuli caput, & corpus non videbant. Postremo, si valeret hoc argumentum analogum, sequeretur visibilis corporis caput non *De verb.*  
*Apost.*  
*Ser. 33.*  
*b. iiiij.*

posse esse inuisibile, ac propterea Christum, quatenus nobis est inuisibilis, non esse caput piorum, quādiu sunt in terris (tunc enim sunt visibiles) quod absit ut vel cogitemus. Quare si debemus ex rerum naturalium analogia, duce Scriptura, argumentari, ita dicamus. Quemadmodum naturale corpus nō habet duo capita, vnum visibile, & alterum inuisibile: ita Ecclesia quæ habet vnum caput, nobis quidem nūc inuisibile, sed tamen præsens potentia & virtute, nempe Christum, non potest habere alterum illud caput visibile, de quo iam pridem disputat Turrianus. Atque hęc quidem de eo, quod primum considerandum esse diximus.

Secundò videamus, quo sensu nomen Ecclesiæ Catholicæ usurpetur. Ac primùm constat vocabulum *Catholicæ* non extare in sacris litteris, in quibus tota Ecclesia significari solet nomine Ecclesiæ simpliciter. Sed Veteres nomen illud introduxerunt, & per Ecclesiam Catholicam significarunt vniuersam electorum Ecclesiam, quę coepit ab initio mudi, & absolvetur die illo, quum Christus veniet viuos ac mortuos iudicaturus. Sic in Symbolo Apostolorū, Credo sanctam Ecclesiā Catholicā, deinde, Sætorū cōmunionē &c. Et in Symbolo Nicæno: vnā sanctā, Catholicā & Apostolicā Ecclesiā: Quū sanctā dicit, & quæ nō possit à sanctorum communione separari, necessariò Electorum Ecclesiam significat: & videtur Patres illi ad locum illum Apostolicum alludere vniuersile

luisse de Hierusalem quæ sursum est, & quæ est  
mater omnium nostrum, inquit Paulus. Hoc  
autem veteres sensisse, manifestum fit ex sequen-  
tibus. Expectamus iudicē viuorū & mortuorū,  
inquit Augustinus, h.e. caput Ecclesiae. Corpus  
huius capitatis Ecclesia est, nō quæ hoc loco est,  
sed quæ hoc loco & per totum orbem terrarū:  
nec illa quæ hoc tempore, sed ab ipso Abel, vs-  
que ad eos qui nascituri sunt usque in finem,  
& credituri in Christum, totus populus Sancto-  
rum ad unam ciuitatem pertinentium: quæ ci-  
uitas corpus est Christi, cui caput est Christus.  
Idem. Ecclesia est populus Dei per omnes gé-  
tes, quod est corpus eius, adiunctis & annume-  
ratis omnibus sanctis, qui etiam ante eius aduen-  
tū in hoc seculo vixerunt. Idem. Cœlestis Hie-  
rusalem ciues sunt omnes sanctificati homines,  
qui fuerunt, qui sunt, & futuri sunt. Idem. Ipsa  
est Ecclesia, quæ intra saginā Dominicam cū  
aliis piscibus natat, à quibus corde semper &  
moribus separatur, atque discedit, ut exhibea-  
tur viro suo gloria, non habens maculam ne-  
que rugam.

Cyprianus autem, Etsi superba, inquit, &  
cōtumax multitudō obaudire nolentū disce-  
dat, Ecclesia tamen à Christo non recedit. Idē.  
Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ  
habes, &c. Significans Ecclesiam quæ in Chri-  
stum credat, &c. quæ semel id, quod cognouerit,  
tenet, nunquam ab eo omnino discedere, &  
eos esse Ecclesiam, qui in domo Dei permanēt.

*Gal. 4.**In Ps. 90.  
concl. 2.**De Cate-  
chi. rudib.**Ibid.**Epist. 48.**Lib. 4.**Ep. 9.**Lib. 1.**Ep. 3.*

Plantationem verò plantatam à Deo patre non esse, quos videmus, non frumenti stabilitate solidari, sed tanquam paleas dissipantis inimici spiritu ventilari: de quibus Iohannes in Epistola sua dicit, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: Si enim fuissent ex nobis, mássent utique nobiscum. Idem. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit: hæc nos Deo seruat, hæc filios regno, quos generauit, assignat.

*De unit.  
Eccles.*

*In Job.  
c.26.*

*Ad Gerō  
tian.*

*In c.4.  
Ep. ad  
Gal.*

*Hom.de  
virtute.*

*In Ep. ad  
Ephē.c.1.*

Sic porrò Hieronymus: Ecclesia, inquit, quæ est sanctorum omnium congregatio, pro eterna sibi in Domino stabilitate, columna, & fundamentum dicitur veritatis. Idem. Ecclesia est parens omnium Christianorum. Et alibi: Ecclesia Catholica veteris & noui Testamenti, vnam asserit prouidentiam, nec distinguit in tempore quos conditione sociauit. Omnes a-dificati sumus super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, &c.

Huc spectant hæc verba Chrysostomi dicitur: Ecclesia: Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Desponsata sum cœlesti sposo per legem & Prophetas, &c. Ecclesia alteri viro non miscetur: Christum desiderat, Christum expectat, desiderio eius commori cupit, &c.

Denique in eandem sententiam Ambrosius (ne mihi sint omnes commemorandi) Omnem Ecclesiam dicēs Apostolus, summātum, inquit, totum

totum comprehendit quod in cœlo est & in terra, vt in nouum hominem membra eius efficiantur, dum confitentur hunc esse per quem facti à Deo sunt. Subiiciuntur enim illi quasi capiti membra, ex quo trahant originem, vt omnia in omnibus adimpleat. Idem: Ecclesia est mater omnium viuentium, domus spiritualis, civitas quæ viuet in æternum, quia mori necit.

Ex quibus omnibus & plerisque locis consimilibus, manifestum est Veteres nomine Ecclesiæ Catholicæ intellexisse omnium Electorum congregationem, tandem aliquando die nouissimo absoluendam, adeo vt ex ipsorum Veterum sententia Ecclesiam Catholicam ita definire possimus, Ut sit multitudo omnium Electorum Dei, qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri sunt nouissimo die planè congreganda. Nec verò sum nescius, alias etiā significationes huius nominis aliquoties apud Veteres occurrere: (nam aliquando per Ecclesiam Catholicam, intelligunt omnes Ecclesias orthodoxas, per universum terrarum orbem dispersas, aliquando hanc vel illam Ecclesiam ortodoxam: sëpe etiam singulos homines orthodoxos Catholicos appellant, denique Concilia Oecumenica sibi nomen Ecclesiæ Catholicæ tribuere solent) sed illa superior significatio est propria, & cum Scriptura conueniens, vt patet ex iis quæ ante dicta sunt. At Turrianus, vt reliqui Pontificij, nomine Ecclesiæ Ca-

28 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
tholicæ significat omnes illas Ecclesiæ, quæ  
Romani Pontificis iugo subiectæ sunt: ex qui-  
bus, miro quodam modo congregatis, effici-  
vnum corpus visibile, quod vni capiti visibili-  
nempe Rom. Pontifici subiaceat. Atque ita ex-  
cludit ab Ecclesia Catholica, omnes Ecclesiæ  
Christi nomen profitentes, quotquot sunt re-  
liquæ, tum in Asia, tum in Africa (nā illæ Rom.  
Pontif. non agnoscent) itemque omnes Eccle-  
siæ Euangelicam reformationem amplexas, ac  
iam per totâ Europâm, summo Dei beneficio  
longè latèque propagatas, quæ Rom. Pontif.  
tyrannidem, corde, ore, & scriptis, quantum in  
ipsis est, detestantur. Atque hæc de nomine  
Ecclesiæ Catholicæ.

Iam hoc tertium nobis expediendū est, quo-  
nam pacto Ecclesia *visibilis*, itemque *intuisibi-*  
*lis* dici possit. Pios omnes, ex quibus constat  
Ecclesia, quandiu in terris versantur, esse vi-  
biles qui negaret, ille non mentis solum, sed e-  
tiam corporis oculis captus esse videretur. Quo  
fit ut frigeat ioci Turriani, quos tantopere ca-  
uillator ille in suis libris affectauit, de spiritib/  
carnem & ossa non habentibus, itemque de his  
verbis apud Lucam: Vocem quidem audientes,  
neminem autem videntes. Pios enim & electos  
esse aspectabiles, quatenus homines sunt: dum  
nobis probat Turrianus, vtitur in re nō dubia  
testibus non necessariis. Verum enim uero Ec-  
clesiam Dei definire ac metiri humanis sensi-  
bus, & in carne atque ossibus hærere, chirurgū  
est

est agere, non Theologum. Nos igitur totam ipsam Ecclesiam Dei, quæ est corpus & sponsa Christi quæ in Symbolo Catholica dicitur, & quam Paulus dixit omnium nostrum esse matrem, electorum Ecclesiam esse ex verbo Dei statuimus, ac propterea inuisibilem: quæ quidem comprehendit electos omnes, qui fuerunt, qui sunt, & qui futuri sunt usque ad consummationem seculi. Neque beatos illos spiritus, qui iam recepti sunt in cœlestem quietem, ab Ecclesia Catholica separamus (quod Turrianus facit contra ipsa Theologiæ rudimenta) sed Electos omnes affirmamus, siue sint in via, siue in patria (ut loquuntur Scholastici) ad unam Ecclesiam matrem omnium esse referendos. Hic autem bonus scilicet Theologus, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, & ipsam virginem Deiparam reliquosque spiritus iam beatos ab Ecclesia Catholica excludit. Alioqui, aut duas constituet Catholicas (quod fieri non potest, & Symbolum agnoscit unam Catholicam Ecclesiam) aut fateatur necesse est unam Catholicam esse inuisibilem, licet pri & electi in terris versantes sint visibles. Haec igitur Ecclesia est nobis inuisibilis, non tantum quia Electio Dei est inuisibilis (ut Turrianus existimat) sed quia maxima pars Electorum, humanis sensibus non patet, nec erit visibilis Ecclesia Catholica ante diem nouissimum: quæ si nunc visibilis esset, nō satis propriè diceretur in Symbolo, Credo Ecclesiam Catholicam. Nō enim visibilia cre-

duntur, sed inuisibilia, siquidem Theologicè loqui volumus. Ex quibus efficitur Turrianum disputantem de Ecclesia Catholica visibili, aut non credere, quod ipse in Symbolo confitetur: aut si credit, aliud dicere quam credat, quod vulgo solent assentatores. Visibilem autem Ecclesiam dicimus, hanc vel illam particularem Ecclesiam, cuiusmodi fuit Corinthiorum, Ephesiorum, Thessalonicēsum Ecclesia, quas quidem omnes Ecclesiās particularēs visibiles appellamus, nō tantūm quia homines, ex quibus constant, sunt visibiles: sed propter ipsum ordinem & formam exteriorem Ecclesiæ: quæ quidem forma facit ut Ecclesia sit visibilis. Nec enim existimandum est illa septem hominum millia, quæ non flexerant genua coram Baal, licet ea non videret Elias, propterea fuisse inuisibilia (vrgeret enim Turrianus eos carnem & ossa habere, qui genua haberent) sed tamen non erant in Ecclesia visibili, hoc est habente formam, ordinem, ac faciem visibilem, cum tamen essent pars Ecclesiæ Catholicæ. Itaque non est negandum multos electos & fuisse, & esse posse extra ipsam Ecclesiam visibilem, qui nihilominus ad Ecclesiam inuisibilem pertinent. Porro Ecclesiæ particulares mixtae sunt quidem ex Electis & Reprobis, sed non dicuntur Ecclesiæ, nisi propter Electos: & ipsa Ecclesia Christi sponsa à Reprobis corde separatur, inquit Augustinus. Quemadmodum enim acerius frauden-

Reg. 19.

Epist. 48.  
ad Vincē  
tium.

ti(vt)

ti (vt res hæc terrenis similitudinibus adumbretur) licet admixtas habeat paleas, non tamen paleæ, sed frumenti aceruuſ dicitur, quia propter frumentum aceruuſ est: ſimiliter dolium vini, licet habeat admixtam fecem, non tamen fecis, ſed vini dolium appellatur, quia propter vinum dolium est, ita Ecclesia propter Electos dicitur Ecclesia. Atque, vt ad similia Euangelica reuertamur, agrum illum, Matt. 13. in quo zizania ſimul cum tritico apparuerunt, nemo unquam zizaniorum agrum appellasset, ſed agrum tritici, cuius gratia ager ille cultus fuit. Itaque Christus parabolam illam exponens, Mitter, inquit, filius hominis angelos ſuos, qui colligent ex ipſius regno omnia offendicula, & eos qui faciunt iniquitatem. Ex quibus perſpicuum eſt reprobos ad tempus eſſe in regno Christi, nempe in eius Ecclesia, neque tamen eſſe de regno illo: adeò vt, licet ſint in regno, tamen non dicatur regnum propter Reprobos, ſed propter Electos, in quibus Christus regnat ſuo ſpiritu. Itaque Paulus, Omnia ſustineo, inquit, propter Electos. 2. Timoth. 2. & alibi Paulus, inquit, Apoſtolus Iefu Christi ſecundum fidem Electorum Dei. Tit. 1. Hinc fit, vt i-pſis Ecclesiis particularibus ea tribuantur, quæ ſunt Electorum propria. Primum quia propter Electos ſunt Eccleſiæ, vt dictum eſt. Deinde quia nos iubet charitas bene de fratribus

*I.Cor.1  
Col.3**I.Theff.  
I.Pet.1*

iudicare. Sic Paulus Corinthios vocat sanctificatos Dei: Ephesios, Philippenses, Colossenses sanctos salutat, & aliquātō pōst, Induimini, inquit, vt Electi sancti, & dilecti, viscerib<sup>9</sup> miserationum. Et ad Thessalo. Scientes, inquit, vestram Electionem à Deo. Et Petrus eos, ad quos scribit, electos vocat: atque omnino sexcenta sunt huiusc rei exempla. Quamobrē hęc nobis dicta sint de Ecclesia, tum inuisibili tum visibili, ne posthac Turrianus suo more ponat insidias in vocabulis, vt ita suis calumniis & *φιρμωσην*, tanquā nebulis offusis res alio qui clarissimas obscuritate inuoluat.

Quartò quærendum est, habeátne Ecclesia Catholica rationē Generis an Totius. Nā hac de re multis disputat Turrianus, & identidem Aristotelem appellat, vt aliquid fortè præsidij à Philosophiæ preceptis accipiat. Atenim si dicamus, licet Electi sint homines, tamen Ecclesiam esse aliquid supra leges Physicas constitū: ac proinde nec Generis, nec Totius Physici rationem habere: certè vno verbo præcīla hęc quæstio fuerit, atque ita nullius momenti tota hęc Philosophiæ, quasi leuis armaturæ excusio & *εκθελὴ λόγος*, cui tātopere Sophista noster incubuit. Sed ne sic fortasse existimet nobis hac in parte aduersariam esse Philosophiæ, atque ea ratione rudioribus imponat, cogimur etiā aliquid de hac re differere. Quum Turrianus aduersus Lipsiensem Academiam ante octo annos disputaret, & Philosophorū, atque imprī-

Imprimis Aristoteli doctrinam identidem ac Thrasonice (qui mos est hominis) ebulliret: e q̄ go in libello meo superiore vnum tatum verbum dixeram de Vniuersali: vt siquid metis homini superesset illi in metem reuocarem quod toties Aristoteles tradit; & vniuersale non esse aliquid vere extra mentem subsistens, vt sunt primæ substantiae: atque ita sentiret qui Aristotelis patrocinio vtebatur, se Aristotelico gladio iugulari cum illa sua Catholica Ecclesia visibili, pro qua tanta animi contentione decertabat. Nam cum Ecclesie definitionem inuestigaret, debuit certè ad ipsum contendere, (quandoquidem omnes definitiones sunt prætermissis accidentibus ac cæteris rebus, que temporis causa tribuuntur. Hinc vero, quasi portas Gasprias aperiuisset, erupit profusa illa Turriani disputatio, nomine quidem Philosophica, sed re ipsa planè sophistica & fallax, sicuti spero, quum singulas eius responsiones & obieciones excutiemus, facile patefactum iri. Ut igitur paucis rem ipsam comprehendamus. Solus Deus res omnes & singulas praesentes, præteritas, & futuras peruidet & cognoscit: homines autem qui longissimè absunt à perfecto illo cognoscendi modo, res singulas sciunt & cognoscunt per vniuersalia, quæ idcirco instituta sunt, vt eorum beneficio individuorum cognitionem habere possimus. Tum enim recte intelligam quid sit hic homo, quum intellectu

Pri. Philos. lib. 7.

c.j.

zero quid sit homo  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$ . Vniuersalia autem propriè dicta sunt genera & species, sed cùm inter Totum, & Vniuersale propriè dictū, magna sit affinitas, ideo & Vniuersale dici potest Totum, quia sub se multa complectitur; ita tamen ut totum latius pateat, quam Vniuersale. Est enim  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$ , inquit Aristoteles,  $\delta\lambda\sigma\tau\eta$ , quem locū citauit quidem Turrianus, sed non intellexit. Omne igitur  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$  dici potest totum ea ratione, quam dixi: sed non vicissim omnne totum dici potest  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$ , quod tamē opinatus est Turrianus. Nam totū continuū  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$  dici non potest: nec enim quisquam vñquā domum Catholicam dixerit, aut corpū Catholicū, sed totam domū potius, & totum corpus. Totum autem discretum quantitatis, ut grex, si forte collectum fuerit ex aliis totis eiusdem generis simul aggregatis, ut qui ex multis gregib' fit grex unus, tum illud Totū Vniuersale quodammodo dici potest, non quidem quatenus est actu hoc vel illud totū  $\tau\alpha\eta\delta'$  (repugnat enim idem esse  $\tau\alpha\eta\delta'$ , &  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$ ) sed quatenus operatione mētis ad precedentia regredientis consideramus ea tota, quorum aggregatione Totū illud constat. Ex quibus elucescit  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$  esse in mente, non autem visibile aut vllis corporis sensibus subiectum, quemadmodum censet Turrianus, non & Philosophis omnibus incognitam  $\tau\alpha\eta\delta'$   $\delta\lambda\sigma$  cognitionem introducēs. Sic enim tradūt Philosophi sensum esse singulatum, Intellectum Vniuersalium: Vniuersale non

non esse substātiām primā: Non esse ~~re~~ Aut nihil esse, aut posterius esse: Non esse extra mētē, & eiusmodi plerāque scitu dignissima, quæ quidem omnes Philosophiæ candidati ita amplectūtur, ut qui de iis dubitauerit, eum ē Philosophorū choro tollendū esse existiment. Ut igitur quæstionem propositam definiamus: Ex iis quæ paulo antè à nobis dicta sunt de nomine Ecclesiæ Catholicæ, satis manifestum esse arbitror: Ecclesia Catholicam neque Generis, neque Totius Philosophici habere rationē. Nā quia Ecclesia quatenus pios & electos significat, non est aliquid in mēte tantum adūbratū ac volitās, sed verē est, & subsistit extra. Idcirco non est vel genus, vel species. Quid igitur, estne totū? Certe, sed Totū Theologicū nō Physicū, idq. facile demōstrari potest hac ratione, quod nullū totū Physicum est Quantitatis Cōtinuæ, & Discretæ simul. At Ecclesia habet simul rationē Totius vtriusq; Quantitatis. Vocatur enim Corpus & Grex, cuius rei nullū exēplum extat in rerum natura. Quamobrem non sine causa Maiores nostri Ecclesiam corpus Christi mysticum appellarunt. Et de hoc quidem hancen.

Hinc sua sponte emergit eius rei definitio, quæ loco quinto proposita est: nēpe, An Ecclesia Catholica sit visibilis. Primum cñim, quia Ecclesia Catholica ( vti dictum est) Electos omnines comprehendit, adeoque beatos illos spiritus, qui iam ad cœlestem patriam peruenierūt:

nemo non videt quām ineptum sit eiusmodi Ecclesiam constituere visibilem. Deinde hæc ratio nobis satis supérque esse debet. Quod nūl lum totum, quod simul habet habet rationem quantitatis Continuæ & Discretæ, sit visibile: hæc enim repugnant aliquid simul videri Cōtinuum & Discretum, ita, inquam, repugnat vt nullo sophismatū vinculo, nullis artibus Turrianicis compingi vñquā possit. Et quia huius seculi cancellis Turrianus circumscribit Ecclesiam Catholicam ( quod quām falsum sit iā sape à nobis dictū est) affirmo ne hoc quidē sensu Ecclesiam Catholicā esse visibilem. Quid enim aliud erit Ecclesia Catholica iuxta mētem Turriani, quām aggregatio omnium Ecclesiarum visibilium? Itaque quemadmodum ipse particulares Ecclesiæ sunt visibles, ita illa aggregatio omnium visibilium Ecclesiarum est inuisibilis, fit enim sola mentis operatione. Alioqui si a cœtu visibilis esset, iam desinerent esse Ecclesiæ particulares, quæ quidem simul aggregatae, non iam plures visibles essent; sed vna visibilis, nec plures particulares essent, sed vna tota Ecclesia nempe Totū r̄idin: ac propter eas non Catholicum, nisi ( vt antè dictum est) agitatione mentis, nempe quatenus mēns regredieretur, & cōsideraret omnes Ecclesiæ, & Totum illud Catholicum constaret. Exempli causa, Proponantur decem acerui seorsim collocati ac dissiti, possis quidem mentis opera  
con-

confidere vnum aceruum Catholicum ex illis aceruis omnibus: verum haec aggregatio non erit actu & re ipsa, sed cogitatione tantum, ac propterea non erit visibilis. Quod si reuera & actu simul in vnum colligas decem aceruos, tu dices non iam esse decem aceruos, sed vnum aceruum visibilem ex omnibus illis collectum. Ex quibus intelligi potest, quandiu particulares Ecclesiae erunt visibiles, ut particulares, Catholicam Ecclesiam non esse visibilem: & vicissim, cum Ecclesia Catholica, hoc est, tota erit visibilis, tum particulares Ecclesias non iam futuras visibiles ut particulares. Itaque Catholica Ecclesia, ne eo quidem sensu quo Turrianus loquitur visibilis est, ac ne id quidem licet per Philosophiam, cuius auxilium Turrianus implorauit.

Sexto & postremo querendum est, recte ne dicatur homo mortalis, quicunque tandem sit, caput Ecclesiae Dei: ut ita facilius intelligi possit quanta sit huius propositionis falsitas, quae affirmat vnum esse visibile caput Ecclesiae Catholice, nempe Pontificem Romanum. Cum nusquam in Scriptura, sive de tota Ecclesia, siue de particularibus Ecclesiis agatur, nomen capitis Ecclesiae ulli alij quam Christo tribuantur, mira est Pontificiorum insolentia, qui, quod Christi proprium est, homini mortali (& qualibet homini) tribuant. Nec vero sum oblitus quod Turrianus in libris superioribus excogitauit, & aliquoties in sua Defense repetiit, hominem

dici caput Ecclesiæ apud Paulum in 1. ad Corinthon. cap. 12. his verbis, Nunquid caput potest dicere pedibus, non estis mihi necessarij que bonus ille Pontificis satelles, ad suum Pontificem accommodauit, nimirum longè di-

*Epist. 57.* stans ab Augustino, qui hunc etiam locum ad Christum Ecclesiæ caput retulit. Verum enim uero si nomine pedum Monachos intelligat Turrianus, eò quod in corpore illo Pontificio sunt omnium infimi (ac tum ego ministrorum istos Iesuitas inter pedis articulos repenerem) fateor Papam non posse dicere istis pedibus, Non estis mihi necessarij, quandoquidem illi propemodum soli, tum scriptis, tum declamationibus, utrisque vero impudentissimis, tremulum illud ac iam nutans caput, quoad eius fieri potest, sustentant. Sed totum hoc Turriani argumentum copiosius refutauimus in libello nostro, in loco Scripturæ ordine septimo, adeò ut quæ illuc dicta sunt, non hic videantur esse repetenda. Manet igitur quod proposuimus, neminem mortalium vocari caput Ecclesiæ in Scriptura: addo, etiam neminem vocari sponsum Ecclesiæ præter Christum. Ministri quidem Ecclesiistarum dicuntur Ecclesiistarum Pastores, communicato cum illis nomine, quod imprimis Christo conuenit: sed ita tamen, ut *solus* Christus dicatur unus Pastor viuis oculis, & Pastorum princeps, ipso etiam Petro affirmante, tantum abest ut aliquid de Christi dignitate detra-

detractum velit.

Cur autem quædam Christi nomina cum hominibus communicentur; quædam vero minimè: cùm multæ alia rationes afferri possunt, tum hæc imprimis, quod ea nomina, quæ propriè ad ministerium referuntur, possint quidem hominibus tribui (suo tamen modo, & ratiōne) at ea nomina quæ significant arctissimam illam Christi & Ecclesiæ coniunctionem, cuius beneficio virtus salutifera & uiufera manat à Christo ad Ecclesiam (vt Capitis & Sponsi nomina) neque possint, neque debeant ad ullos homines transferri. Quamobrem si quos inter Veteres fortasse reperias nomen capitis Ministris Ecclesiæ tribuentes, memineris eos tum sine Scriptura, impropriè & abusivè loquitis ita ut ex illo loquendi genere ~~argu~~ non debuerit Turranus argumentari. Quinetiam nimiriū est eū non videre, ne hac quidem præpostera argumentatione causam suā ullo modo subleuari. Nam si rogarem quonam modo intelligat Catholicam Ecclesiam (qualē scilicet ille cōtra Scripturam nobis describit) esse visibilem: Nempe responderet, visibilem esse, quia omnes particulares Ecclesiæ sunt visibiles. Cur igitur, suo saltem arguento doctus, non concludit, unum caput visibile Ecclesiæ Catholicæ, esse in Particularibus ipsis Ecclesiis visibile, videlicet singula Ecclesiæ capita (vt loquitur) hoc est, singulos

Ecclesiarum Pastores. Ut enim (ita ratiocinante Turriano) omnes Ecclesiæ particulares simul aggregatae unâ Catholicam visibilem constituit: ita omnia singulatum Ecclesiarum capita simul aggregata, unum caput visibile constituant: ut ita maneat analogia <sup>ag. 9. 18.</sup> & sit corporis Catholicæ caput Catholicum. Ecce quo tandem procedat argumentum Turrianum: nec ulterius, hoc est, ad Pontificem Romanum extendi potest: alioqui periret analogia inter corpus & caput, quæ necessariò postulat, ut qua ratione corpus visibile dicitur, ea-

*De simp. dē caput visibile esse censetur. Atque hæc fuit  
Prela.*

Cypriani sententia de Ministris Ecclesiasticis (si uōmen capitatis tollas) quum diceret Episcopatum esse unum, cuius à singulis in solidū partenetur: quem Cypriani locum ut & multos alios Turrianus corruptit, ut infra suo loco videbitus. Verum miro quodam & inexplicabili modo Turrianus nobis proponit Romanum Pontificem caput Ecclesiæ Catholicæ, & Romanæ simul, quæ est particularis Ecclesia (si quidem est Ecclesia) ut ita idem caput simul sit Catholicum & Particulare. o mirificam Turriani Philosophiam!

Quibus omnibus expositis iam excutio secundum Syllogismum ex Turriani Disputatione collectum.

Maior propositio vallet in physicis & naturalibus corporibus. At Ecclesia Catholicæ non est corpus physicum & naturale, ex quo fit ut hoc

hoc Theorema ad præsentem Disputationem  
accommodiari propriè non possit: nam est alienum & ~~repugnans~~.

Minor propositio scatet multis erroribus.  
Primus error, quod vrgat nomen Catholicæ  
Ecclesiæ, & in vocabulo, Catholicæ, vim suæ  
argumētationis constituat: quod tamen voca-  
bulum nusquam extat in Scriptura: atque ita  
vult apodicticè argumentari in Theologia ex-  
tra Scripturam: quod fieri non potest. Secundus  
error, quod dum vult sequi Veteres qui voca-  
bulum illud usurparunt, à nobilissimorum Ve-  
terum, adeoque ab ipsius Symboli vetustissimi  
sententia recedat, vbi nomen Ecclesiæ Catho-  
licæ uniuersam Electorum Ecclesiam signifi-  
cat, ac proinde ihuisibilem: ille autem Catho-  
licam Ecclesiam visibilem esse affirmet. Ter-  
tius error in homonymia dictiōnis Inuisibilis.  
Quartus error, quod Ecclesiam Catholicā cir-  
cunscrībat huius seculi finibas, atque ita inde  
Prophetas & Apostolos excludat. Quintus er-  
ror, quod non distinguat qua ratione Ecclesiæ  
particularē dicantur visibiles. Existimat enim  
ideò fieri tantū, quod homines ipsi sint visi-  
biles, cum tamen potius visibiles dicantur pro-  
pter formam exteriorem, & ordinem Eccle-  
siasticum. Sextus error in Philosophia (cuius o-  
pera uti voluit ad suam sententiam explicādam)  
quod statuat ~~τειργάλας~~ esse visibile, & confun-  
dat ~~τειργάλας~~ cum eo quod dicitur ~~τέλειον~~, atque a-  
deo non intelligat quomodo Ecclesia Catho-

lica habeat rationem Totius.

Itaque nullam vim habet complexio, quæ etiam peculiarem habet huc errorem: quod ultra progrederiatur quam præmissæ propositiones: ac deueniat ad Romanum usque Pontificem: atque ita redarguenda est, non solum ex regulis peritè disputandi, sed etiam ex ipsa Scriptura, quæ non patitur ut homo mortalis caput Ecclesiæ dicatur.

*Tertij Syllogismi solutio.*

**A**D Syllogismi tertij solutionem hæc erūt nobis explicanda.

Primùm: de fine, & de finis quæ ad finem referuntur, & quomodo necesse sit illa semper esse.

Secundūm: quis sit Ecclesiæ finis, & quæ sint ea, quæ ad eum finem referuntur.

Tertium: An ea, quæ ad finem referuntur, necesse sit eadem esse & permanere usque dum ad finem peruentum sit.

Quartum: An satis rectè dicatur aliquid per successionem & ordinationem vicariam idem esse, & permanere.

Quintum: An super Petrum Ecclesia sit perpetuò ædificanda, & an singulariter Petro datæ sint claves regni cœlorū, & singulariter ius sus sit Petrus pascere oves Christi.

Quia nos hoc etiam loco Turrianus ad Philosophiam reuocat, vel ad Sophisticen potius nomi-

nomine ac specie Philosophia exornatam, detegenda est eius fallacia, propositis iis quæ de fine, & de mediis ad finem tendentibus Philosophi tradiderunt. Primum igitur licet nomen *finis*, varie admodum usurpari soleat: in hac tamen quæstione, duas tantum eius significations proferam, quæ ad rem presentem pertinent. Prior significatio hæc est, ut finis vocabulo, aliquando perfectio intelligatur: quū scilicet res absoluta est, & cōstat suis omnib<sup>z</sup> partibus, & est terminus siue ultimū in quo definit <sup>pri. Philo. lib. 5.</sup> oris. Nam extreūm est vniuersiusque finis, inquit Philosophus: tale autem est id, ad quod per motum itur, & non id, à quo fit profectio. Nam perfecta sunt, inquit ille, quæ proprium finem habent, in quibus nulla pars eius magnitudinis, quæ secundum naturam competit, desideratur. Et rursus: quæ perfecta sunt ex eo quod finem habent, perfecta sunt & dicuntur. Itaque in Physicis forma ipsa dicitur finis generationis: & in artificialibus opus ipsum absolutum, finem operationibus vulgo appellamus. Atque hæc quidem prior est significatio vocabuli finis. Posterior autem significatio est eiusmodi, vt finis significet causam, cuius gratiā aliquid sit, quemadmodum Philosophi definiunt. Atque duas hasce significations ita distinctas esse oportet, vt qui eas confuderit, eos necesse sit in magna rerū ignorantie perpetuò versari, & de fine disputationes sine fine vagari & errare, quemadmodum <sup>phosol.</sup>

fecit Turrianus, ut ex sequētibus patebit. Por-  
 rò ea, quę spectant ad perfectionem & absolu-  
 tionem cuiusque rei, sunt in fieri (sic enim Phi-  
 losophi loquuntur) quemadmodum ipse finis,  
 hoc est, perfectio est in esse, ita ut ~~et~~ <sup>ad</sup> vivere ad  
 ēm tendat atque referatur. Media quoque ad  
 causam finalē pertinentia, sunt omnes eae ra-  
 tiones, quę ex ipsius finis natura adhibentur, ut  
 eum nobis comparare possimus. Ex quibus si-  
 cile perspicitur quemadmodum intelligēdū  
 sit quod dicitur, si finis est, ea quoque esse quę  
 ad finem referuntur: nempe ut fert natura &  
 ratio tum finis, tum eorum, quae ad finem spe-  
 cant. Nec enim necesse est illa ipsa media eadē  
 semper esse & permanere ~~et~~ <sup>ad</sup> vivere, hoc est,  
 in fieri, usque dum ad finem peruentum sit, sed  
 verum est semper esse quædam media quae ad  
 finem referantur donec finem ipsum assequuti-  
 simus. Exempli gratiā: Proponatur ædificatio  
 domus. Finis propter quem ædificatur domus  
 est habitandi commoditas: at finis seu extremū  
 ipsius domus est id, in quo desinit ædificatio.  
 Ea verò, quę ad finem hunc tendunt, sunt, ini-  
 tium ædificandi & progressus, ut quum iaciū-  
 tur fundamēta, ædificatur parietes, & ita dein-  
 ceps quoque exædificata sit domus. Hic vide-  
 mus quę ad finem tendunt, non semper illa ipsa  
 esse, & permanere in fieri. Nam si semper fun-  
 damenta iacerentur, nunquam ædificarentur  
 parietes: & qui perpetuō in parietibus subsiste-  
 ret, nūquam is ad tectum perueniret. Sic enim  
 docent

docent Philosophi motum esse diuidum in partes, ita ut partes sint post partes. Quare, ut diximus, licet verum sit, esse media quæ ad finē referuntur, tamē falsum est, illa ipsa media semper eadē esse, atque permanere ~~cō rē vītādē~~. Illa autem, quæ externa adhibentur, ut instrumēta, & ea quæ media efficientia appellantur, varia quoque sunt ex superiori ratione, & pro variis rerū ipsarum circumstantiis varia & mutabilia. Ac de primo quidem hactenus.

Secundō, ut ea quæ in genere dicta sunt ad rem præsentem accommodentur, dispiciēdum est quis sit Ecclesiæ finis, & quænam ad eum finem referantur. Ex iis, quæ antè explicata sunt, perspicuum est finem Ecclesiæ dici duobus modis: uno modo finis Ecclesiæ dicitur is ad quem ipsa Ecclesia tendit, hoc est, extremum illud & ultimum honorum ad quod pīj omnes erectis intentisque animis contendunt, ut in eo uno acquiescant, qui Deus est: in cuius conspectu, Ps. 16. & inquit Psalmes, est gaudiorum facetas, nempe<sup>17. &c.</sup> illa cœlestis hæreditas, quæ nec perire potest, nec contaminari, nec marcescere, ut ait Petrus. I. Pet. I. Quare hanc Augustini sententiam recte Lombardus Scholasticorū pater amplexus est: Nos de Doct. Chri. I. I. reliquis rebus vti, ut uno Deo perfrauamur. Sed I. Dis. I. de eo fine nunc nobis sermo non est. Altero igitur modo finis Ecclesiæ dicitur, ipsa Ecclesiæ perfectio & absoluta consummatio, quū nē pe suis omnibus partibus constabit. Cū au- tem de vniuersa & tota Ecclesia differamus,

certum est tūm demum perfectam fore, sūisque numeris omnibus cōstante in Ecclesiam, quum Christus nouissimo die in gloria apparebit, quando congregabuntur Electi à quatuor vētis, à cœlorum extremo, ad eorum extremum, vt ait Christus apud Matthæum: ac tūm demum omnes euademus in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum ad mensuram staturæ adulti Christi, quemadmodum docet Paulus. Quod vt nobis Ioannes ante o-

*Eph. 4.*

*Apoc. 21.* culos ponat, describit Hierusalem cœlestem suis omnibus ornamentis instructam, postquam primum cœlum & prima terra abierunt.

Ex quo sit, vt mirari satis non possim, quam obrem Turrianus consummationē Sanctorum, non in futuro seculo constitutat, sed præsentis vitæ finibus includat: quo nihil dici potuit ineptius & Theologo indignius: nisi fortè quum de Romana Ecclesia ageret, quam ille Romæ videt quotidie luxu & omni deliciarum genere in hac vita diffluentem, non existimarit eam ad futuram Sanctorum consummationem, de qua Paulus loquitur, pertinere. At nos agimus de tota Christi Ecclesia, quæ Electorum est, ac propterea plenam eius consummationem die nouissimo futuram expectamus, ad cāmque votis omnibus aspiramus. Iam si quis querat, quānam ad hunc Ecclesiæ finem, hoc est, perfectionem referantur, ita habeat: Ecclesiam (vt sāpē dictum est)

est) non esse definiendam ex rebus vel Physicis, vel artificialibus: sed illis tantum posse adumbrari,

Itaque quemadmodum in rebus terrenis, fieri tendit ad esse, ita dicere licebit, τὸν οὐρανὸν Ecclesiae Catholicae referri & spectare ad τὸν οὐρανόν: ita ut eius initium & progressus ea sint, quae ad finem & consummationem ipsius referantur: quae quidem, quia sunt varia (ita postulante rerum natura) ita quoque varia sunt externa instrumenta, & efficientia media per quae Ecclesia ad suam illam perfectionem adducitur, pro varia temporum, aliarumque circumstantiarum ratione. Porro quænam sint illa externa, cum ex aliis Scripturæ locis, tum (quia Turrianus agit tantum de Ecclesia noui Testamenti) ex his potissimum intelligi potest: Christus dedit alios Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi, &c. Item: Alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertio Doctores, deinde potestates, deinde dona sanacionum, opulationes, gubernationes, genera linguorum, &c. quæ omnia non absurdè fortasse nomine Ministerij Ecclesiastici significari possint.

Tertio videndum est, an illa externa me-

dia nēmpe quæ ad Ministerium Ecclesiasticum  
 pertinent necesse sit semper eadē esse & per-  
 manere in Ecclesia. Cuius rei definitio eluc-  
 scit ex iis quæ ante à nobis tractata sunt. Cūm  
 enim initiu Ecclesiæ ab eius progressu, multis  
 ac variis circūstantiis differat, nihil mirum si  
 alia fuerit ratio Ministerij Ecclesiastici in Ec-  
 clesiæ primordiis quām in progressu. Atque ut  
 taceamus de Ecclesia quæ fuit temporibus ve-  
 teris Testamenti (quam primū oraculis, dein  
 de lege scripta Deus instituit adhibitis Sacer-  
 dōtibus Leuiticis ordinariis, &c, quoties ita vi-  
 sum est, Prophétis etiam præter ordinem exci-  
 tatis) certè nemo non videt in primordiis Ec-  
 clesiæ Christianæ aliam rationem. Ministerij  
 Ecclesiastici extitisse quām antea, cūm nimirū  
 tunc ipsa rei circūstantia singularem quandā  
 Ministerij rationem postularet. Eò pertinet  
 quod Christus ipse doctrinam Euangeliū pro-  
 posuit & duodecim Apostolos elegit, quos &  
 immediate ab se vocatos & extraordinariis sā-  
 cti Spiritus donis & xp̄i p̄ḡt̄ instructos ac mu-  
 nitos per vniuersum terrarū orbē misit, E-  
 uangelicam doctrinam promulgaturos. Prima  
 igitur illa forma Ministerij Euangelici omni-  
 damenta. Huc refero quæ Paulus dixit de Apo-  
 stolis, Prophetis Euangelistis: itēmque de mi-  
 raculorum donis quæ accesserant ad primam  
 illam Euangeliū prædicationem, vt ea ratione  
 attentiores homines redderēt & ad recipiēdā  
 Chri-

Christi doctrinam paratores. Itaque non imm  
eritò Ioannes ita describit Hierusalem cœle  
stem, ut murus urbis habeat fundamenta duo  
decim, in quibus sunt duodecim nomina Apo  
stolorum Agni. At quæ subiicit Paulus de Pa  
storibus, & Doctoribus, ea ad Ecclesiæ pro  
gressum pertinere tum ordo & circumstantia  
verborum Pauli in Epist. ad Ephe. tum ipsa ex  
perientia comprobauit. Ita igitur statuamus,  
Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores  
& Doctores referri quidem ad consummatio  
nem Ecclesiæ, sed vnumquemque pro ratione  
temporum & ordinis ædificationis Ecclesiæ. Ac  
proinde non necesse esse ut semper fuerint &  
sint Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ, quia nō  
semper fundatur Ecclesia, neque semper subsi  
dit in suis initiis. Quocirca videmus ipsa mira  
cula, cuiusmodi fuit Prophetæ & linguarum  
donum, atque alia eiusmodi, iam pridem in Ec  
clesia desississe. Nā (inquit Augustinus) Quisquis De cīuit.  
D.l.22.  
c.8.  
adhuc prodigia, ut credat, inquirit: magnum est  
ipse prodigium, qui mundo credente non cre  
dit. Itaque constitutis iam Ecclesiis Apostoli  
præfecerunt Pastores, quos ut plurimum Epi  
scopos vel Presbyteros appellarunt, in quorū  
etiam numerum plerique ex veteribus Docto  
res eos retulerunt quorū mentionē fecit Apo  
stolus. Neque sanè usquam legimus Apostolos  
elegisse alios Apostolos, aut in posterum eligē  
dos præcepisse (obstabat enim & certus ac pre  
finitus Apostolorū numerus, & eorum imme  
d.j.

diata vocatio cum aliis propriis attributis A-  
 postolatus, de quibus alio in loco loquuti su-  
 mus) sed quoties ordinarium Ecclesiæ ministe-  
 riū instituerunt, toties Episcopos, Presbyte-  
 ros, & Diaconos nominarunt, nulla de aliis A-  
*1.Tim. 3.* postolis ordinādis mentione facta. Sic Paulus  
*Tit.1.* præcepta tradit de Episcopis & Diaconis eligē-  
*1.Pet.5.* dis. Sic Petrus Presbyteros ad præstandum of-  
*Act.14.* ficiū cohortatur. Sic denique Paulus & Bar-  
 nabas per singulas Ecclesias Presbyteros crea-  
 runt. Porrò huius Ministerij Ecclesiastici ad  
 progressum Ecclesiæ pertinentis nō vnuſ sem-  
 per fuit, vel erit status: quod & Apostoli prædi-  
 xerunt, & ipsa tandem experientia nimis testa-  
 ta est. Huc illa referēda sunt, Erit tempus quum

*2.Tim.4.* sanam doctrinam non tolerabunt: sed auribus  
 pruriētes ipsi sibi pro suis cupiditatibus coa-  
 ceruabūt doctores, & à veritate quidem aures  
 auertent, ad fabulas verò conuertentur. Item,

*2.Tim.4.* Noui post discessum meum lupos graues non  
 parcētes gregi ingressuros esse in vos, & ex vo-  
 bis ipsi exorituros, qui loquantur peruersa vt  
 discipulos post se abstrahant. Item, Non adue-  
 niet dies Christi, quin venerit defectio prius, &

*2.Thes.2.* retectus fuerit homo ille sceleratus filius ille  
 perditionis sese opponens & efferens aduersus  
 quicquid dicitur Deus aut numen: adeò vt in  
 templo Dei tanquam Deus sedeat p̄ se fe-  
 ren̄s se esse Deum, & loci consimiles: qua de re  
 in libello nostro egimus in locis Scripturæ  
 ordine 9, & 10. Itaque concludamus, quanuis  
 sem-

semper usque ad consummationem seculi futuri sint qui doctrinam Euangelij doceant, id tamen non semper eodem modo, nec eadem exteriore forma futurum esse. Nam & publicè, & priuatim, liberè & sub cruce Euangelium doceri potest.

Quartò quærendum est, An rectè dicatur aliquid per successionem aut vicariam ordinationem idem esse aut permanere. Nam hæc est arx & turris illa Turriani, in quam omnem Pontificiam gazam coniecit. Sic enim ille nobis rē explicat, ut quia Apostoli morte impediébatur permanentē, Idcirco permaneant in successoribus, atque ita ut Petro Romanus Pontifex, reliquis Apostolis Archiepiscópi, qui sūt Episcopi maiores, Prophetis Episcopi minores, Euāgelistis Diaconi, Pastoribus Parrochi, Doctoribus Presbyteri succedant vicaria ordinazione.

Agè verò expendamus an hoc loquendi genus implicet contradictionem (ut vulgò dicitur.) Aliquid idē esse & manere per successionem, aut vicariam ordinationem. Atque id certè deprehendent vel ij, qui vix dū procul ipsam artem differendi salutarunt. Quid enim aliud successionis significat, quām eum non esse amplius, cui succeditur? Ecquis porrò sensus est vicariæ ordinationis, nisi aliquem ordinatum esse in locum & vicem alterius? Quare, qui dicit Petrum in Pontifice Romano successore esse & manere: & Apostolos in Episcopis d.ij.

Pag.lib.  
Turriani  
272.

successoribus, is profectò dicit aliquid simile  
abesse & adesse. Nam si succeditur Apostolis,  
absunt igitur Apostoli: si Apostoli h̄ic sunt &  
manent, non igitur Apostolis succeditur. In-  
ptum igitur hoc est, & secum pugnans loquen-  
di genus (nisi hyperbolice intelligatur) Apo-  
stolos esse & manere in Ecclesia, quæ versatur  
in terris. Addo, neque hoc ferendum esse, si  
quis dicat Pastores & Doctores eos, qui pri-  
mi fuerunt ab Apostolis instituti, esse in Pa-  
storibus & Doctoribus qui nunc sunt: sed i-  
ta dicendum potius ipsum Ministerium esse,  
hoc est, cum ordinem, quem Apostoli institue-  
runt. Neque iuuat Turrianum ineptè de Re-  
latis sentientem Sophisticus ille laqueus quem  
toties reponit: si est Ministerium, est igitur qui  
ministrat. Nam intelligo non huius vel illius,  
sed publicum Ecclesiæ Ministerium, qua de re  
plura suo loco dicemus. Ex quo intelligi po-  
test, siquidem vera esset Turriani sententia  
eam ita enunciandam esse. Apostolatum in  
Ecclesia esse & manere exercendum ab ho-  
minibus vicaria ordinatione in ipso Aposto-  
latu succendentibus. Dicit fortasse Turrianus  
se id omnino velle, atque intelligere: sed si ita  
est, rursum sequitur falso esse quod affirmat  
Episcopos siue maiores siue minores, Aposto-  
lis succedere. Ita enim dicendum esset sequen-  
tes Apostolos prioribus Apostolis succede-  
re, ut Pastores Pastoribus, siue Episcopi Epi-  
scopis, vel Presbyteri Presbyteris succedere  
dicuntur.

dicuntur nomine non mutato. At qui nemo  
vñquam ex Pontificiis eò impudentiæ proru-  
pit, ac ne Turrianus quidem ( quanquam im-  
pudentissimus ) vt diceret Apostolos Aposto-  
lis succedere : sed Apostolorum dicunt Epi-  
scopos esse successores : quod ferendum est,  
quatenus veri Episcopi siue Presbyteri Euani-  
gelicam doctrinam ab Apostolis annuntia-  
tam ita, vt decet, annunciant ( quod certè ad  
Pontificios Episcopos non pertinet ) nec ta-  
men propterea Apostolis in Apostolico mu-  
nere succedunt.

Totam igitur quæstionem absoluamus hac  
ratione conclusionis : Si Apostoli non possunt  
esse, & manere in Ecclesia, quin sit & maneat  
Apostolatus : & qui Episcopatu exercent non  
exercent Apostolatum ( differt enim Aposto-  
latus propriè sumptus , ab Episcopatu, vt patet  
ex his verbis Apostoli differentis de ordina-  
riis Ecclesiæ Pastoribus , Siquis Episcopatum  
desiderat, inquit, 1. Timoth. 3.) Certè cum E-  
piscopi Apostolatum non exerceant : sequitur  
Apostolatum per Episcoporum successionem  
in Ecclesia esse & manere non posse. Quamo-  
brem cùm Turrianus nobis proponat eos-  
dem simul abesse & manere , duodecim Apo-  
stolos in Episcopis innumerabilibus , æqua-  
les in maioribus & minoribus : optemus isti  
viro mentis sanitatem : qui, vt alios falleret , i-  
pse sibi vanis ac propè febrilibus somniis illudi-  
passus est.

Restant ea, quæ de Petro Turrianus affir-  
mat ex tribus Scripturæ locis deprauatis,<sup>ut</sup>  
infrà copiosius dicendum erit. Ea sunt huius  
modi, Super Petrum perpetuò ædificandam  
Ecclesiam: Petro singulariter datas esse cla-  
ues regni cœlorum: Denique Petrum singu-  
lariter iussum esse Pascere oves Christi. Hic  
non disputo de vera locorum expositione.  
Nam id à nobis fiet suo loco, & hīc ostenden-  
da sunt potius quām imprimenda vulnera (ut  
illud Tertullianicum usurpemus) sed tantum  
quæro, quænam vis & quis sensus esse possit  
verborum Turriani: ista, inquam, loquendi  
genera nunc discutio: ut ita pateat, ea quæ  
Turrianus dicit, stare non posse, quippe non  
cum verbo Dei tantum, sed secum ipsa etiam  
pugnantia. Ait igitur in Petro Ecclesiam esse  
perpetuò ædificandam, quod ego contendo  
falsum esse, non modò quia impium, & à ver-  
bo Dei alienum est, adeoque Christum spo-  
liat sua gloria, & Ecclesiæ salutem labefactat  
(quæ quidem omnia nondum vrgeo) sed e-  
tiam quod per se stare non possit, & sit abi-  
psa etiam humana ratione alienum: atque ita  
omnes videant Turrianum, gigantum more,  
cum Deo & cum Natura ipsa bellum gerer-  
voluisse. Nec propterea hoc disputandi mo-  
do admitto, quæ dicit Turrianus (quemadmo-  
dum ille sibi falso persuadet) sed varios eius  
errores excutio & patefacio: quia ut veritas  
ha-

habet τὰ οὐκεληθῆ : ita mendacium habet τὰ οὐκεληθῆ : quæ omnia in accuratam disputationem venire debent. Quamobtem ita Turrianus existimet, cum, qui falsa refellit, falsa non probare, & qui varios errores redarguit, nulli ex illis erroribus assentiri.

At, ut id quod nobis propositum est, expediamus. Si super Petrum ædificatur Ecclesia: Petrus est igitur Ecclesiæ fundamentum. Et rursus, si fundamentum est, per se igitur maneat necesse est: alioqui fundamentum non est fundamentum: differt enim ædificatio à fundamento, quia hoc ubi semel iactum est suo loco ipsum per se manet: illa autem continuatur usque dum ad fastigium peruentum sit, ac tum cessat ædificatio, hoc est, actio ædificandi, cum ipsum ædificium perficitum est.

Quare continuatio in fundamento non est, sed in ædificatione ipsa, alioqui sequeretur totum ædificium esse fundamentum: & hæc est natura corporis continui, in quo partes omnes continuantur & cohærent, non autem una pars, nempe hæc vel illa: quæ si continuaretur, certè pars illa totum esset: quo nihil unquam dici vel cogitari potest inceptius.

Ex quo fit, ut, si Petrus est fundamentum, Petrus igitur per se maneat: quod si vero Petrus per se non maneat, non sit

igitur Petrus fundamentum. Nam ut aliæ partes ædificij manent in fundamento quo nituntur, ita fundamentum per se manet, aut constitutum erit fundamenti fundamentū. Quā obrem quum Turrianus toties inculcat, Ecclesiam perpetuò ædificandam super Petrum, se ipse non audit, neque potest percipere hinc nō sequi Pontificium principatum. Aliud est enim Ecclesiam perpetuò ædificari, aliud perpetuò fundari, quod postremum, si verū esset, Petrus igitur solus esset tota Ecclesia, quia totum ædificium nihil aliud esset quām fundamētū, quod vel ipsa cogitatio respuit. Iam quod addit Turrianus Petrum esse & manere in successoribus vicaria ordinatione cōstitutis, negat planè Petrum esse fundamentum, quod quidem esse nō potest, nisi per se maneat, ut diximus. Quod si maneat Petrus per vicariam ordinationem, ergo non iam ipse Petrus, sed vicaria ordinatio erit Ecclesiæ fundamentum. Erit enim fundamentum Petri, quia per eam manet Petrus. At ipsa successionis & vicariæ ordinationis vocabula manifestò pugnant cū natura fundamenti, quod in perpetuo fluxu & mutatione esse nō potest, sine qua tamen non est successio nec vicaria ordinatio. Ecce igitur quām præclarè de Ecclesia meritus sit Turrianus, quam facit pūtris alicuius ædificij simillimā, cuius fundamentum decimo quoque anno, aut minore etiam temporis spatio sit renouandum, nempe quoties mortuo Pontifice Romano Cardinales istius

istius fundamenti fabricatores alium Pontificem substituit paulò post etiam (quemadmodum illi & volunt & sperant) interitum : atque ita de solo eiusmodi fundamento cogitant, de reliqua aedificatione parum solicii. Atque haec de Turriani verbis sineptis, pugnatibus, ~~et~~ quibus tamen conatus est praebere se mirificum quendam, non Ecclesiæ Dei, sed Pontificiæ Tyrannidis, hoc est, Babylonicae turris architectum.

Sequitur aliud loquendi genus, quo dicit Petrus singulariter datas esse claves, & Petrum singulariter iussum esse pascere oves Christi. In quibus nunc tantum expendo vocabulum (singulariter) ut videamus quam ex eo aptè ratiocinetur. Id alicui singulariter tribui dicitur, quod illi ipsi vni & eidem numero ac proinde soli tribuitur: id vero vniuersaliter attribui dicitur, quod omnibus eiusdem generis aut speciei couenit. Nam singularia opponi vniuersalibus non potuit Turrianus ignorare, qui in campo illo Philosophico toties exultat. At quum ego verba Christi apud Matthæum & Ioannem considero, video quidem Petrum nominatum compellari: sed simul facile intelligo aliud esse nominatum compellare, aliud eidem aliquid singulariter tribuere. Quæ dum Turrianus confundit, næ ille mihi non minus videtur indoctus, tum Grammaticus, tum Dialecticus, quam paulò ante visus est imperitus architectus. Porro, quod longè grauius est, ita loquitur magnus iste

disputator, ut si illi credas, iam nō sit ei amplius credendum. Nam si verum est Petro singulariter datas esse claves, aut Petrum singulariter iussum esse pascere oves Christi, sequitur falsum esse quod affirmat Turrianus, Romanis Pontificibus datas esse claves, & eos iuberi pascere oves Christi: quandoquidem Petrus non est idem numero cum Pontificibus. Christus autem singulariter dedit Petro (inquit Turrianus) nō igitur etiam dedit Petri successoribus, quia tūc dedisset Petro communiter cum successoribus. At singulariter dedit Petro, ita affirmante atque adeo centies repetente Turtiano: quare centies quoque ex eodem Turriano cōcludam, nihil hīc esse, quod ad Petri successors pertineat. Nec enim eum iuuat toties decātata successio & vicaria ordinatio, quæ locum non habet in iis quæ sunt eadem numero, quæ quidem nullam successionem vel vicariam ordinationem agnoscunt. Posita enim successione idem numero tollatur necesse est. Quod autem singulariter tribuitur, id soli & eidem numero tribuitur, quia nec vniuersaliter aut pluraliter tribuitur. Ex quo efficitur, si Petro & Petri successoribus datae sunt claves regni cœlorum, Petro singulariter non esse datas: et si Petrus & Petri successores iussi sunt pascere oves Christi, Petrum singulariter non esse iussum. Hoc enim loquendi genus Petrus & Petri successores collectionem significat, quæ pugnat cum eo, quod dicitur singulare. Sed quia quæ perspicua

cua sunt longa esse nō debēt (inquit ille) iā hæc quæstio ad exitū perducta sit. Atque ex iis, quæ ante à nobis excussa & explicata sunt, tertium Syllogismū Turrianicum hoc modo dissoluamus.

Maior propositio fallax est, primū in vocabulo *finis*: ita enim proponitur, vt si de causa finali ageret, cùm tamen agat de perfectione, quæ est rei perficiendæ finis, & ultimus terminus, vt dictum est. Deinde verbum esse insidiis non caret. Nam quanvis semper sint quæ ad finem referantur, tamen non necesse est illa ipsa esse atque eadem permanere, quod vult Turrianus, quocunque modo vocabulum *finis* accipiat.

Minor propositio ita intelligenda est: Sanctorum consummationem nouissimo die futuram, illum finem esse: hoc est eā perfectionē, ad quā initia & progressus Ecclesiæ tendunt. Sed Turrianus consummationem Sanctorū includit in hac vita, atque ita iuxta sensum eius minor illa propositio est plane.

Itaq; nullā vim habet ipsa cōplexio, quæ multis etiam alios errores admittit. Primus error, quod plura cōcludat, quā præmissæ cōtineat. Secundus error, quod nō rectè assignet ea, quæ ad perfectionē Ecclesiæ referuntur. Nec enim proponebit initia & progressus ædificationis Ecclesiæ quæ sunt cōtra virēas. Tertius error, quod locū Pauli ad Ephesios deprauans existimet illum ordinem, cuius meminit Paulus, debere esse in Ecclesia perpetuum. Quartus error, quod

à Petro ad Pontifices Romanos, & ab Aposto-  
lis ad Episcopos digrediens somniet Petrum in  
Pontifice Romano, & Apostolos in Episco-  
pis perpetuò esse & manere: nempe, quos simili  
somnio illis successores assignauit. Quintus er-  
ror: quod illa ipsa loquendi genera à Turriano  
vsurpata contradictionem implicit, dum si-  
mul ponunt & tollunt successionem atque vi-  
cariam ordinationem, quemadmodū suis quæ-  
que locis à nobis notata sunt.

Quæ cùm ita sint dissolutis tribus Syllogis-  
mis, ac proinde euersa Turriani sententia, quæ  
tota in illis Syllogismis cōtinetur: nos viciſſim  
tres Syllogismos, veros & certos, atque omni  
Turrianica exceptione maiores, tribus illis su-  
perioribus opponamus.

1. Nullum accidens Ecclesiæ quod ad exte-  
riorem formam & ordinem ad aliquod tempus  
necessarium pertinet, debet perpetuò perma-  
nere.

Hæc dispositio Ecclesiæ, ut Ecclesia Chri-  
stiana initio haberet Apostolos ipsius Christia-  
næ Ecclesiæ fundatores, fuit accidens Ecclesiæ;  
ad exteriorem formam & ordinem ad aliquod  
tempus necessarium pertinens.

Quare, eiusmodi dispositio Ecclesiæ non de-  
bet perpetuò manere.

2. Nullum corpus quod nunc solis mentis  
oculis cernitur ac fide creditur, & habet caput  
in cœlis, potest habere caput visibile in terris:  
Ecclesia Catholica est corpus quod nūc so-  
lis

lis mentis oculis cernitur ac fide creditur, & habet caput in cœlis.

Quare, Ecclesia Catholica non potest habere caput visibile in terris.

3. Nihil quod ad initia Ecclesiæ Christianæ propriè spectauit debet manere in Ecclesia Christiana usque ad ipsius consummationem, nec per se, nec per successionem aut vicariam ordinationem Apostoli, Prophetæ, & Euangelistæ, de quibus Paulus locutus est, ad initia Ecclesiæ Christianæ propriè spectarunt. Quare Apostoli, Prophetæ & Euangelistæ, de quibus Paulus locutus est, non debent manere in Ecclesia usque ad ipsius consummationem, nec per se, nec per successionem aut vicariam ordinationem.

Hi tres Syllogismi sunt verissimi, & nitūtūr certissimis Theologiæ principiis: quorū contrarium vel ἀνίσταται cùm tribus superioribus Syllogismis contineatur, quibus Turriani sententia expressa est: sequitur tres illos superiores Syllogismos falsos esse & ἀπολόγους.

Sed ut ea, que ὡς εἰ τύπῳ diximus, facilius ab omnibus intelligi possint. Iam singulas Turriani tum responsiones tum obiectiones, ipsius Turriani verbis (quoad eius fieri potuit) expressas, diligenter expendamus.



## LOCVS PRIMVS MATT. 18.

**D**I c Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, &c. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

*Sophisma Turriani.*

*Pagina  
10. libri  
Lurriani.* Ecclesia est cœtus & congregatio fidelium, qui in nomine Domini congregati sunt: illi verò demum in nomine Domini congregantur qui ab Episcopo suo congregātur, atque ita ut Ecclesiæ, quæ una Catholica est, & Preposito eius, nempe Pontifici Romano adhærent. Quod cùm de Protestantium Ecclesiis dici non possit, efficitur, eas non esse veras Ecclesiæ & ordinationes, quæ in illis fiunt, non esse Ecclesiasticas.

*Solutio superioris Sophismatis.*

*Fundamē  
tum dispu  
tationis.  
Ecclesiæ  
definitio à  
Turr. pro  
posita.* **H**oc Argumentum Turriani ductum ab Ecclesiæ Definitione primo loco recensi, vt ita verū huiusc disputationis fundamētū substerni possit. Definit autem Ecclesiā, fidelium cœtū & congregationē factā ab Episcopo sub uno visibili capite, nempe Pōtifice Romano: ex quo infert nostras Ecclesiās, cùm modo non sint congregatae, non esse veras Ecclesiās. Respondeo, vocabulorum *ουαυημανιος* esse remouēdā, priusquā illa rectè definiri possint. Itaque

Itaque nomen Ecclesiæ ( quatenus quidē huic disputationi cōuenit) à sacris scriptoribus variè solet usurpari. Primum enim significat congregationem electorum Dei, vt 1. Timoth. 3. Ecclesia est Domus Dei, columna & stabilimentum veritatis. Ephes. 5. Ecclesiā non habentem maculam aut rugam. Et paulò post, Mysterium hoc magnū est, de Christo & de Ecclesia. Et 1. cap. Ecclesia est corpus Christi, cōplementum eius qui omnia implet in omnibus: & si qui sunt loci consimiles. Deinde Ecclesiæ nomē tribuitur singulis & particularibus Ecclesiis, in quibus ordo Ecclesiasticus ex Dei verbo institutus est: cuius inodi fuit Ecclesia Corinthiorum, Ephesiorum, Thessalonicēsum, &c. quibus singulis tribuit nomen Ecclesiæ Paulus. Atque ita, poscente loquendi usu, nomen Ecclesiæ indefinitè usurpatum, significat vnamquaque ex Ecclesiis particularibus: vt 1. Corinth. 10. Estote sine scandalo Iudaeis & Græcis, & Ecclesiæ Dei. Hæc de nomine Ecclesiæ. Rursus dictio *fidelis*, *ομανύμιας* dicitur. Nunc enim conuenit solis electis: vt 1. Tim. 4. Nunc iis *lis.* omnibus, qui Religionem Christianam profittentur, vt 1. Corinth. 7. &c. Postremò *Congregationis* vocabulum habet etiam *ομανύμιαν*, gregatio- dò actionem congregantis significat. *Definitio à Turri-*

Ita igitur discussis Homonymiis, quæro *no propon-* ex te, Turriane, quam Ecclesiam hoc in loco *sita discu-* definias: electorūmne? At loqueris de Ec- *tetur.*

Ecclesiast. clesia ab Episcopis, Apostolorum successoribus, & ab ipsis Apostolis congregata. Constat autem Apostolos nō solos electos cōgregasse, sed simul etiam multos hypocritas, qui ad electionem Dei non pertinebant. Nam Apostolica prædicatio similis fuit sagenæ iactæ in māre, & quæ ex omni genere congregauit, vt cōstat ex Christi verbis. Matth. 13. Ergo non definis Ecclesiam electorum, alioqui definitio erit latior definito, quod vetant eæ regulæ, in quarum cognitione & vsu videri cupis impromis versatus, qui tertio quoque verbo Protestantes in arenam disputationis prouocas. Quid ergo? aliquāmne particularē Ecclesiam definitis id verò negas, cùm indefinite loquaris. Restat igitur vt eā definitionē proponere volueris, quæ vnicuique ex particularibus Ecclesiis conueniat. Hoc igitur primūm requiro in tua definitione, quod non addideris, te de visibili Ecclesia loqui, vt omnis Homonymia tollatur. Tu verò (vt ex serie huius disputationis patet) data opera ita loquutus es, vt quoties ea quæ sunt Electorum Ecclesiæ propria, cum Ecclesia visibili confunderes, facilius posses sub velo ~~euangelicas~~ latere.

Fidelium. Ais præterea hanc congregationem effundelium, quæ dictio non minas etiam fuit explicanda. Iam enim suprà confecimus in definitione Ecclesiæ visibilis, fideles intelligi, non solos electos, sed eos omnes qui veram religionem profitentur. At vera religio postulat p*ri*<sup>te</sup>

ritatem doctrinæ, synceram Sacramentorum administrationem, rectam inuocationem nominis Dei, & cætera eiusmodi quæ sunt ad veram religionem constituendam necessaria. Ex quo efficitur, iis omnibus deficientibus, non posse dici Ecclesiam: quia eiusmodi congregatio non erit fidelium cōgregatio, id est, eorum Ecclesia qui profitentur veram religionem, ut diximus. *non fuit*  
 Ita facile concludimus falsum esse quod initio <sup>ante Propheticam</sup> doctrinā. *dixisti*, Ecclesiā fuisse ante Propheticam & A-  
 postolicam doctrinam, id est, ante verbum Dei <sup>pag. 2.</sup>

ab hominibus receptum. Nam si Ecclesia est congregatio fidelium, & fideles dici nō possunt absque fide, neque fides potest absque verbo Dei consistere, consequitur verbum Dei esse prius Ecclesia. Quòd si ad leges rectè disputandi respexisses, vidisses Ecclesiam referri ad verbum Dei, tanquam τὸ μετρητὸν ἡρῷος τὸ μέτρον: hoc autem esse prius illo.

Sequitur porrò in tua definitione, fideles es-  
 se in Christi nomine congregandos, ex hoc <sup>Congrega</sup> *tio.*  
 Matthæi loco cap. 18. Si duo ex vobis conser-  
 ferint, &c. Et I. Cor. 5. vobis & meo Spiritu cō-  
 gregatis. Verūm Christus illic loquitur de ipsa <sup>Exponitur</sup> *locus Mat*  
 cùm animorum, tūm corporum cōiunctione, *thei 18.*  
 ac præsertim de cœtu Ecclesiastico, cuius fru-  
 ctum promittit fore præstantissimum. Sed cùm  
 Ecclesiastici cœtus non semper ac iugiter ha-  
 beantur (non enim id patitur humanæ infirmi-  
 tatis ratio) quæro num propterea Ecclesia, id  
 est, fidelium congregatio esse definit? minime

c.j.

sanè: video igitur te perperā fidelium congre-gationem, id est, cōcūm, & actum ipsum con-gregationis restringere, ~~non~~ cum ~~soia~~ cōfun-dentem: atque ita longè resilire à suscep-ta Ec-clesiae definitione. Illic enim Christus pro-po-nit, non Quid faciat Ecclesiam: sed, Quid ipsa Ecclesia faciat, quando in ipsius nomine con-gregatur ad offerandas preces, & ad exer-cen-dam Ecclesiae disciplinam. Quare tua hæc fal-lacia in congregationis vocabulo latitans, fuit nobis digito commonstranda, ne cuiquam im-ponat,

*Quos E-piscopus congrega-uerit.*

*Pag. 10.  
Error Tur-riani in Ecclesiae defini-tione.*

Postremò dicis eos demum congregari in nomine Christi, quos Episcopus congregau-rit: atque ita, vt Ecclesia, quæ vna Catholica est, & Præposito eius adhærent: horumque esse & dici Ecclesiam. Atqui, Turriane, est ~~atque~~ in definiendo longè maxima, petere veram definitionem ex rebus externis, vt ab instru-mentalibus causa, nempe ab Episcopis Ecclesiam congregantibus, non autem ab ipsa rei defini-ta sustantia. Interim tam securè illud pronun-tias, quām si expressum aliquem Scripturæ lo-cum totidem verbis recitares: hoc tamen præpostere dicitur, eos congregari in Chri-sti nomine, qui ab Episcopo congregantur, cùm ita potius dicendum sit, eos demum ri-tè & legitimè ab Episcopis, id est, ab Ecclesiæ Ministris congregari, qui in nomine Christi congregantur: vt quod minus dignum est, à digniore: & instrumentum ab artifice pēdeat. Sed

Sed iam audiamus locum Matthæi quem citasti  
 cap. 18. Quæcunque ligaueritis in terra, erunt  
 ligata in cœlo, &c. Quibus dedit Christus po-  
 testatem eiiciendi ex Ecclesia, inquis, eisdem  
 dedit quoque potestatem congregandi Eccle-  
 siam, ut ratio consequentiæ postulat. Respon-  
 deo, primùm hoc ineptum esse, initia Ecclesiæ  
 quærere in doctrina Excommunicationis, quæ  
 tum demum locum habet, cùm Ecclesia iam cō-  
 stat suis omnibus partibus. Verùm de his Chri-  
 sti verbis, & de tota hac quæstione fortassis a-  
 liâs. Nunc tantùm hoc dico, te perperam omit-  
 tere eam <sup>αντίθεσιν</sup> quæ est in contextu, nempe li-  
 gandi & soluendi, & aliam in uchere <sup>ἰξωλόγου</sup>. I-  
 ta igitur argumentum ex Christi verbis necdē-  
 dum est. Ad quorum officium pertinet excom-  
 municare, ad eos etiam spectat munus recon-  
 ciliandi, & recipiēdi excommunicatos post re-  
 sūpäsentiam. Quorsum autem hoc ad hanc no-  
 stram disputationem? Ipsum certè meridiem  
 obscuras tuis tenebris. Nemo enim negat Ec-  
 clesiā Christianam fuisse primùm ab Aposto-  
 lis congregandam: quanvis id non sequatur ex  
 tuo arguento, sed ex his verbis, Ite, prædica-  
 te. Matth. 28. Cùm autem dicas Ecclesiā esse  
 quoque ab Episcopis congregandam, quæro  
 ecquónam pacto Episcopus congreget Eccle-  
 siam? Si munus Episcopi hoc loquendi genere  
 comprehendis, non satis propriè loqueris: quā-  
 doquidem Episcopi munus est, non tam con-  
 gregare Ecclesiā, quām eam congregatam

*Argumen-*  
*tatio Tur-*  
*riani ex*  
*Matt. lo-*  
*co discuti-*  
*tur.*

*Pag. II.*

alere, souere, confirmare, & ea omnia præstare  
 quæ recenset Apostolus in Epistolis ad Ti-  
 motheum, & ad Titum. Verū maluisti ita  
 loqui, nempe ut insidias strueres in illo *congre-*  
*gandi* vocabulo : quas ut detegamus, nobis ex-  
 plica quid tibi velis, cùm ais Ecclesiam congre-  
 gari ab Episcopo. An id fieri cùm primùm illic  
 constituitur Ecclesia, vbi non erat? verū id  
 pugnat cum locis à te citatis: nam Christus lo-  
 quitur de ordinariis Ecclesiæ cœtibus, vt ante  
 dictum est: & de Pauli verbis. I. Cor. 5. nullus  
 est, ne ipsis quidem sophistis, dubitandi locus;  
 alloquitur enim Corinth. inter quos ordo Ec-  
 clesiæ iampridem fuerat institutus. Quinetiam  
 tantum abest ut Episcopi dicantur propriè Ec-  
 clesiæ congregare, vt eos potius dicat Paulus  
 in ipsis Ecclesiis constitutos. Act. 20. Attendi-  
 te, inquit, gregem, in quo vos Spiritus sanctus  
 constituit Episcopos ad pascendam Ecclesiam  
 Dei (non autem, ad congregandam) Neque sa-  
 nè leuis est error in Theologia, non distingue-  
 re inter Apostolos & Ordinarios Ecclesiæ Pa-  
 stores, vt patet Ephes. 4. Quòd si hoc congre-  
 gandi vocabulo, quanquam impropriè, ea ta-  
 men omnia intelligis, quæ ad munus Episcopi  
 pertinēt, ergo deueniendū est ad purā Euāge-  
 lij prædicationē & administrationē Sacra-  
 torū (vt suprà dicēbamus) quæ omnia officio E-  
 Turrianū piskopi continentur. Ita igitur aduersus Tur-  
 rianū ex ipsius fundamēto concludamus. Apo-  
 stoli & eorū successores Ecclesiā congregarunt  
 &

*Definitio*

*Turriani.*

*Turrianū*

*ipsum re-*

*felliit.*

& congregant in Christi nomine, & hoc est il-  
lis *κέρπετον*. At Pontifex Romanus, & quotquot  
ex eius radice surgut Episcopi, non modò non  
congregat Ecclesiam in Christi nomine, sed eam  
potius dissipant, & à Christo abstrahunt, ut eam  
sibi suisque cōmentis addicant. Ergo Pontifex  
Romanus, & eius Episcopi non sunt Apostolo-  
rum successores: & Ecclesia ab iis congregata,  
non est vera Ecclesia, sed potius in eos quadrat  
quod ait Christus Matth. 12. Qui non congre-  
gat mecum, spargit.

Ex his quoque sequitur sophistam Turria-  
num non leuiter errasse, cum in initio libri sui  
dixit Ecclesiam non prius fuisse, quam Aaron *An Eccle-*  
*Pontifex factus esset, atque adeò nō fuisse prius* *sia dicta*  
appellatam Ecclesiam, ex cap. 8. Leuitici. Nec *sit ante*  
enim debuit hærcere in Græco vocabulo, sed *Aaronens*  
venire ad *αὐτόγετον* Hebraicum: ibi enim inue-*summum*  
nisset vocabula *ληπ* & *πρω* (*quæ Græci per nomē* *Pag. 2.*  
*κακλοῖς* *interpretati sunt*) longè antea fuisse v-  
surpata: vt Exod. 12. 16. 17, &c. Quæ quidem vo-  
cabula ponuntur etiam in eo loco Leuitici *quæ Turria-*  
*nus solue-*  
cituat: adeò vt cum vellet Turrianus ē portu  
*ē portu na-*  
soluere, in ipso portu nauem fregisse videatur.  
*ue fregit.*  
Sic enim pugnat & cum ipso Hebraico cōtex-  
tu, & cum doctissimis quibusque, qui cum æta-  
tes Ecclesiæ describunt, solent ab Adamo in-  
cipere, vt fecit Augustinus quæst, super Iudic.  
49. ne dicā etiam perperam ipsam Ecclesiæ sub-  
stantiam, cum eius exteriore forma, fuisse hoc  
pacto à Turriano confusam.

*Limitatio  
Turriani.* Supereft in tua definitione limitatio, sine qua negas vllam Ecclesiam esse posse: atque ita congregantur, inquis, vt Ecclesiæ, quæ vna Catholica est, & Præposito eius adhæreant. Hic mentionem facis vnius Ecclesiæ Catholica, & Præpositi eius. Nos autem vnius Ecclesiæ catholica nomine intelligimus inuisibilem electorum Ecclesiam, cuius caput est Christus, & freti sumus certissimis Scripturæ testimoniis, Coloff. i. Ephes. 4. & 5. &c. Et si quidem propriè loqui volumus, tunc demum absoluta & perfecta erit Ecclesia catholica, cum Christus veniet viuos & mortuos iudicaturus. Tu verò contra Scripturam intelligis vnum aliquod

*An Eccl.  
Cathol. sit  
visibilis.  
Pag. 49.* corpus visibile, ex omnibus Ecclesiis visibili bus compositum, cuius caput sit Petrus in successore suo, id est, Pontifice Romano. Atque ita, Turriane, non iam nobiscum, sed cum ipsa rerum natura disputas. Nam omnium particularium & visibilium Ecclesiarum visibilem cōgregationem esse vñquam, vel fuisse, vel in hac vita esse posse, ne fando quidem, auditum est. Definis Ecclesiam fidelium congregationem: itaque si stas tuæ definitioni, non poterit esse Ecclesia visibilis, quin congregatio quoque sit visibilis: nec Ecclesia Catholica visibilis Ecclesia, quin eius cōgregatio fit etiā visibilis. Dices omnes particulares Ecclesias esse visibiles, atque inde sequi visibilē quoque esse illam vñam Ecclesiam Catholicam, quæ ex omnibus conflatur. Ego verò libenter hoc à te percontari ve-

ñ velim, egregie disputator, ex qua tandem vel  
 Philosophiae vel Dialectices penu depro-  
 pseris, <sup>τὰ μὲν ὄλης</sup> aliis, quām mentis oculis vide-  
 ri posse? licet enim particulares omnes Ecclesiæ  
 sint visibles, quoties tamen à nobis reducun-  
 tur ad vnam Ecclesiam, propter eandem fidem,  
 eadem Sacra mentia, & cætera eiusmodi: illud  
<sup>καὶ τὸν ὄλης</sup> non iam oculis, sed sola mentis cogita-  
 tione percipitur. Atque ut id magis intelligas,  
 cedò, Cur omnes Ecclesiæ vna esse dicis? non  
 ne quia omnes, siquidem sunt veræ Ecclesiæ,  
 eiusdem fidei atque Religionis arctissimo vin-  
 culo continentur? Ergo omnium Ecclesiarum  
 vnitas non magis videri potest, quām fides atq;  
 religio. Et realis totius Ecclesiæ catholicæ cō-  
 gregatio visibilis, in nouissimum diem differē-  
 da est. Itaque cùm Ecclesiæ omnes dicuntur  
 vna Ecclesia, non id fit, quod vnum quidam cœ-  
 tus re ipsa ex ipsis omnibus Ecclesiis compona-  
 tur (quod ne Turrianus quidem vñquam vidit,  
 nisi per somnum) sed vna dicitur, propter  
 vnitatem doctrinæ & religionis. Quò fit, vt  
 dum concludit Catholicam Ecclesiam esse  
 visibilem, quia omnes Ecclesiæ sunt vna ea-  
 démque Ecclesia, fallat <sup>Elenchus</sup> <sup>παρὰ τὸ μὴ αίτιον, ὃς αἱ-  
 τοι.</sup> Turr.  
 Quò magis miror sophistam omnia pro-  
 pedium suæ causæ præsidia, in hoc vno so-  
 phismate, tanquam in arce munitissima, col-  
 locasse: nempe, cùm Ecclesia Catholica sit vi-  
 sibilis, eam necessariò caput visibile habere,  
 ut caput suo corpori respondeat. Hoc autē aī-  
 e. iiiij.

*Pag. 301.* ripit tanquam clauam Herculeam ad debellanda Ecclesiarum Protestantium, & Confessionistarum (sic enim loquitur) monstra πολυκρατα. Hinc istæ verborum ampullæ, Protestantium Doctores omnes fuisse à Turriano fractos, re-  
*Epist. nro. 100.* uictos, & ad αφωνias cōpulsos. Bona verba, Tur-  
*cup. &* riane, ac vide ne in te quadret, quod ait David  
*Pag. 279.* de eo qui efflat in suos aduersarios, tanquam eos solo flatu prostratus. Atenim, vt videoas nondum nos ad αφωνias redactos esse, ita hoc tuum argumentum in tuū caput retorquemus: si Pontifex Romanus, cùm sit visibilis, non posse esse caput insuvisibilis Ecclesiæ, vt caput corpori respondeat: Ecclesia autem Catholica est inuisibilis, quia Catholica: (vt antè demon- stratum est.) Sequitur Pontificem Romanum non posse esse caput Ecclesiæ Catholicæ.

*Conclusio.* Ex his igitur omnibus efficitur, definitionē Ecclesiæ à Turriano propositam, esse (vt Philosphorū verbis utat) φαινομένη μὲν, οὐσία δὲ μὴ, id est planē οὐφεσικήν. Quare substituamus verā Ecclesiæ visibilis definitionē, & eam conficiamus, non ex sola instrumentalī causa (quod fecit Turrianus, dum totus hæsit in Ministris Ecclesiæ congregantibus) sed proferamus ea quæ sunt οὐσιώδη Ecclesiæ, nempe doctrinam & Sacramenta, quæ vt anima corpori, ita Ecclesiæ vitam infundunt, & eam conseruant: vt ita ἡ η  
*Vera defini-* η ἡ ἡ Ecclesiæ verē exprimatur. Ecclesia Chri-  
*finitio Ec-* sti visibilis est cœtus hominum Euangeliū  
*clesia vi-* sibilis. Christi profitentium, in quo per Ministros ad hoc

hoc vocatos, Euāgelij doctrina purē traditur,  
& Sacraenta ex Dei verbo administrantur.  
Hæc definitio simplex est, & apertè nititur ver-  
bo Dei, quemadmodum ex serie totius dispū-  
tationis manifestum erit.

Iam opponamus falsæ Turrianī conclusio- *Artiq-*  
ni verā & ~~læstæderixn~~ cōclusionem. Cūm in Ec- *o 15.*  
clesia nostra ex verbo Dei reformata, & Euan-  
gelij doctrina purē tradatur, & Sacraenta per  
Ministros ad id vocatos sincerè administren-  
tur: sequitur ex superiori definitione, nostram  
Ecclesiam esse Christi Ecclesiam: & ex ratione  
consequentis, Pastores nostros esse veros ac le-  
gitimos Ecclesiæ Ministros.



## RESPONSIO ET OBIECTIO- NES TURRIANI AD SVPE- riorem A. Sadeelis Dispu- tationem.

**A**M definitionem proponere volui, I.  
que unicamente ex particularibus Ec- *Pag. 24.*  
clesiis conueniat. Curigitur reprehen-  
dis, si te homonymia nō impediret quo-  
minus intelligeres cuius Ecclesiæ definitionem pro-  
ponere voluerim?

### REFUTATIO.

**Q**uem F. Turrianus libros suos superio-  
res inscripsisset de Ecclesia: Et in illis de-

finitionē Ecclesię proposuisset: spē aliquā affere videbatur, fore, vt qui aduersus Lipsiēsem Academiā scribebat, tractationem suam institueret ex legibus recte & accurate differendi, quae docent res eas, de quibus tractatur, esse imprimitis definiēdas, vt intelligatur id de quo disputatur. Sed cùm Ecclesiæ vocabulū dicatur multis modis, & definitio ab eo proposita non videretur librorum inscriptio ni respondere: Postulaui, vt discussis homonymiis nobis explicaret, ecquam ille Ecclesiam definierat. Quæ quidem postulatio quanuis iustissima, isti tamen Turriano (cui quæ iusta sunt placere non solēt) adeò displicuit, vt hinc facere voluerit suæ definitionis initium. Verum enim uero, Turriane, me quod æquum fuit postulasse, vel hinc apparet: quod ne admonitus quidem, Ecclesiam de qua tractas, definieris. Nā cùm & in libris tuis superioribus, & in hac tua tuique Pontificis definitione, de Ecclesia Catholica tractationem suscepseris: & vnam Ecclesiā Catholicam prædices, vnam vrgeas: constat tamen ex his tuis verbis te Ecclesiam Catholicam minimè definire. Si enim (vt agnoscis) eam definitionē Ecclesiæ proponere voluisti, quæ vuicuique ex particularibus Ecclesiis conueniat, certè tua isthęc definitio non est definitio Ecclesiæ Catholicę: alioqui sequeretur vnamquamque ex Ecclesiis particularibus esse Catholicam Ecclesiam: si quidem verum est quod doctissimi tradiderūt, cui definitio conuenit, eidem definitum conuenire:

nire. Nec verò inter nos hoc controuersum est: an vnaquæque ex particularibus Ecclesiis sit visibilis: sed, an Ecclesia Catholica visibilis dici possit: quod posterius cùm affirmes, ea tibi fuit proponenda definitio, quæ non vniuersi-  
usque ex particularibus Ecclesiis, sed esset Ec-  
clesiæ Catholice propria: ne de Vniuersali tra-  
ctans, & particulare definiens, facile tuam pro-  
deres in rebus tractandis imperitam negligen-  
tiā: atque efficeres, ut hic tuus liber non cau-  
sæ tuæ defensio, sed erroris accusatio esse vide-  
retur. Ecce igitur, Francisce, & quid ab initio  
facere debueris, & quid non feceris: quemad-  
modum te iam sentire existimo. Atque istud  
quidem peccandi genus (quandoquidem iden-  
tidem repetis me Græcis summopere delecta-  
ri) Græci vocant *εἰδὸς θύεταν*. Huius au-  
tem disputationis faustum nobis, tibi verò in-  
faustissimum esse initium hinc cuiuis perspi-  
cum esse potest: quod ut Ecclesiam Catholi-  
cam nobis demonstrares, voluisti ab his Chri-  
sti verbis initium facere in quibus duorum aut  
trium mentionem facit, Vbi sunt duo vel tres  
congregati in nomine meo, illic sum in medio  
eorum, inquit Christus. In nūc Turriane, & au-  
de negare usquam esse Ecclesiam, nisi vbi ap-  
paret exterior illa Catholice Ecclesiæ facies,  
quam nobis in tuo libro depinxisti.

Matt. 18.

T V R R I A N V S.

*I*n te necessario desideratur quod à me inaniter II.  
requiris, nam cùm velis tollere homonymiam, pag. 4.

quare Ecclesiam, quæ in cœlis est pretermisisti? quā  
Ioannes vidit descendenter e cœlo Apoc. 21. ad  
quam accessimus per communionē sanctorum, quā  
in Symbolo confitemur, sicut Paulus in Epist. ad  
Hebr. Accessisti, inquit, ad Sion montem, &c. Et  
Coloss. 1. qui dignos nos fecit in partem sortis san-  
ctorum in lumine. Sortem sanctorum vocat beatitu-  
tudinem sanctorum, & Baptismum lumen.

Pag.5.

Prætermisisti etiam varias rationes Dispositio-  
nis Ecclesiæ in lege Natura, in lege Mosis, & in  
Euangelio.

Pag.6.

Prætermisisti quoque Ecclesiam, quæ à Prophetis  
magna Ecclesia vocatur, quæ nunc secundum Apo-  
stolicam traditionem Catholica dicitur Psal. 34.  
Confitebor tibi in Ecclesia magna: de qua Cypri-  
nus in lib. de unitat. Ecclesia: ex illo loco Ioannis:  
Erit unus grec & unus Pastor.

Pag.9.

Porro prætermisisti Ecclesiam perfectiorum ex  
Methodio: de qua 2. Cor. II. despendi vos uni viro,  
virginem castā exhibere Christo: verū huic mo-  
di Ecclesia facile potuit à te præteriri.

Pag.9.

Dicitur quoque Ecclesia clericorum, & Ecclesia  
Laicorū ex doctrina Clementis lib. 8. cap. I.

Pag.10.

Dicitur quoque Ecclesia malignantium Psal. I.

## S A D E E L.

**D**ixi me agere de Ecclesiæ vocabulo qua-  
tenus quidem huic Disputationi cōuenit  
(hæc enim mea sunt verba) neque volui vagari  
extra orbem Disputationis, quod dignum re-  
prehensione nō fuit. Nam quæ dicis à me præ-  
ter-

termissa, aut nō prætermissa sunt, aut certè prætermitti debuerunt. Atque id, vt magis pateat, tuas obiectiones sigillatim excutiam. Ecclesiā quæ in cœlis est, non prætermisi, cùm dixi Ecclesiā significare congregationem Electorū Dei, in quorum numero nisi felices ac beatos illos spiritus recenses, qui in cœlis versantur, dignus es certè, quem vrbs Roma & ipsa Pontificis aula iampridē aluerit pro terrena ipsius felicitate toto animi impetu decertātem. Quia verò identidem mihi obiicis me non intelligere quid dicam: atque bellis huiusmodi loquendi formulis repetendis in immensum tuus ille liber excreuit: amabo te, videamus, num ipse quid dices intellexeris, quum citasti locum ad Hebraeos. Ut enim dices Ecclesiā piorum in terris versantium separari ab electis qui iam fruuntur cœlesti vita: profers Apostolum affirmantem pios Hebraeos ad Hierusalem cœlestem accessisse. Ex quo manifestum est Electos tum in hac, tum in futura vita constitutos, ad vnam Hierusalem cœlestem pertinere, quam idcirco Paulus, ad Galatas, matrem omnium Gal.4. nostrum appellavit. Eò etiam spectat locus ad Coloss. quæ non nostræ, sed tuæ sententiæ obiecisti: Vbi tamen malè exponis vocabulum lūcis de Baptismo, cum opponatur potius iis quæ postea de tenebris dicuntur. Varias autē disputationes Ecclesiæ in lege Naturæ, in lege Mosis, & in Euāgelio nō adieci: tū quod id non pertinet ad explicationē vocabuli (aliud est enim

de re ipsa tractare: aliud rei nomen exponere) tum quia quæcunque tandem fuerit Ecclesiæ dispositio , semper ibi nomen Ecclesiæ expo- nendum fuit vno ex iis modis, quos protuli. I- taque quantum video , mira est tua, Turriane, inscitia: qui nō intellexeris, vt me redargueres, demonstrandum fuisse, Ecclesiam ante Legem, sub Lege , & sub Euangelio nō significasse vel congregationem Electorum Dei : vel particu- larem aliquam Ecclesiam , vel indefinite v- nam quamque ex particularibus Ecclesiis: quæ sunt variæ acceptiones nominis Ecclesiæ à me propositæ. Quòd addis de Ecclesia magna ex Psalmo 35. in alienū sensum detortum est, népe tuo more: quem affirmare possum nullum Scri- pturæ locum in hoc libro citasse, quin eum de- prauâris: quemadmodum ipsa progressio do- cebit, Cōfitebor tibi in Ecclesia magna, inquit Psaltes, hoc est, in frequentissimo Ecclesiæ cœ- tu. Ut statim subiicit: In populo valido siue multo laudabo te. Et quia tuā lingue Hebraicę imperitiam agnoscis , adeoque tibi propemo- dum laudi ducis pag. libri tui 54. debebas eos consulere qui hebraicę sciunt, vt hunc tibi lo- cū exponerent potius, quām inquirere de meo nomine, cuius <sup>enī</sup> quispiam excogitauit vt te deluderet, atque ita videres nomen Ecclesiæ si- gnificare actum ipsum congregationis: nempe celeberrimum piorum cœtum , in quo Psaltes profitetur se Dei gloriam, & immensa eius be- neficia pleno ore prædicaturum. Atque id , mi- homa,

homo, nihil ad hanc quæstionem pertinet: in qua non agimus de Ecclesia, quatenus est actu hæc vel illa congregatio Ecclesiastica, quæ statim dimissa concione esse definit: sed de ea Ecclesia quæ manet, neque restringitur ad actum ipsum congregationis, ne tot nobis facias Ecclesias, quot erunt actu Ecclesiasticæ congregations. Dices fortasse locum illum extendi allegoricè ad Ecclesiam Christianā: neque sum nescius Vteres librum Psalmorum vulgo ad nouissima Euangeliū tempora accommodare: sed ex illis allegoriis firmum aliquod argumentum deduci posse, id vero pernego: qua de re nos Augustinus admonitos voluit: cuius sententiam Lyranus Scholasticus amplexus est, & ipse Thomas symbolicā dixit non esse argumentationem. Quis, inquit Augustinus, non impudenter nitatur aliquid in allegoria positū pro se interpretari: nisi habeat & manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura? quinetiam licet Augustinus hunc locum allegoricè exponat, cum tamen refert ad Ecclesiā Electorum: in graui populo laudabo te, quem, inquit, ventus temptationis non aufert. In his Deus laudatur: nā in palea blasphematur semper, Hæc ille.

Lyr. in 1.  
cap. ad.

Hebr. In  
proem.

Boë. que.

2.  
Epist. 48.

In Ps. 34.

Addis, hanc Ecclesiam magnam (nempe ex falso tua illa interpretatione) secundum Apostolicam traditionē, Catholicam dici. De traditionibus egimus in nostra Disputatione De Verbo Dei scripto. Catholicæ vero Ecclesiæ

significationem in Summa huiusce Disputationis excussum. Itaque affirmo nobiliss. quoque Veteres & ipsa imprimis Symbola Religionis Christianæ, nomine Ecclesiæ Catholicae significare cōgregationem Electorum Dei, quam vocant sanctam, & in qua vigeat Sanctorum communio. Si quorum igitur Veterū auctoritate duceris, eos imprimis sequi debes, qui nomine Catholicæ Ecclesiæ, congregationem electorum significarunt. Hanc autem Ecclesiæ significationem cùm adscripserim: malè me & imperitè redarguis: cùm te potius ipsa rei veritas conuictum teneat, qui nōm Ecclesiæ Catholicæ restringis ad eos qui in terris versantur, contra ipsam veritatem: contra veterum doctorum testimonia: denique contra ipsorum Pontificiorum fidem: qui, mirum si te diutius ferre possint, Deiparam virginem, Apostolos, Martyres & reliquos Sanctos in cœlis agentes, ab Ecclesia Catholicæ excludentem. Nec te iuuat Cypriani extra propositū citatus: ibi enim Ecclesiam Catholicam ne nominat quidē. Tu verò iam oblitus es, te nondum de re ipsa, sed tantum de vocabuli significatione disputare, vnam autem Ecclesiam agnoscimus nō plures, propter fidei & Religionis unitatem: non propter illum vnum Pontificem Romanum, de quo semper loqueris, & de quo nunquam Cyprianus cogitauit: cui si credas, auctum est de Romani Pōtificis principatu: ut infrà nobis suis dicendum erit, quum hæc verba Christi expon-

ponemus: Pasce oves meas: (loco Scripturę, ordine 3.) vbi etiā docebimus hęc verba apud Ioānē: Erit vñus gregis & vñus pastor, de solo Christo vñius gregis vñ o pastore, esse intelligenda.

De Ecclesia perfectiorum & imperfectiorū à me (vt aīs) prætermissa me simul & accusas & absolvis: in quo posteriore vt te adiuuem, hoc vnum addam, mihi non fuisse propositum eas omnes nominis Ecclesiæ significaciones recensere, quæ apud varios authores reperiri possunt, sed tantum quę extat in sacris literis. Cæterū, cùm Methodius loquatur de Ecclesiis particularibus, in quibus alij sūt aliis prouectiores: nō video quamobrem hanc significationem à me prætermissam dicas, qui facio de Ecclesiis particularibus mentionem. Locū autem ad Corinthios perperam ad perfectiores restringis: quādoquidem Paulus totam Corinthiorum Ecclesiam compellās: Præparaui, inquit, vos: quos vni viro vt virginem puram fistam, nempe Christo: & virginitatem opponit corruptis mētibus & descendentibus à puritate Euangeli, vt sequitur in contextu: vers. 3, & 4. Atque id nō ad solos perfectiores pertinet: sed ad pios & fideles omnes quoscunque tandem progressus in fidei doctrina fecerint. Nam si non sunt ex eorū numero, qui puritatem doctrinæ retinent, & dicuntur sponsa Christi, certè non sunt de Ecclesia Dei: falsum est igitur, & tuum est cōmētū, solos perfectiores vocari virginem sponsam Christi: cùm illud nomen ad totam piorum Ecclesiam

f.j.

**Theodor.** pertineat: ut docent Theodoreus & Basilius,  
*in 2. Cor. c. II.* quos testes aduersus te produxisti. Ambrosius  
**Basil.** autem *virginis* vocabulum refert ad doctrinæ  
*in 1. c. Es.* puritatem, ut & hæc verba Ioannis in Apoca-  
*Amb. in lysi;* Virgines enim sunt, & Chrysostomus  
*2. Cor. c. II.* hunc locum exponens, Omnis, inquit, Ecclesia  
**Chrys.** virgo est.

*ibid.* Ais Ecclesiam dici quoque tum Clericorū,  
*Apoc. 14.* tum Laicorum, ex tuo Clemente: ubi tuo more  
 pugaris, & tempus teris inutilibus ac superfluis  
 testimoniis Veterum proferendis: nempe ut i-  
 ta libri tui farraginem quoquis tandem modo  
 componeres. Paucis respondeo: primū Cler-  
 icos & Laicos contineri in particularibus Ec-  
 clesiis, quarum ego memini, licet eiusmodi no-  
 mina non probem: deinde me non pluris face-  
 re tui Clementis & reliquorum eiusmodi Mo-  
 nachorum somnia, quam tua deliria: ne post-  
 hac (tibi enim parcō) tantopere desudes & elab-  
 ores in eiusmodi nugis, vel Græce vel Latine  
 recitandis.

Postremò profers Ecclesiam malignantium:  
 quam fateor me prætermisisse de Ecclesia Dei  
 differentem. Tu vero de tua tuorumque Mo-  
 nachorū Ecclesia differens, Ecclesiā malignā-  
 tium prætermittere noluisti, nec et ā debuisti.

## TVRRIANVS.

III.  
*Pag. 10.*

**I**N homonymia vocabuli fidelis explicāda omi-  
 nisi, quod frequenter significat eum qui innolat  
 Dei leges seruat. *Luc. 12.* *Quis putas fidelis seruus*  
 & prudens, &c.

SADBELE

SADEEL.

**Q**um dico fidelis nomine modò Electos significari, modò generalit. reos omnes qui Christianam Religionem profitentur: non prætermisi eam significationem, quæ est apud Lucam: quippe cùm ad Electos pertineat. Atque ita perspicuum est, te non cogitasse quid scriberes, modò multa scriberes.

TVRRIANVS.

**P**erpræ existimas locum Pauli. I. Tim. 3. Ec- IIII  
clesia est domus Dei, columna & fundamen- pag. II.  
veritatis esse intelligendum de Ecclesia Electorum  
que innibilis est. Nam de Ecclesia visibili dictum  
esse probo h[ab]itationib[us]. Vt scias, inquit, quomodo o-  
porteat te in Ecclesia conuersari. Ecclesia igitur in  
qua conuersandum ei erat cum hac scientia necef-  
sario visibilis erat.

SADEEL.

**I**Am hoc sumis probandum, locos eos quos  
citaui de Electorum Ecclesia, eff. perperam  
citatos: nec ad Electorum Ecclesiam pertinere.  
Ac primū agis de his Pauli verbis: Ecclesia est  
domus Dei, columna & firmamentum verita-  
tis, quæ dicis non de Electorum Ecclesia, sed  
de visibili Ecclesia accipienda effe. Quid sit E-  
lectorum Ecclesia, & quomodo sit innibilis:  
explicatum est in Summa huiusc Disputatio-  
nis, quo sit ut h[ab]eas nō repetā. Tu vero, Fr[ancis]ce,  
si rudimenta Theologiae teneres, facile scires  
eam Ecclesiam quæ est domus Dei, eff. Eccle-  
siam Electorum, in quibus solis Deus habitat

f.ij.

per spiritum suum (vt docet Scriptura) non autem in reprobis & hypocritis. Est enim Deus  
 Zeluit. 26. & Pater eorum in quibus habitat, inquit Propheta, & post Prophetam Apostolus: Et alibi,  
 2. Cor. 6. Christus, inquit, vt filius domini sui præest: cuius domus sumus nos: si fiduciam & spem illam  
 Heb. 3. de qua gloriari mūr, ad finem usque firmam tenuerimus. Porro nec recte nec Theologicè op-  
 ponis visibilem Ecclesiam Electorum Ecclesiæ: quandoquidem visibilis Ecclesia constat e-  
 tiam, & imprimis ex Electis tanquam dignissi-  
 mis: & propter quos ( vt antè diximus) Ecclesia  
 vocatur: addo etiam propter eos Ecclesiæ tri-  
 bui, vt sit domus Dei columna & firmamen-  
 tum veritatis. Nam, obsecro te, tribusne hoc  
 fortè existimas inconstitiam, & constantiam:  
 mendacium & veritatem eadem esse. Quod  
 si non tribuis hypocritis & reprobis: restat ut  
 solis Electis tribuendū sit. Quemadmodū etiā

*In locum* Veteres intellexerunt. Nam Chrysostomus lo-  
*Apost.* cum exponit de ipsa veritate, quæ sit columna  
*Hieron.* & firmamentum. Idem Hieronymus. Augusti-  
*ibid.* nus autem: Ilsa est, inquit, prædestinata colum-  
*psal. 103.* na & firmamentum veritatis: adeoque Thomas  
*In prior.* ipse, quanquam maximus dignitatis Pontificia-  
*ad Tim.* patronus, verba hæc Apostoli refert ad ea quæ  
*c. 3.* dicuntur Ro. 8. Quos prædestinavit, eos voca-  
 uit: quos vocavit, eos etiam iustificavit, &c. Et  
*Ioan.*

Ioan. 17, vt & ipsi in nobis sint vnū, quę omnia  
 de electis dicūtur. Atenim audiamus tuā obie-  
 ctionē: Loquitur, inquis, de Ecclesia in qua ver-  
 sandum erat Timotheo. Ergo de Ecclesia visi-  
 bili. Quidē tu ne præstantissimum hoc elogium  
 Ecclesiæ, ad eas Ecclesiæ restringes in quibus  
 Timotheus versatus est? At illæ iampridem in-  
 terierunt. Ignorāsne ea, quę in genere de Eccle-  
 sia Dei dicuntur, ad hāc vel ad illam Ecclesiam  
 posse accōmodari? Nónne porrò animaduer-  
 tis Pauli sententiam esse generalem? Sic igitur  
 habeo; quia particulares Ecclesiæ habent Elec-  
 tos, hinc fieri, vt elogia totius Electorum Ec-  
 clesiæ de singulis particularibus Ecclesiis dicā-  
 tur: non quia sunt visibiles (vt tu existimas) sed  
 quia illæ visibiles Ecclesiæ Electos habēt, pro-  
 pter quos etiam Ecclesiæ dicuntur. Sic dicūtur *Heb. 13.*  
 Hebræi illi, ad quos scripsit Apostolus, accessis  
 se ad Hierusalem cœlestem, & myriadas Ange-  
 lorum, conuentum & concionem, siue Ecclesiæ  
 primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis:  
 hoc est, ad Ecclesiam Electorum. Sic dicuntur *Ephe. 2.*  
 Ephesi conciues sanctorum, & domestici Dei.  
 Sic Corinthij sacerdificati: sic Philippenses, Colos-  
 sens, Thessalonicenses dicuntur sancti: deni-  
 que sic illi, ad quos scribebat Petrus, dicūtur e-  
 lecti, vt antè diximus. Quæ quidem omnia visi-  
 bilibus Ecclesiis tribuūtur: & nihilominus sunt *Coloss. 1.*  
*Phil. 1.*  
*1. Thess. 1.*  
*1. Pet. 1.*  
*&c.*  
 Electorū propria. Vt enim de vite dici potest  
 eā proferre vinū ad vitā hominis tuendā accō-  
 modatū, neq; id tamē ad aridos ac demortuos  
 f. iij.

palmites, sed ad solos frugiferos erit referendū: ita quod hīc dicitur de Ecclesia & multa alia cōsimilia, ita dicūtur de Ecclesiis visibilibus, vt ad solos Electos, nō autem ad reprobos & hypocritas, pertineat. Recte enim Hieronymus: *Nihil interest, inquit, de corpore quid dicatur an membris: cum & corpus dividatur in membra, & membra sint corporis. Quamobrem duo tibi fuerunt consideranda, Turriane, quae te ab hoc incepto concludendi genere reuocarēt. Vnum, hypocritas & reprobos propriè nō esse partes conficiētes: sed, vt ita dicam, deficiētes, vel potius esse partes obuariu[m]os: quādo Ecclesiæ visibles dicuntur cōstare ex Electis & reprobis. Alterum, ne in ipsis quidē veris partibus totū suū verē constituentibus stare posse tuam ratiocationē. Ea est enim natura Totius, vt de toto etiam dicatur, quod tamē vni eius parti tātum cōuenit: vt quum dicimus hominem intelligere & sapere: quod ad solum animū non autē ad corpus referri debet. Perperā igitur ita concludis: Si de visibiliib[us] Ecclesiis dici potest eas esse, domum Dei columnam & firmamentum veritatis: ergo hoc elogium nō Electorū propriū, quādoquidem Ecclesiæ visibiles cōstant ex Electis & reprobis: quod etiam minus est quām si ita diceres, si de homine dici potest eum esse disciplinæ capacem: ergo hoc attributū non est animi propriū: quādoquidē homo cōstat ex animo & corpore. Ergo tu nō causā pro causa sumis, & partiū propria māe in Toto ipso cōfun-*

*In Epist. ad Gal. cap. 2.*

dis: ut tuos errores ex præceptis ~~agēt novi mundū~~  
redarguā. At nos ita cōcludamus. Si (esse domū  
Dei columnā & firmamentū veritatis) ab Eccle-  
sia separari non potest: Ergo Romana Ecclesia  
non verè dicitur Ecclesia: quia nec domus Dei  
est: nec est colūna & firmamentū veritatis. Et  
hęc est vera nota, ex qua discernēdę sunt Eccle-  
siae visibiles, nō autē ex Pōtificū & Episcoporū  
catena; lōgāq; illa successione nobis toties ob-  
iecta à Turriano, quæ profectō videtur similis  
precatoriis, globulis quibus vtuntur Pōtificijs,  
longo quidē, at tenui filo pendentibus.

## T U R R I A N U S.

Primus gradus est vinere in Ecclesia visibili se-  
cundū mādata Domini, quod est fieri in areatri Pag. 13  
ticū & nō paleas, &c. Quomodo priore & antecedē  
te gradu qui in Ecclesia visibili ponitur relicto, de  
posteriore & sequēte qui in Ecclesia inuisibili collo-  
catur, Apostolus poterat cū ratione meminisse.

Ecclesia visibilis dicitur colūna & fūdamētū ve-  
ritatis propter fidē quam corde & ore visibili profi-  
tetur & prædicat: quæ sīdes ita firmat Ecclesia cre-  
dētiū, ut portæ inferi nūquā aduersus eā prænaleat,

Non ob aliam causam meminit hic Apostolus de Pag. 14  
Ecclesia colūna & fūdamēto veritatis, nisi ut Ti-  
motheum admoneret de edificatione Ecclesia super  
Petrum facta, ut si quando opus esset, & de aliquo  
dogmate certum habere vellet, adiret Petram il-  
lam; exemplo ipsius Pauli.

## SADEEL.

**P**osteriorem gradum collocas in eterna vita. Priorem autem ita nobis describis. Primus gradus est, inquis, vivere in Ecclesia visibili secundum mandata Domini, quod est fieri in area triticum, & non paleas. Atque ita, mi Francisce, tuæ iam sententiæ renuncias. Nam esse triticum & non paleas, Electorum est proprium. Itaque ex te ipso concludo locum Pauli etiam de Ecclesiis visibilibus intellectum, ad Electos pertinere: quod etiamnum magis confirmas cum subiicis: Ecclesiam dici columnam veritatis propter fidem, quæ ita firmat Ecclesiam credentium, ut inferorum portæ aduersus eam non præualeant: quod satis vides ad solo<sup>m</sup> Electos esse referendum. Iam quod addis de Timotheo admonito, ut ad Petrum recurreret: hoc verò est iocari, addo etiam somniare, finire, comminisci, nugari denique, non autem Thologicè differere.

## TVRRIANVS.

VI.

Pag. 16.

**G**Alat. 2. qui videbātur columna esse. At si co-  
lumnas Electorum dicere voluisset, non sic di-  
xiisset qui videbātur, nam eos nemo præter Deum &  
cui voluerit reuelare videt, conclude ergo, Antonius,  
sicut isti Apostoli in Ecclesia visibili columna esse  
videbantur, sic Ecclesiam quam dicit Apostolus esse  
columnā veritatis, intelligendā esse visibilē Ecclesia.  
Cōtulit itaque Paulus cum Iacobo Petro & Joanne  
qui

qui videbantur columnæ esse : sed cum Petro quidem secundum locum & dignitatem gradus in quo à Domino positus fuerat : quod non obscure significavit, quineum locanit Medium, & Cephas vocauit : contulit, inquam, ut ab eo firmaretur, qui erat à Pe- tra vocatus Cephas. Nec est intelligendum fuisse in Iacobo aut in Ioanne, aut in utroque autoritatem approbandi Pauli predicationem, sed in Petro tan- tum : qui hoc fecit adhibitis duobus ex primariis Apostolis in consilium : quem morem ab Apostolis traditum seruat Pontifex Romanus, ut in maiori- bus causis in collegio Cardinalium decernat : quod si alius aliter videatur, contradicitur Pontifici, tamen cum omni, & quidem libenti reverentia : sicut Pan- lis Petro, & quidem libenti contradixit, vide Ter- ristull. lib. 4. contra Marcio.

## SADEEL.

**Q**uid audio, Turriane, hæc cine est tua illa lingua Græcæ cognitio, quam tantopere ostentas in Participium ~~donorum~~ in illo Pauli lo- co tu ne ad sensum corporis externum retuli- sti? Et quia me toties ad meam Academiam re- uocas, ego vicissim te ad tuam Academiam re- uocarem : sed audio te ex Academicō factum Peripateticum, qui relicta sede tua Hispanica, Romanis iampridem deambulationibus dele- caris. Verumtamen mea Academia, quam to- ties appellas, iubet te adire Romanū illud col- legium Neophytorum, cuius infra meministi, quum nobis tui Pontificis laudes mirificè præ-

dicares: ut ibi discas significationem Particij ~~longiorum~~. Videri igitur apud Paulum non refertur ad oculos corporis, sed ad opinionem & existimationem. Videbantur, hoc est, habebantur, alioqui sequeretur aut ibi tunc fuisse inane aliquod spectrum: aut re ipsa Apostolos fuisse columnas, siquidem columnæ videbantur. Atque id, Turriane, tuis templis relinquimus: in quibus non viuam Apostolorum doctrinam, sed solas Apostolorum statuas habetis: atque ita scilicet visibiles Apostolos retinetis. Quid porro tibi vis, quum Petri dignitatem ex eo colligis, quod Paulus eum medium locauerit, nempe inter Iacobum & Ioannem? Sic enim Paulus: Iacobus inquit, & Cephas, & Ioannes. Undenam obsecro vos Iesuitastri, qui perpetuo errantes ad ultimas usque terras excurritis, nobis nouam hanc Dialeticen attulistis? An ex illis Indiae populis, quos mihi toties obiecisti: & apud quos vestra miracula edere soletis, quibus vos in Europa nati, nondum tamen Europam dignati estis: nisi forte pro miraculis habeantur vestra illa ratiocinandi monstra, quibus vos Pontificium primatum assertere soletis. Cuiusmodi fuit hoc concludendi genus Turrianicū: Petrus numeratur inter Iacobū & Ioannem, & vocatur Cephas: ergo Petrus est princeps & caput Ecclesiæ Catholicæ. Scilicet Iacobus & Ioannes (quos tu cum Cardinalibus comparas) erat legati nō iam à latere, sed à lateribus, cùm haberent

rent Petru in loco medio collocatum. Tu vero Sophista, sic habeto: falsa esse illa omnia que addis de tuo, contra Pauli, tum verba, tum sententiam, qui nominatim in illa epistola, & in poster. ad Corinth. cap. 12. profitetur se non esse vel Petro, vel vllis Apostolis inferiorum: tandem abest ut firmandus fuerit à Petro, ut tu somnias, & ab eo petierit prædicationis suæ confirmationem. *In Psal.* Ut de Augustino taceam, qui dicit alicubi omnes Apostolos fuisse columnas. *In Epist.* Cui assentiens Hieronymus, Instruimur, inquit, *ad Gal. 2.* tam Apostolos omnes, quām credentes, quām ipsam quoque Ecclesiam, columnam in Scripturis appellati: & nihil interesse de corpore quid dicatur an membris: cùm & corpus diuidatur in membra, & mēbra sint corporis. Hæc Hieronymus. Tertullianum autem falsò citas, qui in illo loco nullam Petri mentionem nominatim facit, sed generaliter loquitur de Apostolis.

## T V R R I A N V S.

**C** Ant. 5. Ecclesia describens firmitatem sponsi curvae eius inquit, columnæ marmorea, que Pag. 10. fundata sunt super bases aureas. Et quia sunt duo in eis seq. carne una intelligere debemus crura Ecclesia esse columnas fundatas super bases aureas, quæ significant firmitatem in Ecclesia non virtutis propria, sed communitate: sed, quare Scriptura non ossa, sed crura usurpauit? pri mū propter rectitudinem firmū, unde fides orthodoxa dici

solet: Deinde quia oportet ad fidē orthodoxam venire eum, qui velit fieri membrum sponsa Christi, quae quidem est visibilis, ut constat cap. 4. cantici Canticorum, sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, quare si Ecclesia sponsa Christi os habet & loquitur, & quod ore loquitur omnes ubique audierunt, & audiūt, id est Euangelium predicatum in uniuersa creatura quae sub caelo est: non estigitur inuisibilis. Quomodo enim Ecclesia audiēt nisi loquentē? quomodo loquitur & prædicat si nō videtur prædicare? Nūquid sic auditur sicut scriptum est de iis, qui Paulum comitabantur audientes quidem vocem, neminem autem videntes? aut ut populus Deum loquentem, qui erat in caligine non videbat? Exod. 19. Imò non aliter Christum nunc loquitem audimus nisi in sponsa Ecclesia. Crura igitur mystica sibi amputarunt Protestantes, & tanquam noui Samsones columnas Ecclesiæ sua, quae pars erat Catholice, euerterunt. Omnia dilatamus & ad omnina occurrimus, ut calumnias Antonij effugiamus.

## S A D E E L.

**I**Am nos adoritur argumento allegorico quod depromit ex Cantico Solomonis in hunc modū. Ecclesia sponsa Christi habet mystica crura tanquam columnas marmoreas super bases aureas, quibus columnis firmitas Ecclesiæ significatur: hæc verò sponsa est visibilis quia habet labia & loquitur. Ergo firmitas illa ad Ecclesiam visibile pertinet: ac proinde verba illa Pauli superiora: Ecclesia est columna & firma-

firmamentum veritatis: exponenda sunt de visibili Ecclesia. Quis non miretur acumen hoc tuum, Turriane, quo te ipsum pugis, & quidem vtrò laborans, vbi nihil opus est. Firmitatem Ecclesiæ agnoscimus eamque Christo acceptā referimus: licet id malè colligas ex verbis Solomonis. Constat quidem sponsum & sponsam esse duos in carne vna, sed propterea crura sponsi esse crura sponsæ, ne fando quidem auditum est, adeò ut frigeat hac in parte tua allegoria. Porro Electos in Ecclesiis particularibus esse visibiles, nunquam negauimus. Itaque nihil attingebat proponere Ecclesiam loqui: vt inde probares Ecclesiam esse visibilem: quæ quidem ratio nihil potuit quam risum excitare. Neque quid tu inde efficias, videmus. Ecquis enim unquam præter te, dubitauit Ecclesiam dici sponsam Christi propter solos Electos? Audi Paulum ita de hac re differentem: Membra, inquit, Ephes. 5. sumus corporis eius ex carne eius & ex ossibus eius, propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Mysterium hoc magnū est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Hæc Paulus. Ex quibus eluescit, quam arcta sit spirituallis illa coniunctio, quæ inter Christum sponsum & Ecclesiam sponsam intercedit: ita ut verè dicere possimus vitam, iustitiam, sanctitatem, meritam denique omnia sponsi in sponsam Ecclesiæ esse collata. Hoc autem ad reprobos trâsferre, quis unquam possit sine ingenti blasphemia?

Christumne esse arctissimè cum hypocritis cō-  
iunctum? Hypocritasve esse omnium meritorū  
Christi participes? Absit hoc vel à te, Turria-  
ne, qui nihil tale cogitans, affirmas tamen hanc  
sponsam esse solos Electos. Sic enim ratiocina-  
ris: Crura sponsi, hoc est, te interprete, firmita-  
tem sponsi esse sponsæ firmitatem, non virtute  
propria, sed virtute communicata. Sic igitur  
dissidentem Turrianum faciamus. Nulli repro-  
bi & hypocritæ habent firmitatem à Christo  
communicatam: Ecclesia Christisponsa, de qua  
loquitur Solomo, habet firmitatem à Christo  
communicatam. Quare, Ecclesia Christi spon-  
sa, de qua loquitur Solomo, non est intelligen-  
da de reprobis & hypocritis: ac proinde de so-  
lis Electis intelligenda est. Atque id charissimè  
patet ex eodem Gantico, cum multis aliis locis,

*Cantic. 4.* tum ex sequentibus. Tota, inquit, pulchra es a-  
mica mea, & macula non est in te. Item, hortus  
conclusus, foror mea sponsa. Item: Ego sum  
Dilecti mei: & Dilectus meus mihi est pro-  
prius. Item: Vna est columba mea, perfa-  
mea: quæ est illa quæ prodit quasi aurora, pul-  
chra v. Luna, electa vt Sol, & multa alia in can-  
dem sententiam. Ex quibus manifestū est Eccle-  
siā à Solomone descriptā, esse Electorū Eccle-  
siā, quēadmodū etiā Veteres cēsuerūt. Sic enim  
*In Canticis.* Origenes, interpretē Hieronymo, hoc Canticū  
hom. I. explanans: Hæc omnia, inquit, noli foris quære-  
re: noli extra eos qui prædicatione Euāgeliū sal-  
uati sunt, Christū sponsam intellige, Ecclesiam  
spou-

spōsam sine macula & ruga , de qua scriptū est,  
 vt exhiberet sibi gloriosā . &c. Ipse autē Hiero-  
 nymus: hūc spōsum, inquit , ad quē spōsa festi- Proem. in  
Cæt. hem.  
 nat, Paulus cū cū Pontificē maximū dicit, ita de  
 eo scribit q: aſi qui nō in cœlis sit, sed per trāſie- L.  
 rit omnes cœlos, & illuc, quoq; cū hæc sua per-  
 fecta spōsa ſectetur, imò illuc, adhaerēs ei & cō-  
 iuncta, cōſcenderit: eſt enim facta cum eo vnuſ  
 Spiritus. Itē: aduerte Ecclesiā cœſū omniū San-  
 torū. Hæc ergo quaſi omniū vna persona lo-  
 quitur, &c. Et Epiphani⁹. Colūba mea, perfecta Contra  
mea: hoc eſt, ipsa sancta spōsa Catholica Eccle- hæc. hem.  
 ſia, colūba quidē propter mansuetudinē: inno- 3.  
 centiā ac vitæ puritatē: perfecta vero quia per-  
 fecta ex Deo accepit gratiā ac ſciētiā ab ipſo  
 Saluatore per Spiritū sanctū. Quin Bernardus Super  
Cant.  
 alio qui magnus Romanæ ſedis laudator, ita ali Cant.  
 quādo locū hūc Solomonis explanabat. Que eſt hom. 82.  
 spōsa, inquit, & quis eſt spōſus? Hic Deus noster  
 eſt: & illa, ſi audeo dicere, nos ſumus, cum reli-  
 qua quidem multitudine captiuorum, quos ipſe  
 nouit. Ipsiſa eſt enim Ecclesia Electorū: de qua-  
 bus Paulus : Omnia, inquit, propter Elec̄tos.  
 Quid eſt sponsa, niſi congregatio iuſtorum? Et  
 alibi : Inuenierunt me vigil. Non dubium eſt,  
 inquit, quin voce omniorum Electorum iſta di-  
 cantur, & ipſi Ecclesia ſunt, & pleraque conſi-  
 milia. Quia vero, Turrianc, tu sponsam Christi  
 Pontificiis Epifcopis addictam eſſe iubes: au-  
 di tuum Bernardū ita illos nobis deſcribentē:  
 quem dabis, inquit, de numero præpositorum, Super  
Cant.  
 qui non plus inuigileſ ſubditorum vacuandis ſent. 77.

marsupiis quām vitiis extirpandis? Propterea  
relinquamus istos non inuentores sponsæ, sed  
venditores: hæc ille. Quid vero tibi faciemus,  
mi Franciscæ, tam infeliciter in hac columnarū  
allegoria versant? Vis crura cum columnis co-  
parata significare firmitatē, itēmque incessum,  
eò quod ad Ecclesiam veniendum sit, quæ qui-  
dēm miro quodam modo à te dicta sunt, cui  
firmiter stare & incedere idem videtur: & rur-  
sus existimas Ecclesiam habere crura non qui-  
bus ipsa ingrediatur, sed quibus alij ad ipsam  
Ecclesiam veniant. Præterea, quæro exte, cu-  
tantopere labores, ut efficias sponsam Christi  
esse visibilem. Nam si tibi non videtur absur-  
dum, ut Christus inuisibilis sit sponsus visibi-  
lis Ecclesiæ: cur tantopere vrges tuam ana-  
logiam Physicam, qua dicis corporis visibilis  
caput visibile esse debere. Quod si fortè obii-  
cias tuum Pontificem esse sponsum visibilem  
visibilis Ecclesiæ Catholicæ, te reum blasphem-  
iæ peragam. Nam etiamsi concederemus Pô-  
tificem esse legitimum & verum Pastorem Ec-  
clesiæ Romanæ (quod absit ut dicamus) nusqua-  
tamen Scriptura tribuit nomen sponsi Eccle-  
siæ ulli alteri, quām Christo. Ministros autem  
vocat sponsi amicos. Postremo vide quantum  
profeceris hac similitudine columnarū & cru-  
rum: Paulus in hoc loco de quo disputas, colu-  
mnam veritatis dixit numero singulari. Tu  
addidisti ex loco Cantici duas columnas & cru-  
ra totidem. Deniq; ex Epistola ad Galatas no-  
bis

bis tres columnas obieciisti: Iacobum, Petrum & Ioannem qui videbantur esse columnæ: ita sit ut si pergas in illa crurum & columnarum similitudine, & illa crura tuæ Ecclesiæ accommodes, iam mirū nō sit, si Pontificiorū Ecclesia claudicet, cui tu modò vnu, modò duo, nūc etiā tria crura attribuas. Verū enim uero ne planè à nobis repudiatus discedas, demus hoc tibi: verba Solomonis quū ait, columnas illas esse super bases aureas absque ullo mystico sensu, Ecclesiæ Pontificiæ conuenire: quę nō super verba Dei, sed super humanam potentiam & super amplissimas diuitias variis artibus hinc inde comparatas & corrasas, tanquam super bases aureas, fundata est: atque hoc quidem modo vos Pontificij diligentissimè omnia vestra dilatatis. Cur autem dicas Protestantes sibi crura mystica amputasse non video, quorum doctrina ita Dei beneficio procedit, vt vos de tanto profectu tantaque celeritate conqueri soleatis. Denique quum eos cum Samsonem comparas, non ita ut decet rem exponis. Nec enim Samson templi Dei, sed templi idolorum columnas euertit: quod Protestantes fecerunt, & quotidie faciunt, non suis viribus, sed summa veri illius Samsonis virtute, in cuius morte sita est nostra de omnibus hostibus victoria.

T V R R I A N V S.

**Q**uare una est sponsa Christi, & non duas, VIII.  
mixta ex Electis & reprobis ex Augustino <sup>Pag. 24.</sup>

g.i.

lib.3.de doctr.Christiana;cap.32.in hac verba,fusca  
sum & speciosa,ut tabernacula Cedar.Cantic.I.V-  
trumque se esse dixit propter unitatem temporalem  
bonorum & malorum:Et paulò antè:Hypocritae  
sunt dicendi esse in corpore Christi:quauis in eius  
videantur esse Ecclesia:tanquam unum sit vtro-  
rumque corpus propter temporalem commixtio-  
nem & communionem Sacramentorum. Hac Au-  
gustinus. Itaque cum Scriptura Ecclesiam Elec-  
torum & reproborum tanquam unum corpus sit,  
sponsam Christi faciat:& sponsa Christi mo-  
ri non possit:consequens necessario est,ut Ecclesia  
visibilis interrumpi,id est mori non possit. Et Elec-  
torum Ecclesia non potest consistere nisi in commi-  
tione visibili Sacramentorum permaneant.

## SADEEL.

**V**NAM esse sponsam Christi verissimum  
est:eam autem esse mixtam ex Electis &  
Reprobis,falsissimum:vt paulò antè diximus.  
Locum autē Augustini ita nobis obiicis,vt nō  
fronte solum,sed oculis etiam carere videaris.  
Quāuis,inquit,hypocritæ propter temporalē cō-  
mixtionem,& cōmunionem Sacramentorū vi-  
deantur esse in Ecclesia Christi, tanquā vnum  
sit vtrorūmque corpus:tamen non sunt dicen-  
di esse in corpore Christi. Is est sensus verbo-  
rum Augustini:quæ tu ita intelligis,vt si affir-  
maret Electorū & reproborum esse vnum cor-  
pus:quod tamē aperiissimè negat,& quia locū  
Augustini male citasti,& peius intellexisti:nos  
verba

verba Augustini apponamus. Reprehēdēs igitur Ticonium, qui bipartitū corpus Christi dixerat: Non ita, inquit, debuit appellari: nō enim reverā Domini corpus est, quod cum illo non erit in æternum: sed dicendum fuit de corpore Domini vero atque permixto: aut vero atque simulato: vel quid aliud. Quia non solum in æternum, verum etiam nunc hypocritæ nō cū illo esse dicēdi sunt: quānis in eius esse videantur Ecclesia. Quę regula lectorē vigilante requirit: quando Scriptura cùm ad alios iā loquatur, tāquam ad eos ipsos ad quos loquebatur, videtur loqui, vel de ipsis, cùm de aliis iam loquatur, tāquam vnum sit vtrumque corpus propter temporalem cōmixtionē & cōmunione Sacramētorum. Hac Augustinus. Turrianus autē vtrumque scripsit: sed dum vtrumque dixit Augustinus, manifestē duo corpora cōstituit, quorum vnum est Christi, nēpe verūm corpus, alterum est Antichristi, nēpe simulatum corpus: cui, mihi Turriane, si tuum Pontificē tāquā caput imponere volueris, tū habebis nos hac in parte cōfidentes. Hac autē Ticonij regulā si intelligeres: non dubitares ad solos Electos pertinere: quod videtur dici de tota Ecclesia permixta. Quod si ne nūc quidē Augustinū intelligis: a- De Bapt. Periat ipse tibi suam sententiam alio in loco his verbis: Malos, inquit, n̄e quaquam pertinere ad sanctam Ecclesiam Dei, quamuis intus es- se videantur, ex hoc apertissimè appetet, quia illi sunt auati, raptores &c. Illa autem

g.ij.

*contra**Donat.**lib.6. cap. 3.*

100 AD REPET. TVR. SOPHIS.  
columba vnica, pudica, & casta, sponsa sine  
macula & ruga, hortus conclusus, fons signa-  
tus, & cætera quæ de illa similiter dicta sunt:  
quod non intelligitur nisi in bonis & sanctis,  
& iustis, &c. Nec verò opus est alias expositio-  
nes loci Solomonis proferre, eorum præsertim  
qui fuscam Ecclesiam speciosam existimant di-  
Hom. in  
eant.  
Super  
Cant.  
Germ. 25.  
ci propter eius pœnitentiam, ut Origenes: aut  
propter afflictiones, & speciem externam con-  
temptam abiectamque, ut Bernardus interpre-  
tatus est. Hoc enim satis est quod Augustinus,  
quem pro te citasti, contra te pronunciauit: ac  
propterea nullius sit momenti consequens il-  
lud quod ad finem attexuisti.

### T V R R I A N V S.

IX.  
Pag. 18.  
**G**ratulor tibi Antoni, & gratias ago Deo, quod  
locum Euangeli Matth. 16. de Ecclesia su-  
per hanc Petram ædificata, non putas ad Ecclesiæ  
Electorum pertinere: alioqui adiunxisses eum alijs  
quatuor locis quos citasti.

Pag. 155.  
Gratulatus sum tibi quod hunc locum Mathei  
de Ecclesia Electorum innisibili accipiendum esse  
non putauisses, sed fefellisti opinionem meam, revo-  
canda est gratulatio.

### S A D E E L.

**H**ic & ingenium tuum, & vim tuę disputa-  
tionis, paucis verbis tanquam in tabula  
nobis depingere voluisti. Ais, negas: gratularis,  
non

ANTON. SADEEL. RESPONS. 101  
non gratularis: Videndo non vides: & loquendo non cogitas quid loquaris: & quod una manuscripsisti, altera deles: sic nimirum Jesuitæ, <sup>at ad eum hinc</sup> disputant. Quia verò oportet Theologum in differendo semper esse suum, sibique perpetuò constare: hinc facile iudicamus iuréne an iniuria, tu in Theologorum numero cœfearis.

### TURRIANVS.

**L**ocum ad Ephes. Ecclesiam non habentē ma- xi  
culam neque rugam, falsa interpretatione de- Pag. 25.  
prauasti, quasi non ad Ecclesiam visibile pertineat,   
sed ad Ecclesiam Electorum. Nam si cum Augu- Pag. 26.  
stino existimas id futurum in cœlesti gloria, non per- Pag. 26.  
tinebit iam hic locus ad Ecclesiam Electorum, quæ   
in terris est. Si in terra impleri id existimas: necesse   
est maculam & rugam accipere pro his peccatis quæ   
Ioannes peccata ad mortem vocat, atque ita locus   
hic ad Ecclesiam visibilem pertinebit, hunc spectat. I.  
Cor. 5. ver. II. 1. Tim. 5. vers. 24. Clemens libro 2. Pag. 27.  
cap. 43. & cetera quæ ad doctrinam Excommuni- 28. 29.  
cationis pertinent. Ergo Apostolus satis clare osten-  
dit, fuisse prius Ecclesiam maculatam & rugis ex- Pag. 30.  
aratum: hoc est Electis & Reprobis promiscue con-  
stantem, fatemur Ecclesiam instorum verè & pro-  
priè esse Christi sponsi Ecclesiam: & corpus & hanc  
ab eo diligi: iniustos verò nō sic esse Ecclesiam Chri-  
stiz sed membra eius mortua & ei odiosa.

**P**erperam & in pte concludis: si futurum est in cœlesti gloria, ut Ecclesia sit sine macula aut ruga, idcirco locū Apostoli ad electorum in terris agentium Ecclesiā non pertinere: quasi verò non pertineat ad Electos ita hīc Christum amplecti vera fide, ut semper contēdāt ad summum illud sanctitatis & gloriæ fastigium, ad quod tandem solutis corporis vinculis, adeoque in ipsa mortuorū resurrectione peruenient. Eò spectat hoc loquēdi genus, ut eam sibi sisteret, inquit, gloriosam: quod ad futuram ac beatissimam illam vitam nobis in cœlis repositam referēdum est: quemadmodum & verba Pauli demonstrant, & ipsi veteres probatores intelligunt. Nec satis vido quamobrē August. gustinum hīc reieceris, atq; sis oblitus hujus distinctionis, quam adhibent Scholastici in hac Orig. in quæstione: nempe Ecclesiā esse hīc immaculatā Cant. hom. I. per gratiam, & in futuro seculo per gloriam. Cypri. ad Quod Recētiores doctissimi ita facilius expli- Pomp. & cant: in hac vita inchoatam esse sanctitatem lib. I. Epi. Ecclesiæ: in futura, esse planè perficiendam. At Hierony. tu mavis Ecclesiā esse in terris gloriosam sine in cap. 5. macula & ruga. Atque ut id efficias, maculam & ad Eph. rugā exponis de peccatis ad mortem, pro qui- Thom. in bus rogare non debemus: sed sunt excommu- t. 5. ad. nificatione punienda. Tum exurris in locos ali- Eph. quot, vbi traditur Excommunicationis doctrina: nempe (ut illud à Tertulliano mutucmur) nihil ad Andromachen. Nec te iuuat inanis ille tuus

tus labor in scrutanda vocabulorum Græcorum Etymologia: nemo enim præter te ignorat in corpore etiam formoso, posse esse maculam aut rugā, quæ longè distat à turpitudine ac deformitate. Paulus autem persequens eam sponsæ similitudinem quam proposuerat, dicit huius sponsæ, nempe Ecclesiæ, pulchritudinem & gloriam tantam futuram esse, ut ne macula quidem aut ruga, aut aliquid eiusmodi appareat, quod postremum expendere noluisti. Quam obrem multis modis peccas in hac tua interpretatione: primū, quod maculam & rugam tanquam peccata grauissima opponas leui orbis peccatis. Paulus enim maculam opponit perfectæ sanctitati & gloriæ. Deinde, quod nō aduertas ad ea quæ subiicit Paulus: sed, inquit, ut esset sancta & inculpata ~~āuauos~~, in cuius Græci vocabuli Etymologia, videbis num aliquid scrutari possis. Præterea, tua interpretatio falsum continent, nempe non esse rogandum pro iis, qui eiusmodi habent maculam aut rugam, hoc est, peccata Excommunicatione plectenda. Nam Excommunicatione est gladius non hostis experimentis, sed medici sanantis, ut Veteres dixerunt. Et ille incestus Corinthius quem obiit, fuit recōciliatus Ecclesiæ, 2. Corinth. 2. Tibi verò si credamus sola peccata in Spiritum sanctum erunt coērcenda Excommunicationes atque omnino locum ex Epistola Ioannis de peccato ad mortē corrupisti, de quo nō aliâs, ne tuo more extra propositum digrediamur. g. iiiij.

Denique, non vides tuum commentum sponte  
sua ruere, quum dicis Ecclesiā non habere ma-  
culam aut rugam, quia ciuiiuntur sceleratissimū  
ex Ecclesia per excommunicationem. Sic enim  
contendo: si usque ad finem mundi usus excō-  
municationis debet vigere in Ecclesia ( quem-  
admodum contendis quando ex hoc Matthæi  
loco, ubi Excommunicatio sancta est, colligis  
Ecclesiæ visibilis statum perpetuum ) inde sequi  
semper futuram esse in Ecclesia maculam aut  
rugam, ut potè quam Excommunicatio deter-  
gat. Atqui Paulus loquitur de illa Ecclesia quæ  
non habet maculam aut rugam: Ergo loquitur  
de ea Ecclesia quæ nō habet opus remedio Ex-  
communicationis. Ex quo efficitur Paulum ibi  
agere de illo statu ad quē Ecclesia tandem in fu-  
turo seculo peruetura est. Quid quod pag. libri  
tui 29. exponis Ecclesiā maculatā & rugis ex-  
ratā, de Ecclesia cōmuni ex iustis & peccatori-  
bus, ex electis & reprobis promiscue constat? ¶  
Quod si ita est: quādoquidē omnes Ecclesię par-  
ticulares ac proinde visibiles, constant ex Elec-  
tis & reprobis: cōsequitur locū Pauli non esse  
de visibilibus Ecclesiis intelligendū, sed de in-  
visibili Electorum Ecclesia. Est autem <sup>etiam</sup> quod  
subiicis, improbos esse membra Christi  
mortua & ei odiosa. Ecquod est enim caput,  
cui sua mēbra odiosa sint? ac ne longè abeamus  
audi Paulum in hoc ipso loco ita ratiocinante.  
Nullus, inquit, unquam suam carnem odio ha-  
buit. Quare cum tu ita distinguis. Ecclesiam  
iusto-

ANTON. SADEEL. RESPOND. 105  
iustorū esse propriè & verè Ecclesiā & corpus  
Christi: inde sequitur, vel te assentiēte, me pro-  
priè & verè de Ecclesia locutum esse: Contra,  
te impropriè & falso meq̄ sentētię cōtradicere.

T V R R I A N V S.

**Q**uam Apostolus loquatur hic de ea Ecclesia  
qua per Baptismū mundata est, & per Bap-  
tismū regenerat, hac autem Ecclesia visibilis est, X L  
ergo locus Pauli non pertinet ad Ecclesiam Electro- Pag. 33  
rum, quam solus Deus videt: quibus positis sequitur  
banc Ecclesiam visibilem interrumpi non posse, a-  
lioqui interrumpi posset regeneratio, qua sit per Bap-  
tismū. Contra Zachariae 13. Erit fons patens do-  
mii David. Si obiicias Baptismū hæreticorū qui  
extra Ecclesiam sunt veritatem Baptismū esse,  
respondeo: eum qui baptizatur, semper in fide Ec- Pag. 34  
clesia Catholica baptizari: siue Baptismus à Ca-  
tholico, siue ab hæretico, qui est extra Ecclesiā, mi-  
nistretur: atque ita Ecclesia Catholica visibilis est,  
& Christi sponsa.

S A D E E L.

**E**cce, addis aliquod etiam argumentum  
præter superiorē Etymologiā vocabu-  
lorum macule & ruge: hoc autem est eiusmodi.  
Paulus loquitur de Ecclesia quæ per Baptismū  
mundata est, & per Baptismū regenerat: ergo  
loquitur de Ecclesia visibili. Respōdeo: electos  
esse visibiles in Ecclesiis particularibus, ut s̄ p̄  
dictum est: sed nō propter ea sequi, ea quæ sub-  
iicit Paulus de perfecta Ecclesiæ gloria & sum-

106 AD REPET. TVRR. SOPHIS  
titate, esse de Ecclesiis visibilibus intelligēdāt  
in quibus ita baptizantur electi, vt tandem sui  
Baptismi fructū plenissimè in futura vita per-  
cipiat: sic enim Paulus: Ut sisteret eam sibi glo-  
riosam, &c. Ecce finis: cuīs Baptismus est ini-  
tiū. Tu verò postulas necessariō, vt ibi sit finis,  
vbi est initium. Denique quod tuo more, h.e.  
extra propositum, colligis: Ecclesiam visibilem  
non posse interrumpi, quia Baptismus interrū-  
pi nō potest, ex loco Zachariæ: non satis recte  
cōcluditur, quia Baptismus potest feruari & re-  
tineri, licet aliquādo non adsint ea omnia, quā  
ad constituēdum ordinem exteriorem Ecclesię  
requirūtur. Porrò aliud est interrūpi, aliud pla-  
nē tolli. Nā in Israelitica Ecclesia, Circūcisio  
(cui successit Baptismus) annos circiter quadra-  
ginta interrupta est, sed nō prōpterea sublata.  
Locus autem Zachariæ nō est restrīngēdus ad  
exteriorem Baptismi formam, sed intelligēdus  
de tota Euangelij prædicatione, & imprimis de  
iis omnibus, quē pertainent ad gratuitam pecca-  
torum nostrorum remissionem: vt perspici po-  
test ex simili loco apud Ioclem cap. 3. quem ad-  
dū etiā agnouit Hieronymus.

In Iocel. 3. modū etiā agnouit Hieronymus. Atq. hūc son-  
tē, iuxta Prophetiam Zachariæ, Apostoli nobis  
aperuerūt, quē tui Pōtifices suis Indulgētiis, Sa-  
tisfactionibus, Purgatorio & confimilibus cō-  
mentis, obstruere iāpridē tentarunt, atq. id etiā  
hodie omnib⁹ viribus moliūtur. Quod poste-  
mō dicis de Baptismo hæreticorū: pugnat cum  
iis quā in superiorib⁹ libris scripseras: quū tu  
dupli-

duplici mēdacio affirmares, & nos esse hæreticos, & nullū apud nos esse Baptismū. Nūc fortasse à tuis castigatus(videbaris enim Stephani Romani Episcopi sētētia relicta, ad partes Cypriani trāslire) agnoscis Baptisinū etiā ab hæreticis ministrari. Atq; ita planè euertis tuū illud superius argumentū de Successione, quā vis niti exteriore Baptismi forma. Verū, inquis, Ecclesia Catholica generat cū qui baptizatur. Quòd si ita est: & Ecclesia Catholica non potest esse extra particulares suas Ecclesias, in quibus per Baptismū generat: sequitur aut Ecclesiā Catholiciā nō generare in Ecclesiis hæreticorū, aut si generat, hæreticorū Ecclesias esse quoq. partes Ecclesiæ Catholicæ, quā tu describis. Nos autē, Deo gratia, nec hæretici sumus, & Baptismum habemus, non ex Pontificiis additamentis, sed ex pura Christi institutione ministratum.

## T V R R I A N V S.

**C**itas etiā ex eodē cap. Mysterium hoc magnū X II.  
est de Christo & Ecclesia, quod ad electorum Pag. 36.  
Ecclesiā pertinere affiras, sed loquitur de eadem  
Ecclesia, de qua supra.

## S A D E E L.

**M**OLLI brachio locū hunc Pauli tractasti, ne te offenderet. Verum enim uero cūm sublime hoc mysteriū nostræ cū Christo cōiunctionis admiretur Paulus, satis declarat, tantā esse illā cōiunctionē, ut neq. cogitatione percipi, neq. vllis verbis satis dignis exprimi queat. Ex quo efficitur cōiunctionē illam cū solis Electis

108 AD REPET. TVRR. SOPHIS  
intercedere: quādoquidē reprobi nō posſūt di-  
ci vna caro cū Christo absq. blasphemia, quant  
tamē te nō puduit in hoc libro ſæpi repetere:  
*Lib. 2.*  
*Epift. 8.* Longē melius Cyprianus. Cum, inquit, Apo-  
ſtolum dicit: Sacramentum iſtud magnum eſt:  
Christi pariter atque Ecclesiæ vnitatem, indi-  
uiduis nexibus coherentem, sancta ſua voce te-  
*Zu cap. 5.* ſtatur: Et Hieronymus colligit ex hoc loco  
*ad Ephes.* Christum, Eccleſiam de ſuo latere fabricatum  
*In Epift.* eſſe: Et Chrysostomus: Christus, inquit, ad ſpō  
*ad Ephes.* ſam venit, & factus eſt in Spiritum vnum, qui  
*homi. 20.* adhæret Domino vnuſ eſt Spiritus. Sed cur nō  
te reuinctis manibus pertraho ad tuum magi-  
ſtrum Lombardum, ut te pœnis, quibus dignus  
*Sent. lib.*  
*4. dift. 26.* eſt, caſtiget? ſic enim ille: Matrimonium, inquit,  
expressam & plenam tenet figuram cōiunctio-  
niſ Christi & Ecclesiæ, figurat enim illā vnio-  
nem Christi & Ecclesiæ quæ eſt in charitate.  
Hec Lombardus, quæ tu videris poſſintne ad  
aliam, quām ad Electorum Ecclesiā pertinere.

### T V R R I A N V S .

XI. *C*itas denique Eph. 1. Eccleſia eſt corpus Chri-  
*Pag. 36.* ſti, complementum eius qui omnia implet in  
omnib. M ulē interpretaris wληρου qui implet:  
eſt enim verbum Patiendi, & Scriptura tribuit ca-  
pit̄i quod eſt membrorum & corporis: idque fieri in  
patria cœlesti. Potui non excurrere huc: ſed lectorē  
adiuicare volui.

*Pag. 36.* Nō poſſum ſatis mirari te ita oſcitatē ballūcinari,  
ut quū Apoſtolum dixerit ſuper omnem Eccleſia, tu  
ſuper Eccl. ſuā Electorū interpreteris. Anno Hieronim-  
ſalem

Salem cœlestis est Ecclesia? Item: unde probas Ecclesiæ visibil em, quæ est instar sagena bonos & malos pisces colligentis, non esse sponsam Christi? proba tu Ecclesiam Electorum esse omnem Ecclesiam, o cœcam & impiam temeritatem! Sic Augustinus: Scriptura, inquit, de vero Christi corpore & de si-  
mulato: sive de permixta Ecclesia loquitur tanquā  
vnum sit utrorumque corpus, &c. una sponsa & nō  
duplex, de Doct. Chr. lib. 3. cap. 32. Deinde dicas me  
non definire Ecclesiam Electorum: alioqui, inquis,  
Definitio erit latior Definito: at debuisti sic dicere,  
alioqui Definitio non erit aequalis Definito.

## SADEEL.

**N**on est mea interpretatio, sed doctissimo  
rum huius ætatis interpretum, quorum  
scriptis legēdis longè proficeres melius, quam  
squalidis illis & obtritis Monachorum rhapsodo-  
niis ex Bibliotheca Vaticana depromptis, qui-  
bus tuum librum infarcire maluisti. Lego igit-  
ur apud Apostolum, Christum implere omnia  
in omnibus: non impleri: & ita actiuè legit Sy-  
rus interpres novi Testamenti. Nec nouum est  
verbum illud sub Media voce esse actiuè expo-  
nendū: sic enim aliquis dixit πληροῦθεν προ πλη-  
ροῦ: & πληρωμάθε τεινε. Quod si vera genuināq;  
est illa interpretatio, quæ est αναλογε non tantū biad.  
fidei, sed etiam contextui: nihil video causæ  
quamobrem doctissimorum hominum inter-  
pretationem hanc, quam ego secutus sum, tam  
fastidiosè reiicias. Primum enim, nihil cōtinet

Xenoph.

iλλην.

lib. 6.

Plutarc.

in Alci-

biad.

110 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
quod nō sit Scripturæ cōsentaneū. Deinde ita  
cōgruit cum serie & verbis ipsius contextus, vt  
aliū sensū nisi vim cōtextui, facias, sequi nō pos-  
sis. Ecclesia, inquit, est corp⁹ Christi *τὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ*  
tē wārnu cū πᾶν πληρούμενον cōplemētū eius qui im-  
plet omnia in omnibus: quod si exponas passi-  
uē: nescio satisne cōueniēter dicas, Christū im-  
pleri omnia: cui⁹ locutionis postulo mihi simi-  
lē dari in Scriptura: Nā quod citas ex capite ter-  
tio, tibi planē aduersatur: Ut impleamini, in-  
quit, in omnē plenitudinē Dei. Vbi plenitudo  
Dei dicitur, nō qua Deus impletur, sed qua im-  
plet: adeo vt similitudine in hoc loco dicēdū  
sit, qui implet, nō qui impletur. Deinde si dici-  
tur Christ⁹ impleri in persona Ecclesiæ ut dicis,  
& ita exponunt vulgo qui passiuē legū) sequi-  
tur Ecclesiā esse suū ipsi⁹ cōplemētū, quod absit,  
hoc enim accipit à Christo. Atque omnino, si  
passiuē interpretaris, quāro quisnam impleat:  
quidquid enim impletur, ab aliquo impletur.  
Hic mihi Christū respondeas necesse est, vnde  
efficio séper huc redeundū esse denique, Chri-  
stum implere omnia in omnibus. Miror autē  
cur tibi displiceat hæc interpretatio, quæ sen-  
sum Apostoli nobis clarissimè proponit. Est e-  
nīm incūdissima hæc correctionis species, quā  
Ecclesia dicitur Christum implere, qui tamen  
complet omnia in omnibus, ne quid propterea  
de Christi gloria detrahatur. Quinetiam cùm  
ita & Ambrosius legat, & Augustinus, nempe  
implet actiū, necesse est ut non meum erro-

In Epist.  
ad Eph.  
cap.1.  
De ciuit.  
Dei  
lib.22.  
cap.28.

rem, sed tuam ipse negligentia redarguas. Quare (vt tua verba tibi regeram, Turriane) poteras non huc excurrere: nec enim lector tua opera hoc in loco op<sup>us</sup> habuit. Sed pergam ad tuā admirationē. Nō possum, inquis, satis mirari te ita oscitantem hallucinari: vt cūm Apostolus dixerit super omnem Ecclesiā, tu super electorum inuisibilem Ecclesiā interpreteris. Desine vero mirari, mi homo: nec enim in hoc loco potui hallucinari, qui Apostoli verba sequutus sum. Sic enim Paulus de Christo: Ipsum, inquit, constituit caput τοῦ τέλου τῆς οἰκκλησίας, hoc est, super Eph. I. omnia ipsi Ecclesiæ: nēpe, vt intelligamus Christum ita esse Ecclesiæ caput, vt ipse supra omnia longè eminent. Tuam potius mirare crassam illam vel negligentiam, vel imperitiam, qui Græca hæc verba tam inale interpretatus sis: cūm tamen Greculus haberet velis, qui misellas paginas Græcis rhapsodiis recitandis, identidem oneras. Nec enim potuisti ignorare ita constanter legi in omnibus codicibus: sed veterem interpretem Latinum maluisti sequi paucis mutantibus (sic enim ille: supra omnem Ecclesiā) atque ita non ex Pauli, sed ex illius interpretis verbis in me argumentari. Quid dico argumentari, imò vero tragicè & Turrianicè exclamare: ô cæcā, inquis, & impia temeritatē! Bona verba, quæso, ac potius nobis explica ecquosnam oculos habueris, qui tria illa Græca vocabula non videris: & cuius hoc pietatis, cui<sup>us</sup> prudētiae fuerit veterē interpretem ipsi αὐτογράφη anteferre

Quinetiam, si Paulus ~~wāon~~, scripsisset, nō ~~zām~~  
 melius tamen & rectius diceretur: super totam  
 Ecclesiam. Denique nusquam negavi quin hec  
 vel illa visibilis Ecclesia dicatur sponsa Christi  
 suo modo: nempe propter electos, qui sunt in  
 illa Ecclesia: quemadmodum dicebat Paulus  
<sup>2. Cor. 11.</sup> de Corinthiorum Ecclesia, & huc spectat re-  
<sup>De doct.</sup> gala illa Ticonij, quam Augustinus proposuit  
<sup>Chr.lib..</sup> De permixta Ecclesia: & quam mihi paulò antè  
<sup>3. cap. 32.</sup> obicisti, locum Augustini non intelligens.  
 Multa enim videntur dici de tota Ecclesia per-  
 mixta, quæ tamen ad solos Electos pertinent.  
 Qum autē dicimus indefinitè, Ecclesiam ei-  
 se sponsam Christi: tum affirmo, nomine Eccle-  
 sia significari vniuersam Electorū Ecclesiam:  
 qua de re iā antè à nobis multa dicta sūt. Quod  
 attinet ad locum Augustini: iam patefeci tuam  
 hac in re inscitiam, qui structuram verborum  
 Augustini non intellexeris, sed & hoc addam,  
 mihi, si velim, licere optimo iure exclamare: ce-  
 cam & impiam Turriani temeritatē, qui Chri-  
 sto vero Ecclesię capiti corpus non verum, sed  
 simulatum affinxerit, temerè turgēs carnis sue  
 sensu (ut hæc Pauli verba in eum meritò accó-  
 modemus) neque obtinens caput ex quo totum  
 corpus per commissuras & compages suppedi-  
 tatum & compactū augescit Dei augmento. Iñ  
 quod maluisti me dicere Definitionē non effe  
 æqualem definito, & ineptū est & ridiculū. Nā  
 inequale dicitur quod est aut maius aut minus:  
 rectè verò dixi, si electorum Ecclesiam defi-

ANTON. SADEEL. RESPOND. 113  
nias, tua Definitionē esse latiorē definito, plures enim continet quām Electos. Nam tua definitio complectitur etiam reprobos admixtos : ac proinde latior esset definito, nempe Ecclesia Electorum, siquidem eam definires.

T V R R I A N V S .

**O**bicit Antonius me dixisse Ecclesiam fuisse XIIIIL ante Propheticam & Apostolicam doctrinā: Pag. 40. & ita exponit, ante receptum ab hominibus verbū 4<sup>l</sup>. Dei. Sed ego dixi ante Prophetiam: non autem ante verbum Dei, quod latius patet quām Prophetia. Dicit etiam Antonius mensuram esse priorem mensurato: miror si Academiam tuam insciūtiae tuae non pudeat. Tradit tuus Aristoteles, Relata esse naturā simul. Licet, inquit, non in omnibus videtur esse verum simul esse natura, ut in scibili & sciētia. Erras etiam cum dicis verbum Dei esse mensuram Ecclesie, nam verbum Dei significat locutionem Dei, que est emanatio Dei ad creaturam, & habitudine media inter emanantem & ut ita dicam, emanatum. Quare si verbum Dei est mensura Ecclesie, tanquam mensurati: necesse est ut sit simul natura cum mensurante & mensurato, quorum est habitudo intermedia.

S A D E E L .

**N**omine Propheticæ doctrinæ Théologi intelligunt totam doctrinam & omnem exhibitionem verbi Dei sub veteri Testamēto. Perspicuus est locus in Epist. ad Heb. Multisā. Hebr. 1. h.j.

riam, inquit, multisque modis Deus olim locutus patribus per Prophetas, &c. Ne me igitur sed te ipsum accusa, qui non satis recte locutus sis.

Sed ecce, me ad Philosophiam reuocas, ad eoque ad ipsas Categorias: qui dixerim utrum esse prius quam ~~existens~~: quādoquidem, inquis, Relata sunt natura simul, ex Aristotele. Deinde quasi pedem referens, licet (inquit Aristoteles) nō in omnibus videtur esse verum, vt sint simul naturā: vt in scibili & scientia. Ita igitur manifestum facis, Turriane, longè antea illud esse, Aristotelem citare vel legere, quam Aristotelē intelligere: quem si intelligeres facile videres his postremis verbis, que ex Aristotele subiecisti, illud ipsum affirmari quod dixi, & quod tu me reprehēdes negas. Quare Academia mea me iussit nō subsistere in Categoriis, sed consulere Philosophum in libris de prima Philosophia de Relatorū natura differentem, Lib. 5. prim. Ph. Vbi cùm assignasset tria Relatorū genera, nēpe los. per numerum: per potentiam: & vt mensurabile ad mensurā: subiicit hoc postremū à duobus aliis differre, quod illa sint ad aliquid eo ipso quod sint, quod de hoc postremo dici nō potest: est enim ~~τοῦ αὐτού περισσόν~~. Quorū verborū hīc est sensus, Relata tertij generis ratione quidem esse simul, sed non naturā. Nam id cuius est scientia fuit antequā esset eius Scientia. Et hodie multa, sunt scibilia, quorū tamen nōdū est illa Scientia. Atq; vt ad Categorias reuertamus (quan-

(quandoquidem ita iubes) si illas aliquando dicisses, nunquam tibi ista dubitatio incidisset. Sic enim Philosoph<sup>o</sup> δοκεῖ τὰ περὶ αὐτῷ τὴν φύσην ἔτι τὸν  
χαράκτην μὲν τῶν πλάνησιν εἰσι. εἰπόντων δὲ τὸν αἰλούτην περὶ τῶν  
 videtur, inquit, ea quae ad aliquid dicuntur esse simul naturā : atque id quidem in permultis verum est, in nonnullis autem, falsum. Et paulò pōst profert exemplum scibilis & scientiæ, vt doceat vnum esse naturā prius altero, τὸ γὰρ ἐπι-  
στήσθε, inquit, περὶ τοῦ δοκεῖται εἶναι μένειν αὐτῷ. Vi-  
 deri possit, inquit, scibile prius scientia, quae verba citasti quidem, sed non intellexisti. Est enim loquendi genus Aristotelicum, quo affirmat, non autem obiiciendo negat, vt tu male opinatus es. Atq; id satis patet ex sequentibus, vbi probat etiam nō existente scientia, esse tam scibile. Tu verò risu dignus es, qui nihil tale cogitans aduersus Aristotelem disputas, & ait scibile non esse prius naturā quam scientiam : quia scientia est cum scibili, si non aetu at potentia, inquis. Atenim, mi homo, nulla dicuntur esse simul potentia in Philosophia, consule Aristotelem in cap. περὶ τῆς ἀμογῆς. Ei-  
ντις μετὰ τὰς Καλλίγραφας. & in 4. lib. primæ Philosophiæ.  
 Quod cūm non intelligas miror te in arenam hanc philosophicam descendisse. Sed de hac re hactenus.

Audiamus autē quid præterea obiicias: Nē pe verbum Dei nō esse mensurā Ecclesiæ, quia verbum Dei est emanatio Dei ad creaturam, inquis, Scilicet non intelligis quid sit verbum h.ij.

116 AD REPET. TURR. SOPHIS.  
Dei. Quum enim dicimus verbum Dei esse  
mensuram Ecclesiæ: per verbum Dei non si-  
gnificamus emanationem illam de qua loque-  
ris, non intelligens profectò quid dicas. Sed si-  
gnificamus doctrinam illam, quam Spiritus  
sanctus hominibus exhibuit. Nam illa emana-  
*Esa. 40.*  
*2. Pet. 1.*  
*2. Ioan. 2.*  
*&c.*  
tio quam profers, est temporanea, ita ut cā intel-  
ligis. Verbum autē Dei manet in æternum, in-  
quit, ipsum Dei verbum, h.e. Scriptura sacra.

T Y R R I A N V S .

XV.

**D**icis doceri in hoc loco Euangeli Mat. 18. nō  
quid faciat Ecclesiæ, sed quid ipsa Ecclesiæ  
faciat. Proba quod dicas, ne, ut Parmenianus apud  
Augustinum, dicere & non probare videaris. neque  
restrinxi congregationem ad actum ipsum congre-  
gationis, quum Ecclesiæ definiti: quia usus sum  
etiam vocabulo cœtus.

S A D E E L .

**N**ihil erat cause quamobrem me cum Par-  
meniano comparares. Nā proposai pau-  
cis sensum utriusque loci, ex quo emergit corū  
quæ dixi confirmatio. Ille igitur censendus est  
dicere & probare, qui locorum Scripturæ luce  
clarissimā in medium proponit, ex quibus so-  
lis petēda est quæstionum Theologicarū pro-  
*Matt. 18.*  
*1. Cor. 5.*  
batio. Sic igitur Christus: Dic Ecclesiæ, si Eccle-  
siā non audierit, &c. Quibus verbis dixi signifi-  
cari non essentiam Ecclesiæ, sed actionem Ec-  
clesiæ iam constitutæ. Sic apud Paulum: Vobis  
inquit, & meo spiritu congregatis, eiusmodi  
hominem tradere Satanae, &c. Hæc verba sunt

de ipsa Ecclesiæ actione intelligēda. Nec enim hic vides quidnam cōstituat Ecclesiam, sed potius quidnā Ecclesia visibilis iam constituta & constans suis partibus faciat: nimirū cùm exerceat Ecclesiasticā disciplinam. Itaque rectè obieci te restringere fidelium cōgregationem, id est, cōcētum, ad actū ipsum cōgregationis. Nec te iuuat quod cōcētus dicas: quia ille cōcētus Ecclesiæ, de quo loquuntur loci à te citati, ad actū ipsum congregationis refertur: qui quidem actus tandiu durat, quandiu cōcētus Ecclesiasticus habetur: imò tu ipse ita exponis his verbis, pagi libri tui 41. Ego, inquis, hoc verbo congregationis sic usus sū, vt cōsuetudo familiaris quotidiani sermonis utitur: vt quū dicimus, ille non fuit in cōgregatione. Itaque te ipsum debebas, non me reprehendere, qui non potui aliter iudicare de tua sententia, quām ex locis iis quos profers ad sententiæ tuæ confirmationem: qui cùm intelligendi sint de ea congregatione Ecclesiæ in qua exerceatur ipsius Ecclesiæ disciplina, perperam inde colligis tuā illam essentialē Ecclesiæ definitionem: qua dicis Ecclesiam esse cōgregationem & cōcētum fidelium, quos Episcopus cōgregauit, &c. Ex quibus omnibus colligo, te ipsum esse Parmeniano similē (quod tam mihi sine causa obiecessi) qui tua tuorū que Episcoporum & Monachorum somnia, clarissimis Scripturæ testimoniis anteponis. Nam (vt Augustini verbis ytar) quum Ticonius proferret diuini Testamēti tonitrua, hoc est, aperte

*Cont. Ep. tos Scripturæ locos: Parmenianus opponebat  
Parm. lib. narrationes consacerdotum suorū (inquit Au-  
gustinus) quod idem facit Turrianus aduersus  
Sadeelem disputans.*

## TVRRIANVS.

XVI.

Pag. 44.

**D**efinio Ecclesiam ex ipsa rei substātia, id est,  
dispositio est forma eius & substātia. Est quidē sub-  
stantia Ecclesie unius Spiritus fidei coletium Deū.  
2. Cor. 4. habentes eundem spiritum fidei, alia ta-  
men fuit dispositio Ecclesie in lege Nature, alia in  
lege vetera, alia in lege noui Testamenti. Ecclesiam  
enim noui Testamenti ita disposuit Christus, ut  
daret ei sicut Apost. ait, quosdam quidem Aposto-  
los, quosdam autem Prophetas, alios autem Eu-  
angelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad cont-  
summationem Sanctorum, &c. Itaque necesse est  
esse nunc in Ecclesia alios qui Apostolos vicaria or-  
dinatione succedant, alios qui Prophetis, alios qui  
Euangelistis, alios qui Pastoribus & qui Doctori-  
bus, quia semper edificatur corpus Christi. Omnes  
quidem Episcopi sunt successores Apostolorum: sed  
maiores Episcopi maioresque Prophetæ prius succe-  
dunt, tum minores. Hæc Dispositio ad Essentiā Ec-  
clesie pertinet: quæ quidem Ecclesia eadem numero  
à principio permanet: & hæc dispositio facit, ut sit  
non quidē Ecclesia, que iam antè erat, sed Ecclesia  
noui Testamenti sive Ecclesia renouata. Hæc igitur  
dispositio extrema est Ecclesie simpliciter, non enim  
constituit Ecclesiam simpliciter quam Differentia

Pag. 272.

*tia unde sumitur forma: sed constituit Ecclesiam Apostolicam; sicut dispositio ligni in Ianna, forma est liminis, ut ait tuus Aristoteles lib. 8. de prima Philosophia.* Que quidem Dispositio externa est ligno, quod prius erat: sed non limini. Imò est substantia eius, limen enim est, inquit Philosophus, lignum sic situm. Idcirco in Episcopo, qui non est res externa Ecclesie, sed intima, continetur Differentia ultima, que est forma & substantia Ecclesie nostra, sicut dixit Cyprianus Ecclesiam desinens: Ecclesia est plebs fideliū Episcopo suo Catholico scilicet adhuc, id est, talem habens dispositionem, cuius dispositionis caput est Episcopus qui eam in se potestate continet.

## SADEEL.

**D**E forma essentiali, & de formā exterñā fusē à nobis tractatum est in summa huiusce disputationis: nunc tantum paucis tuos errores perstringam. Mirum est eō te inscitiae prolapsum, nec saltem ab vno ex tuis sodalibus quibuscum hac de re communicasti sustentatū fuisse, vt formam essentialē Ecclesie in extiore dispositione ac formā collocares, quo ne tu quidem ipse aliquid absurdius cogitare posuisti. Ac vide in quo te laqueos induas. Vis Ecclesiam veteris & noui Testamenti esse unam numero, & tamen habere diuersas ac differentes formas essentiales: quod in Philosophia non iam erratum, sed scelus aliquod & flagitium putandum est. Deinde, si definis

Ecclesiam Catholicā, cuius Christus caput est,  
 & quę vna est, nō duplex aut triplex: certè Eccle-  
 sia veteris Testamēti nō debet aliena esse à tua  
 definitione: nā pertinet ad Catholicā Ecclesiā,  
 quā idcirco Epiphani⁹ principiū omniū appelle-  
 larit. Sic Abrahamus dicitur omnium creden-  
 tium pater, adeoque omnium nostrum, in-  
 quid Paulus, & alibi: Christus, inquit, est pax  
 nostra, qui vtraque fecit vnu & intergerini pa-  
 rietis septum soluit. Ne mihi plerique alij loci  
 cōsimiles recēsendi sint. Præterea nō animad-  
 uertis Ecclesiā, tū Israelicā, tū Christianā, ha-  
 buisse varias formas exteriōres, vt in Sūma di-  
 sputationis dictum est. Nec porrò rectē censes  
 eā dispositionem cuius meminit Paulus Eph. 4  
 esse, aut esse debere in Ecclesia perpetuam: cūm  
 ea fuerit Ecclesiæ Christianæ primordiis accō-  
 modata, vt patet vel ex nomine Apostolorum,  
 quos non dicitis vos habere, sed eorum Succel-  
 sores tantū, vt ais, quum nobis obtrudis tuos  
 Episcopos maiores & minores. At si Apostoli  
 erant forma essentialis Ecclesiæ, eos ipsos ma-  
 nere oportuit, Ecclesia Christiana manente.  
 At non manserunt, non igitur erunt forma es-  
 sentialis Ecclesiæ. Tu verò successores nobis  
 proponis, atque ita pergis confirmare (de quo  
 tamen non iam amplius dubitamus, præsertim  
 postquā legimus tuā hāc defēctionē) tibi cū Phi-  
 losophia, quā ostētas nihil esse cōmune. Quā-  
 nā enim vñquā fuit vel erit forma essentialis a-  
 licui⁹ rei, quæ nō per se, sed per aliud maneat in  
 re

*Cont. her.  
in princ.*

*Rom. 4.*

*Ephe. 2.*

re ipsa. Ecquis æquo animo patiatur mōstra tua  
illa Indica, quę tum in Theologia, tū in Philo-  
sophia noua, quotidie nobis profers? vt de tua  
India dicamus, quod olim de Aphrica dictum  
accepimus. Quinctiam si te ipsum in consi-  
lium adhiberes, nunquam id dices. Nam  
cūm nobis de Apostolis loqueris, vnum exi-  
miū constituis, nēmpe Petrum, quem vis, fuisse  
Apostolorum principem, vt professus es in ipsa  
libritui inscriptione. Reliquos verò Apostolos  
æquales hactenus fecisti, quid postea facturus  
sis, nescio, tu ipse videris. Iam Successores debet  
iis respondere quibus succedunt, cur tu maio-  
res & minores Episcopos facis Apostolorum  
successores, quum Apostolos maiores & mino-  
res ne ipse quidem constituas, vno Petro exce-  
pto, cuius successionem vni Romano Pontifi-  
ci assignas? Vides igitur ex longa illa tua ratio-  
natione consequi, in ipsa Ecclesia Christiana  
fuisse varias formas exteriōres: nisi fortasse ma-  
ius & minus, idem tibi planè esse videantur: aut  
Episcopos illos maiores, & minores negas ad  
Ecclesiam Christianam pertinere. Atque vt  
formam illam de qua tandiu, & tam incepitē dis-  
putas, nō iam nos, sed ipsi tui Doctores tibi de-  
pingat, vide quid Lombardus, quid Gratianus,  
& plerique alij scripserint de vestris Archiepi-  
scopis, Primatibus & Metropolitanis, & vnde  
originem duxerint. Nēmpe, ab exemplo Gen-  
tilium: vt notau in loco Scripturæ, ordine 12. 21.  
Agè portò, vnde tandem haussisti bellum hoc

Sentent.  
lib. 4. dist.

24.

Can. De-  
cretis dist.

AD REPET. TVRR. SOPHI<sup>S.</sup>  
loquendi genus? formam de qua loqueris esse  
exteriorem & intimam Ecclesiae, quod sine co-  
tradictione dici non potest: adeoque redolet  
Mercurium illum Passonis cuius Philosophi me-  
minerunt. Atenim citas ex Aristotele limen el-  
se lignum sic situm: atque ita non distinguis in-  
ter formam exteriorem, quae est Accidens, &  
subiectum ipsum Accidentis. Nam forma limi-  
nis accedit ligno: & qui limen definit, non defi-  
nit subiectum nempe lignum, sed definit tan-  
tum Accidens in subiecto. Quid vero Ecclesiae  
Christianae commune est cum hoc tuo limine?  
quo quidem rei, de qua inter nos agitur, verita-  
tem ab ipsa si posses libenter excluderes. Dicis  
te Ecclesiam Apostolicam definire. Cedò, de-  
finisne tantum Apostolicam, an etiam Eccle-  
siam simul? si utrumque simul, quorsum igitur ex-  
emplum tui liminis? Qui enim dicit lignum sic  
situm, definit formam & dispositionem ligni,  
sed non lignum: ac proinde ex hoc exemplo non  
definires Ecclesiam, sed tantum hanc Ecclesiam  
dispositionem & formam exteriorem: adeo ut  
qui mihi initio jobieceris nomine finitoris ex fa-  
miliari tuo Plauto fabularum scriptore, satis i-  
pse declares te pessimum esse finitorem, qui Ec-  
clesiam tam male definias. Ceterum cum limi-  
nis forma non sit astricta huic vel illi subiecto  
(potest enim esse non minus in lapide &c. quam  
in ligno) quare ex te, bone Philosopho, qui de-  
finitionem tuae Ecclesiae ab Aristotelis prima  
Philosophia arcessere voluisti, num Apostoli-

cailla dispositio de qua loqueris, possit esse in  
 alio subiecto quam in Ecclesia. Ex quo fit ut  
 tuum istud limen, & haec ianua Aristotelica a te  
 producta extra huiusce disputationis cardines  
 vertatur: nec iam te exaudiat ipsa Philosophia  
 a te pessimè accersita. Ac ne lectoribus mole-  
 stius sim iis repetendis quæ in Summa disputa-  
 tionis explicata sunt, hoc vnum addam: Si ve-  
 rum est quod dicis in Episcopo contineri inti-  
 man formam Ecclesie, relinquitur: esse in Epi-  
 scopo conquiescedum, ut perfectam Ecclesiam  
 cum sua forma Essentiali habeamus. Ac proin-  
 de tuum Pontificem Romanum minimè perti-  
 nere ad formam essentialiem Ecclesiarum: nisi for-  
 tè cum aliis omnibus Episcopis Ecclesiam ex  
 tua definitione congregantibus, æquo iure  
 esse cœleur. Venio ad locum Cypriani quem *Ad Pupias*  
 nec bene citas & male intelligis, dum eum tuis *num. l. 4.*  
 additamentis more tuo obscuras. Sic enim *Ep. 9.*  
 Cyprianus grauissima obiurgatione Schisma-  
 ticum Pupianum castigans: Etsi, inquit, contu-  
 max ac superba obaudire nolentium multitu-  
 do discedat: Ecclesia tamen a Christo non re-  
 cedit: & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adu-  
 nata & pastori suo grex adhærens: haec ille. Tu  
 verò de tuo addidisti, Episcopo scilicet Catho-  
 lico: fortè ut exponeres Cyprianū: vel potius ut  
 ambiguo luderes atq; imponeres rudiorib⁹ qui  
 nomine Catholici Episcopi Papā intelligunt.  
 Plana est autē Cypriani sententia: Eos demum

censendos esse de Ecclesia, qui spretis reiectisq; schismaticis, vero suo Pastor i adhærent, atque ita ut à Christo non recedant. Quid verò id tuum Pontificem adiuuat, quem sequi nō possumus, quin à Christo recedamus? falleris autem existimas hanc esse definitionem essentiam Ecclesiæ à Cypriano propositam. Nam loquitur de Ecclesia iā existente & præclarè constituta: cuius hoc est attributum, adhætere veris ac piis suis Pastoribus intra verbi Dei fines manentibus. Quare docet Cyprianus non propriè quid sit Ecclesia, sed qualis sit Ecclesia, ita ut decet constituta, & loquitur de sua Ecclesia, nempe Carthaginiensi, quæ Pupiani & aliorum schismaticorum partes non sequebatur, sed vero suo Pastor i, hoc est, ipsi Cypriano, iuxta dictum verbum adhærebat.

## TVRRIANVS.

XVII.

Pag. 45.  
& seq.Pag. 47.  
48.

**D**icit Antonius ita potius dicendum esse, eos dum ritè & legitimè ab Episcopis, id est ab Ecclesiæ ministris congregari, qui in nomine Christi congregantur, sed ego ànotissimo ad nō notū descrevi, ille ab equaliter obscuro in obscurum. Mendacium est quod aīs me omittere eam antithesin que est in contextu, nempe Ligandi & Soluendi: sic enim dixi: Qui essent quibus hanc potestatem excommunicandi daret, statim docuit subiungens: Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis, &c. Si enim non disset potestatem connocandi & congregandi Ecclesiæ,

ANTON. SADEEL. RESPOND. 125  
censem, quomodo habere possent Ecclesiam unde  
euerent?

S A D E E L.

**D**Icis te à notissimo incipere maluisse, nēpe ab Episcopo: cuius nomē equidem fateor esse notissimum: sed te tuosque Episcopos nescire, aut nolle scire, quē vis sit huic voci & non mini subiecta, ipsa experientia satis demonstrat. Verū ex his tuis verbis colligo, te veram definiendi rationem nescire. Licet enim causæ diuinæ sint longè difficiliores effectis: inde tamen vera definitio petenda est. Itaque congregare in nomine Christi, id est, iuxta eius verbū, est causa, cur veri Pastores Ecclesiæ rectè congregare Ecclesiam dicantur. Id autem quod dicas falsum est, nedum possit esse causa diuinæ. Nec enim sequitur: Episcopus congregat, ergo in nomine Christi congregat, vt patet Act. 20. ver. 30. patet etiam ex tuis Episcopis iampridem nō homines, sed hominum bona & facultates cōgregantibus & ad serapientibus. Dixi porrò te omittere illam antithesin, quæ est in contextu nempe quum Ecclesiam definis, alioqui si inde arguerentareris, tu tantum differeres de hominibus tum excommunicandis, tum ad pacem Ecclesiæ admittendis, huc enim spectat Antithesis quæ est in contextu. Sed tu qui nec communionis, nec Excommunicationis veram doctrinam, usumque legitimum unquam nosti, longè

AD REPET. TVRR. SOPH<sup>15.</sup>  
aliter ratiocinaris hoc modo : Si Episcopus ei-  
cit ex Ecclesia, ergo Ecclesiam cōgregat. Quod  
dico non esse consecrarium: multi enim ex Ec-  
clesia eiiciunt qui Ecclesiam illam non congre-  
garunt: Imò hoc fuit Apostolorum proprium  
Ecclesiam congregare, quas Episcopi sive Pa-  
stores Ecclesiastici postea fouerent suo mune-  
re ita ut decet exercendo: ut in nostra solutione  
diximus. Verùm dicas te verbum *congregant*  
non referre ad prīmam constitutionem Eccle-  
siæ, sed te ita usurpare ut apud Paulum: vobis,  
inquit, congregatis. Ergo refers ad actus ipsos  
singulares congregationis, ex quibus non fuit  
definiēda Ecclesia<sup>1</sup>, quam oportet iam existere,  
antequam illos actus producat. Ut patet vel ex  
hoc Matthæi loco quē citasti: Dic Ecclesiæ, in-  
quit, quibus verbis significat Ecclesiam esse cō-  
stitutam. Et tu scilicet egregius finitor (Mega-  
ricorum illorum similis, qui videbantur dicere  
tum demùm esse oculatum hominem quā vi-  
deret: quos Aristoteles reprehēdit libro 9. pri-  
mæ Philosophiæ) definis Ecclesiam ex forma  
intima & essentiali Ecclesiæ, ut ais, nempe ex a-  
ctibus singularibus, qui tibi videntur formam  
essentialē Ecclesiæ constituere. Quod perin-  
de est ac si dices hominem esse definiendum  
ex eo quod nunc mouetur, nunc cogitat, nunc  
disputat & ratiocinatur: quod quām ineptū sit,  
non audeo sanè dicere te videre, qui tam multa  
alia manifestissima non videoas.

Dedisti, licet innuitus, esse Episcoporum congre- XVIII.  
gare Ecclesias in Christi nomine: at Protesta-  
tes non habent Episcopos, ergo non habent Ecclesiā: <sup>Pag. 49.</sup>  
sic enim scripsisti: Apostoli & eorum successores Ec-  
clesiam congregarunt, & congregant in Christi no-  
mine, &c.

S A D E E L.

Solpnia tua narras non meam sententiam.  
Ego enim ex teipso in teipsum, sum argu-  
mentatus, non ut tibi aliquid dare ac conce- <sup>Pag. 49.</sup>  
derem: sed ut tibi auferrem potius ac detrahe-  
rem falsam illam personam Pontificiæ succe-  
sionis, cuius inani fuko vos rudiorum oculos  
perstringere soletis. Repete quæ scripsi in locis  
Scripturæ ordine, 9. 10. 11. & 12. Ut intelligas me  
non agere de tuis, sed de veris Episcopis.

T U R R I A N V S.

Questio, Antoni, quis te constituit iudicē Pon- XIX.  
tificis Romani & omnium Episcoporum Ec-  
clesia Catbolice. Nolite, inquit, iudicare & non iu- <sup>Pag. 50.</sup>  
dicamini. Indicare, arguere, increpare solis Episco- <sup>51.</sup>  
pis conueniunt. Quod si Lutherum & Ministros  
Protestantium indicamus, secundum Scripturam  
facimus. 1. Corinth. 14. Si conueniat uniuersa  
Ecclesia in unum, & omnes prophetent: in-  
ter autem quis infidelis vel idiota: conuincitur

128 AD. REPET. TVR. SOPHIS.  
Dag. II. ab omnibus: diuidicatur ab omnibus. Quid autem  
art. 7. eos maledictis insectamur, hoc item secundum Sen-  
pturam facimus, & Apostolorum exemplo: ut cum  
Paulus dixit in Elymam, Plene omni dolo: & Ste-  
phanus vocat Iudeos homicidas & proditores &  
Pag. 89. Prosequi enim benedictionibus eos, qui nos insecta-  
tur, non eos qui Religionem, preceptum est. Iusta  
conuictia sunt, que pro defensione fidei iaciuntur.

### S A D E E L.

**N**on nostrā, sed Dei summi iudicis, sentē-  
tiam ex ipsius verbo petitam pronuntia-  
mus: sic enim <sup>in Thess. 2.</sup> de quo Paulus loqui-  
tur, est interficiendus spiritu oris Christi. Dum  
autem vis Episcopos (ac præfertim tuum Pon-  
tificem) iudicare posse, & non iudicari, nō iam  
disputas, sed adularis, vt faciebat ille apud tuū  
<sup>In milite</sup> Plautum, quem offa monebat, vt eius verbis utar.  
<sup>gloriosu. si-  
ue in Pyr-  
gopolyni-  
ce, que est  
comœdia.</sup> Miror autem tuam impudentiam, cum in re ip-  
sa, tum in eo argumēto quod profers, corrum-  
pere Turriani cias, & nos scilicet cum infidelibus & idiotis  
<sup>1. Cor. 14.</sup> compares: Connincitur, inquis, ab omnibus,  
hoc est, interprete Turriano, à solis Episcopis,  
qui ius habent iudicādi: hæc enim sunt tua ver-  
ba: iudicare, arguere, increpare, solis Episcopis  
conueniunt. At Paulus loquitur de efficacitatē  
verbi Dei, non peregrina & ignota lingua reci-  
tati (vt apud vos fieri solet, qui linguis peregrini-  
nis & exoticis videntes, sæpè etiam submurmure-  
zante)

rantes sacra vestra redditis, scilicet *μυστηρες*,  
 quod Paganorum esse proprium dicit Ambro- *In I. Cor.*  
*sus*) sed ita propositi, ut etiam ab idiotis intel- <sup>14.</sup>  
 ligi possit. Quo sit ut verè afficiantur auditio  
 perceptoque Dei verbo: *Nimirum* (inquit Hie- *Ibid. In I.*  
*ronymus*) doctrina eorum conscientias pulsante. *Cor. 14.*  
 Hoc vero, Turriane, quid ad propositum  
 tuum, & ad illa vestrorum Episcoporum tribu-  
 nalia, unde Christi doctrinam, & Christum  
 ipsum quotidie condemnant, eius iudicium  
 grauissimum ipsi aliquando subituri? Quam-  
 obrem (ut ad locum Apostoli quem obiicis al-  
 ludam) nihil mirum est, si tu infidelis & idiota  
 (quatumuis licet *τοφιεύων*) in Christi veram Ec-  
 clesiam non ingrediens, sed impetum faciens,  
 conuinceris ab omnibus, & diiudicaris ab om-  
 nibus: ut in te quadret quod mihi falso obieci-  
 sti, insipiētiā tuā omnibus esse patefactam.  
 Quod tamen subiicis, libenter agnosco: nem-  
 pe, vos Monachos, qui nullas alias nisi denta-  
 tas chartas exaratis, maledicendi & conuictan-  
 di licētiā, vobis iam pridem vestro iure ven-  
 dicare. At dum vestræ maledicentiæ exemplum  
 Apostolorum prætextis: hoc vero nō iam no-  
 bis est maledicere, sed Apostolis ipsis, quorum  
 facta egregia & à Spiritu Dei profecta, nihil  
 habent commune cum Monachorum, non tâl-  
 licet ) summāque in sanctos ac pios homines  
 crudelitate.

## TYRRIANVS.

XX.

Pag. 52.  
§3.

Dicis Pontificem Romanum Ecclesiam diffisi pare, Dic tu, bone Antoni: vestrum Euangelium peruenit ne ad omnes? At Ecclesia Catholica per cunctum orbem propagata est, atque etiam gradu lamur gentibus, & populis Indorum quod peruenit ad eos Euangelium, sicut in universo mundo est. Credisne Antoni, vos habere apud Indos qui congregent Ecclesiam Lutheri ad audiendum Euangelium eius. Naviga illuc cum merce ista dogmatica tui Euangeli: & experieris an frigeat ibi tuum Euangelium, an caleat.

## S A D E L.

Andem me ad Indos ablegas: credo quod hic tibi aliquantulum sim molestus. Et nescio quos spiritus Indi ( quorum nomine Americanos, & remotissimos quosque populos intelligere soletis ) vobis Iesuitis aliquot abhinc annis attulerunt, qui de vestris ad remotissimas illas gentes profectionibus, libros etiam edatis, ut ita scilicet magis magisque testemini vestrum studium erga Romanum Pontificem, quem cum praeuideatis, vrgente Euangelijs veritate, propediem ex hoc terrarum orbe expulsum iri, mature de hospitio cogitatis, ac nouum illi mundum conquiritis, in quo, vestra opera, vestrisque artibus, dominetur. Verum enim nō quia oportet mendacem esse memorem, non possum satis mirari quid tibi in mentem veneris.

rit, ut me ad Indos amandas, qui in superioribus tuis scriptis, & in tua ad Illustrissimum Principem Landgrauium Epistola, me ad Bonifacium reuoces, quem honoris causa Germaniae Apostolum appellas. At hic Germaniae Apostolus nullos esse credidit populos, qui Polū Antarcticum viderent. Quinetiam quum Vergilius quidam, tum in Mathematicis aliquantū exercitatus de Antipodibus verba fecisset, idq. Bonifacius Papæ renuntiasset, audi quemadmodum Papa Stephanus aduersus eum fulminarit (commemorante Auentino in Boiorum Annalib.) *Vergilium*, inquit, *Philosophum* (si sa-  
cerdos sit nescio) à templo Dei & ab Ecclesia depel-  
lito, sacerdotio in concilio abdicato, si illam peruer-  
sam doctrinam fuerit confessus. Hæc Romanus  
Pontifex, nimirum vix ac ne vix quidē Turri-  
num toleraturus, qui me ad longinquissimos  
illos populos iubet proficisci. Atenim siquid  
hoc ad causam de qua agimus, pertineret: pro-  
ferre possemus pios aliquot viros, qui in Ame-  
rica illa remotissima, puram Euangeliæ doctri-  
nam & professi sunt, & suo etiam sanguine ob-  
signarunt. Miror autem quī inter vos conue-  
nire possit: cùm tu neges vlos esse apud Indos  
qui nostram Religionem profitantur: & soda-  
les tui scriptis editis conquerantur ex suis ple-  
rōque cum merce illa sua Pontificia, nempe  
cum imaginibus, reliquiis & consimilibus nu-  
gis ad Indos aduentates, fuisse à nostris cæsos  
& in mare coniectos, vt patet ex tuorum:

*Anet. lib.  
3. de An-  
nal. Boio-  
rum.*

*Ex Epi-  
stola Frä-  
cis Hen-  
rici Iesui-*

132 AD REPET. TUR. SOPHIS.  
sodalium Epistolis: in quibus inter infinita pro-  
pè mēdacia, hoc vnum verum esse reperi, quod  
narrat sibi fuisse à nōstris obiectum, proprium  
Iesuitarum pādos paucis hisce verbis explicanti-  
bus. O veteratores Iesitae, per vos stat quominus  
conspirent uniuersi mortales atque consentiant, sub  
latisque discordiis ac tu multibus, tranquilla omnes  
pace atque otio perfruamur: vestroscelere non moda  
Germania & Gallia, verum etiam Brasilia, atque  
ad eo toto terrarum orbe prava doctrina diffundi-  
tur. Hæc illi. Quamobrem, mi Francisce, inepta  
hæc fuit tua postulatio, dum me ad Indos na-  
vigare voluisti, cùm eiusmodi profectiōne so-  
dales tui sibi maximæ laudi ducere soleant, quā  
ego illis præceptam nolim. Tuam verò,quitā-  
diu Romæ in otio versaris apud Cardinalem  
illum tuum, ignauiam purgare potius debuisti,  
cùm solitis & visitatis Romæ deliciis frui malis,  
quā dare operam nouis apud Indos, miracu-  
lis fabricandis.

### T U R R I A N V S .

XXI.  
Pag. 54.  
& sequ.

D Icis Sophistam Turrianum nou leuiter erra-  
se, cum dixit Ecclesiam nō fuisse appellata in  
priusquam Aaron Pontifex factus esset, nec enim  
debuit harere in Græco vocabulo, sed venire ad au-  
tographum Hebraicum, &c. Ego. Antoni, ut tu di-  
cis, non veni ad autographum Hebraicum: quia nō  
Hebraicè scio, neque mihi hoc loco Hebraicè scri-  
opus erat: non est obseruatio mea, sed Cyrilli Hiero-

solymitani, cuius antiquitatem neglexisti: & quod longè grauius est, authoritatem sanctorum Apostolorum repudias. Existimabam Ministros Protestantium non ignorare, quām diuina esset Septuaginta Interpretum ex Hebraico translatio. Contemnere Septuaginta & Hebraicum preferre, nihil aliud est, quām assentari Iudeis. Quidam author valde eruditus notauit Apostolos & Euangelistas quinquages Esiae testimonia, non ex autographo Hebraico, sed ex interpretatione Septuaginta produxisse.

Pág. 57.

## S A D E E L.

**T**VAM Hebraicarum literatum ignorantiam, quam p̄t̄ te fers, satis video: atque etiam, quando ita vis, facilē patior, modō nemihī tua isthac inscitia fraudi sit. Hæc enim est, vt gravissima, ita iniustissima simul, & impudentissima accusatio, me, quia te ad ἀντόγραφον Hebraicum reuocaui, propterea antiquitatem neglexisse, & Apostolorum authoritatem repudiisse. Num enim obsecrò, qui tua sophismata redarguit, is vel antiquitatem negligit, vel quod longè grauius est (vt rectè dicis) autoritatem Apostolorum repudiat? Certè cùm te hinc literas Hebraicas flagellantem viderem, reuocaui in memoriam quæ aliquando populatis tuus Simenius Hispanus Cardinalis scripsit, vt Latinæ, hoc est, Romanæ Ecclesiæ gratificaretur: inter Hebraicam veritatem, inquit, & plus, Septuaginta Interpretum editionem, nos Latinam

Simen. in  
Prefat. in

Bibl. Cœ

i.ij.

134 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
translationem velut inter Synagogam, & orienta-  
lem Ecclesiam posuimus, tanquam duos hinc & isti  
de latrones, medium autem Iesum, hoc est, Roma-  
nam sive Latinam Ecclesiam collocantes. Hæc Si-  
menius, quibus bonus ille Cardinalis Iesum  
Christum in Ecclesia Romana crucifigebat. Tu  
verò paulò æquior interpretationi 70. multa  
commemoras ad Græcam illam interpreta-  
tionem confirmandam, quasi ea res inter nos aga-  
tur, aut quasi ego 70. Interpretes reprehende-  
rim, cùm te vnum reprehendi, qui argumenta-  
tus sis, non ex eo quod scripserunt septuaginta  
interpretes, sed ex eo quod non scripserunt: né  
pe quia non toties usurparunt vocabulum ἀ-  
ληφίας quoties voluisti. Ergo totum hoc tuum  
est ἀληφία, vt permulta alia in scriptis tuis πλάνη  
ἀληφία τὸν ἔργον, tibi enim satis est citare, quic-  
quid tandem cites. Verumtamen à te prouoca-  
tus hoc vnum dicam: Apostolos ita fuisse vlos  
interpretatione Græca, quæ vulgo ad septua-  
ginta illos interpretes referri solet, vt se ad ipsa

*De opt. ḡe.* verba non astrinxerint, qua de re & de 70. in-  
*Interpr.* terpretatione vide Hieronymum: cui si crede-  
*In cap. 3.* res, ad ἀντίτυπα Hebraicum quoties opus esset,  
*Malach.* Malach. venires. Nec in ea re longè distat ab Hierony-  
*Epist.* ad August. mo Augustinus, alioqui septuaginta interpre-  
*August.* bus imprimis addictus. Verum quid opus est  
*&c.* pluribus? Tu ipse nobis eo nomine Pontifi-  
*De doct.* cem mirificè commendas, quòd Romæ Col-  
*Chr.lib. 2.* legium Neophytorum instituerit, vbi Hebrai-  
*cap. 10.* cx

cē linguae cognitio traditur, vt Neophyti postea bene eruditī ( agnoscis credo tua verba pag. libri tui 183.) Christum Iudæis ex lege & ex Prophetis demonstrent. Iam igitur accusatum Pōtificem quōd antiquitatem negligat, quōd Apostolorum autoritatē repudiet, denique quōd interpretationem Septuaginta planè reiiciat.

Atque hæc quidem de tua ignorantia nobis dicta sint. Porrò cūm ipse fatearis in variis Ecclesiæ formis describendis Ecclesiam fuisse in lege Naturæ ( vt loqueris ) certè apertè retractas superiorem illum tuum ertorē cūm dices Ecclesiam ab Aarone Pontifice initium habuisse;

## TURRIANVS.

**D**icis me Ecclesiæ substantiam cum eius extē- XXII:  
riorē forma confundere, sed tu potius tecum Pag. 52:  
pugnas cūm loqueris de diversis etatibus Ecclesiæ:  
nam varie etates sunt totidem forme que ad il-  
lam unam Ecclesiam ab Adamo coepit acce-  
serunt: quare necesse est totidem species con-  
stituant. Ita sit ut illa forma exterior, quæ tibi ap-  
pareret, intima ei sit, & substantia eius. Ecclesia qua Pag. 98:  
ab Adam coepit, substantia quidem & numero u-  
na est usque ad consummationem seculi perpe-  
tuò continuanda, cuius forma est, ut antea dixi,  
fides Deum colentium, sed huius unius Ecclesie

S A D E E L .

**D**E forma tum essentiali, tum exteriori, sa-  
tis supérque à nobis antè disputatum est.  
Tu verò bonus scilicet formarum inuestiga-  
tor, ex variis ætatibus, varias essentiales formas  
constituis, quæ, inquis, totidem species consti-  
tuant. Ita, si tibi credimus, puer non erit eius-  
dem speciei cuius est adolescens: & rursum se-  
nex à viro specie discrepabit: & quia vir est ho-  
mo, adolescentes & senes non erunt homines.  
Nunquámne, miser, distingues varias species  
dispositionis alicuius rei, ab eiusdem rei vna, &  
essentiali forma? Disce igitur Turriane, eius rei  
quæ vna est numero, non posse esse plures for-  
mas essentiales: adeò ut Turrianus ipse, & quum  
fuit adolescens, & quum est senex, semper ha-  
beat vnam formam essentialēm, nisi quis forte  
neget illum esse hominem. Ac, ne te ipse fallas,  
cùm dico, vt tuo Pontifici inseruias, te in va-  
rias formas conuertere: non loquor de vera &  
essentiali forma, sed de fallacibus illis formis,  
quas assentatores induunt propter offam, vt di-  
xit Plautus in tua Comœdia Pyrgopolynices,  
aut si mauis Pyrgopolymorpho Milite glo-  
rioso.

T U R R I A N V S .

XXIII.  
Pag. 60.  
61. 62.

**D**amus, Antoni, Ecclesiam quam definimus  
κατ' ἀγον εσσε, vt est κατ' ὅλης extra mētem non  
esse

esse, ac proinde non esse sic visibilem, sed videris ignorare τὸ καθόλου re ipsa non separari à singularibus, quod tuus Aristoteles lib. I. de Anima significauit, cum dixit uniuersale aut nihil esse, aut posterius esse: si igitur non separatur à singularibus, aggregatio omnium singularium erit quoddam totum sensibile, constans ex singularibus omnibus, que sunt eius partes sensibiles: ut exempli causa, homo, quod est καθόλου, re ipsa non separatur à singularibus hominibus, quorum omnium universus numerus ubique sint totum quoddam est, quod vocari solet *Integrale*, constans ex omnibus singularibus hominibus, tāquam partibus suis. Concedēsne istos singulares homines ubique sint, visibles esse, & totum illud ex ipsis singularibus integratum, non esse visibile? At dicas, nemo unquam vidit talē cōtum omnium hominum totius mundi: an ideo non erit visibilis? pari ratione, nec ipsis singulares homines sunt visibiles, quia nemo omnes singulares vidit. At tu das omnes singulares homines esse visibiles, qui sunt illud totum, sine potius illud omne ex ipsis constans: magis enim conuenit in Quantitate Discreta τὸ πῦρ quam τὸ ὄλον: quōte vertes, Antoni? sic enim de Ecclesia etiam dicimus τὸ καθόλου, re ipsa non sciungi à singularibus Ecclesiis, quas confiteris visibiles esse. Quārum omnium uniuersa multitudo totum quoddam est constans ex singularibus Ecclesiis tanquam partibus suis, quod totum simile est uniuersali, ut Aristot. tradit, lib. 5. prime Philosophie. Itaque que erant singularia uniuersalis in mente, sūnt in re partes

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
 totius. Percontor ergo te, natura humana quatenus  
 communis est ut species, potestne videri extra men-  
 tem? minimè respondebis. At eadem in atomo cer-  
 nitur, sentitur, tractatur: ad eundem modum dicti-  
 dum est Ecclesiam communem, quatenus commu-  
 nis est, solum oculis mentis videri: quatenus verò  
 proprietatibus ostendit, quas individuantes vocant,  
 afficitur, iam sub aspectum cadit, neque re ipsa à sin-  
 gularibus Ecclesii separari potest, quarum univer-  
 sa multitudo, quæ idōns quadam est, Catholica Ec-  
 clesia nominatur. Quum rō̄ām consideratur cum  
 propriis differentiis nationis, loci, temporis, &c. Tunc  
 est Ecclesia, non communis, quæ in mente solum est  
 quatenus communis est, sed est hæc.

## S A D E E L.

**T**andem aliquādo post multos errores, ad  
 hūc portum appulisti, vt agnoscas, rō̄ām  
 non esse extra mentem, ac propterea non  
 esse visibile; sed hīc mirificam nobis distinctionē  
 proponis, nempe rō̄ām ut est rō̄ām, esse  
 inuisibile, sed vt est re ipsa, esse visibile, quia  
 re ipsa non separatur à singularibus. Nam Ar-  
 istoteles dixit (inquis) Vniversalē aut nihil esse  
 aut posteriorē esse. Mirum sanè distinguendi ge-  
 nus: si intelligeres quid sit Aristoteli, posteriorē  
 esse, aut Aristotelem non citares, aut aliam di-  
 stinctionē proferres. Nam illud est poste-  
 riū Aristoteli, quod neque videri, neque tāgi-  
 nec ullis corporis sensibus percipi potest.  
 Quamo-

Quamobrem vniuersale, aut nihil est, aut eiusmodi est. Sic enim Thomas, melius Aristotele-<sup>Thom. de</sup>  
lem intelligens, *Vniuersale*, inquit, *aut nihil est,* <sup>vniuersa.</sup>  
*aut posterius, quoniam talis vniuersalitas in re ni-*  
*bil est.* Tu verò ita distinguis, *vniuersale*, *ut est*  
*vniuersale, non videri, sed tamen videri reipsa:*  
quod perinde est, ac si dicas: *Vniuersale esse duo-*  
*bus modis.* <sup>vno, ut Vniuersale, hoc est, ut loqui-</sup>  
tur Philosophus, *ut posterius: Altero, reipsa.*  
Nonne hic vides & sentis te à tuo vel à meo  
potius (ut dicere soles) Aristotele iugulari, qui  
vno tantum modo *Vniuersale* esse affirmat: &  
alterum tuum illum modum ait, *nihil esse.* *Aut*  
*nihil est, inquit, aut est posterius.* Est autem poste-  
rius cùm est *ut vniuersale*, nempe secunda Sub-  
stantia: superest igitur *ut alio modo nihil sit.* At  
tu quidem ita nobis Aristotelem exponis: *V-*  
*niuersale nihil est: hoc est, vniuersale reuera-*  
*est: quia reuera nō separatur à singularib.* Audi,  
mi homo, si *Vniuersale* reipsa non separatur à  
singularibus, ergo non est *Vniuersale:* quia *V-*  
*niuersale* esse nō potest, nisi per abstractionē à  
singularibus. Rectè enim Boëtius dixit *Vniuer-*  
*sale dum intelligitur, singulare dum sentitur, alio-*  
*qui singulare esset vniuersale, quod quam*  
*aptè & eruditè dicatur, amabo te, disce ab*  
*iis sodalibus tuis, qui sunt te doctiores in*  
*Philosophia.* Quia verò in Summa nostræ  
disputationis hac de re copiosius tractauimus,  
nunc paucis tuos errores commemo-  
rabo. Quo me igitur vertam, Turriane,

In milite (sic enim de me valde sollicitus scilicet excla-  
 gloriose, mas) dum tibi videris (vt ad tuum Plautum re-  
 fere In  
 Pyrgopo- uerta mur) legiones difflare spiritu, quod me ver-  
 lynice tam, inquam, aut unde initium faciam vt recē-  
 Turriani seam tuos errores, quorum numerus memorā  
 Comæ- obruit? Primus igitur hic sit tuus error: quod  
 dia. dicis Vniuersale re ipsa non separari à sin-  
 gularibus, & ambiguè ludis & impropriè loque-  
 ris: cum ita dicendum sit potius, Singularia rei-  
 ipsa quidem esse quia sunt primæ Substantiæ, at  
 Vniuersale non alibi esse quam in mente, qua-  
 ipsum contemplatur. Alioqui si re ipsa non se-  
 paratur Vniuersale à singularibus, certè vici-  
 sim singularia re ipsa non separantur ab Vni-  
 uersali: ita vt eadem ratione singularia sint in-  
 uisibilia in Vniuersali, qua Vniuersale erit visi-  
 bile in singularibus, adeò que nullum erit Vni-  
 uersale, quod non sit totum discretum: atque i-  
 ta non admodum opus erit Categoria Substanciæ,  
 quia Genera & Species ad Quantitatem re-  
 ferentur, si tibi credimus. Alius error tuus, cum  
 dicis omnium singularium aggregationem esse  
 quoddam totum sensibile constans ex singula-  
 ribus omnibus, quæ sunt eius partes sensibiles.  
 Nam vt sit Animal, non necesse est esse aggre-  
 gationem sensibilem eorum omnium, quæ in  
 animali continentur: idem dico de homine <sup>et</sup>  
<sup>et</sup>. Licet enim individua sint sensibilia proper-  
 materiam, tamen Vniuersale non est sensibile,  
 quia est materia expers. Tertius error tuus: eò  
 quod in tuo exemplo confundis speciem cum  
 toto

toto integrali, quod factum non oportuit: quia  
Uniusale totum est, nempe ὅλως ὅλος quòd æ-  
què participatur totum ab illis de quibus præ-  
dicatur in Quid. At Toti integrali nullo mo-  
do id conuenit, nec enim pes vel manus dicitur  
corpus, cùm tamen de omnibus singularibus  
hominibus homo dicatur. Quòd si vclis confi-  
cere totum integratū ex omnibus hominibus,  
quod sit re ipsa totum & visibile, necesse est o-  
mnes homines, non per somnium, vt facis, sed  
re ipsa simul & vnā congregari, alioqui Totum  
integrale non erit: quod quidem non in diuul-  
sis ac separatis, sed in coniunctis partibus con-  
sistit. Quinetiam licet omnes homines congre-  
gares, non tamen efficeres vnum hominem ex  
illis omnibus hominibus, vt ita cognoscas quā  
infeliciter in hoc argumento verseris. Nam o-  
mnes Ecclesiæ congregatae, efficserent quidem  
vnam Ecclesiam, sed omnes homines congre-  
gati non efficerēt vnum hominem. Itaque nu-  
gæ sunt, meræ inquam nugæ quæ dicis omnia,  
& quæ nobis in memoriam reuocant monstrū  
illud Cabalisticum & Rabbinicum de magno  
quodam homine, qui omnes homines compre-  
hendit: itēmque de magna quadam aui ex o-  
mnibus anibus composita, quæ expansis alis e-  
clipsim efficiat. Ad ista deliria quām propè ac-  
cedas ex eo patet quòd affirmas omnium ho-  
minum coetum, quem nemo vñquam haec tenus  
vidit, esse nihilominus visibilem & esse *ηγ. θ' ὅλου.*  
Quartus error dum dicis *τὸν πᾶν* magis cōuenire

in Quantitate discreta, quām ~~re~~ōor: quod in ta-  
tione differendi quām falsum sit, vel ipsis ad-  
olescentibus notum est. Siquidem Omne dici-  
tur de Genere & Specie: & Totum de Toto si-  
ue sit Continuæ, sive Discretæ Quantitatis.  
Nam hæc Enuntiatio: Omnis homo viuit, a-  
liud significat, quām hæc: Totus homo viuit.  
Itémque si dicas omnem gregem (quod perin-  
de est ac si dicas omnes greges, inquit Philo-  
sophi) aliud dixeris, quām si Totum gregem  
dices. Nam illic est ~~re~~ōor, h̄c est Totum.  
Quintus error, quod velis multitudinē omniū  
Ecclesiarum Particularium, esse totum vnum  
quoddam Discretæ Quantitatis visibile, licet  
re ipsa non vna congregentur: quod est dicere,  
esse Totum & nō Torum: quia non sufficit re-  
rum multitudo, vt sit aliquod earum Totum,  
sed oportet res illas simul reuera & visibiliter  
esse coniunctas, vt Totum Integratum visibile  
constituant. Exempli gratia: magna est quidem  
militum multitudo in Germania, Gallia, Hispania, &c.  
Sed vt ex illis militibus componatur  
vnum exercitus, necesse est, non tantā esse mili-  
tum multitudinem, verum etiam multitudinem  
militum in vnum exercitum conuenire. Equis  
enim dux adeo demens fuerit, vt iactet se ma-  
gnū habere exercitū, eo quod magna sit  
vbique militum multitudo? Dices enim eos  
in vnum exercitum esse congregandos: possis  
tamē opera mentis Totum aliquod tibi ad-  
brare, quod reuera non erit, ac propterea erit  
inut.

inuisibile: ut quū animus omnes Ecclesias particulares in vnam Ecclesiam colligit, quam suis tantum oculis intuetur. Sextus error quando perperam citas Aristotelem in lib. 5. primæ Philos. Nec enim ille dicit *Totum esse simile Vniuersali*, vt ait: sed potius, *vniuersale esse ut quoddam Totum*: hac videlicet ratione, quia inferiora continet. Latius igitur patet Totū, quām Vniuersale: ita vt, licet verè dicamus: *Omne vniuersale esse simile Toti*, non tamen vicissim dicēdum sit, *omne Totum esse simile Vniuersali*: adeoque longe minus ita tibi argumentandum fuerit: si aliquo modo Vniuersale simile est Toti: ergo est aliquid totū simile vniuersali, quod oculis corporis videri possit: imò verò, si est simile vniuersali, in hoc certè non erit, quod sit visibile, quandoquidē vniuersale, visibile nō est. Septimus error est, cùm ait singularia Vniuersalis, quod est in mēte, fieri in re partes totius. Nā vt hant, in re partes Totius, oportet Totū re ipsa constitui: alioqui si cùm dicis in re, nihil aliud dicis, quām quod mēte tibi & animo de pingis, iphs certe vocabulis abuteris. Iam vt re ipsa ex omnibus Ecclesiis vnā colligas Ecclesiam visibilē, oportet re ipsa omnes Ecclesias in vnā Ecclesiā, ceu in totū vnū aggregari. Quis autē nō videt eiusmodi aggregationē, nō re ipsa, sed animi rātū cogitatione fieri? Octauus error, quod sentias Ecclesiā Catholicā (tu cōmunem dicis) quatenus Catholicā est, nō videri, sed quatenus proprietatibus ~~de singulis~~, inquis, (malim ~~de singulis~~)

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
quas Individuantes vocant, afficitur, videri  
quemadmodum natura humana ut species non  
cernitur, sed in atomo cernitur & fertur. Hac  
tua, in quam, ita secum configunt, ut mutuis fe-  
vulneribus confodiant. Nam cum natura hu-  
mana videtur, non tunc est aliquid ~~κατ' οὐσίαν~~, sed  
individuum, ut agnoscis. Tu vero hoc scilicet  
exemplum fretus, dicas non tantum singulas Ec-  
clesias esse visibles, sed etiam unam Ecclesiam  
Catholicam, quod perinde est, ac si diceres, na-  
turam humanam non tantum esse visibilem, quia  
eius individua sunt visibilia, sed etiam quia ~~κατ' οὐσίαν~~  
natura humana non definitur ex individuis: at  
Totum Integratum, cuiusmodi vis esse Eccle-  
siam Catholicam, non potest definiri absque suis  
partibus. Denique in hoc simili tu vis prius esse  
Catholicam, deinde particulares Ecclesias, qui-  
bus Catholicam Ecclesia individuatur (ut tuum  
verbum usurpem). Atqui si Ecclesia Catholicam  
est congregatio particularium: certe particula-  
res Ecclesiae sunt prius. Nunquamne obsecro,  
intelliges & animaduertes, te non loqui simpli-  
citer de Ecclesia, sed de Catholicam Ecclesiam  
quam tu modo cum Genere, modo cum Specie  
comparas, modo etiam cum Toto, & illa omnia  
tibi unum idemque sunt. Dic porro nobis, bo-  
ne vir, quænam sint istæ proprietates individu-  
antes Ecclesiam Catholicam, quas tu nobis  
commemoras? Quum dicas Ecclesiam cerni tam  
tum mente, quatenus est communis, sed esse ex-

tra mentem quatenus est hęc, nempe cum propriis differentiis nationis, loci & consimilibus: Nonne dicis, nihil tale cogitans Ecclesiā, quatenus est Catholica, cerni tamū mente, ac propterea inuisibilem, sed quatenus est particularis, esse visibilem? alioqui nonne ~~re~~ pugnant inter se? potestne esse aliquid vniuersale & simul vestitum propriis differentiis nationis, loci & temporis? O monstrum in ultimas terras, adeoque in extremam Indianam deportandum, ut illic barbaras gentes doceat tam recte ratiocinari! Ecquis vñquam audiuit aliquid habere proprietates indiuiduas, quin sit indiuiduum? quis porrò, vel cogitare quidem possit, idem esse Catholicum & indiuiduum, nisi Catholicī vocabulum planè euertat? Serua igitur tibi Indicam istam Philosophiam, Turiane, qua tu vis indiuidua vestita suis proprietatibus, esse Catholica visibilia. Nam, vt de nostris taceam, non existimo ullum esse vel ex tuis sodalibus, qui eiusmodi Philosophiam recipiat, qua tamen tantopere gloria, speres te posse nobis illudere, non minus quam familiaris ille tuus apud Plautum, volebat splē-  
*In milite glorioſo,*  
*sue in Pyrgopo-*  
*lynice*  
*Turriani*  
*Comædia*

dore clypei oculorum præstinguere aciem in acie hostibus. Postremò (iam enim tædet tam prolixī catalogi) vide quorsum euadat tua disputatione, Vis Catholicam Ecclesiam reipsa non posse separari à singulis Ecclesiis: ita igitur statuto ex ipsa tua ratiocinatione: Caput Catho-

AD REPBT. TVRR. SOPHIS,  
 licum visibile, Ecclesiæ Catholicæ visibilis, non  
 posse reipsa separari à singulis Ecclesiis, ac  
 proinde nullum aliud esse caput visibile Ec-  
 clesiæ Catholicæ, quām singulos singularum  
 De unit. Ecclesiarum Pastores, & (vt loquutus est Cy-  
 Ecclesia. prianus) vnum esse Episcopatum, cuius à sin-  
 lib. I. gulis in solidum pars tenetur: ex quo factum  
 Ep. 3: est, vt idem Cyprianus non Episcopum vnum,  
 sed multos Episcopos dixerit in Ecclesia Ca-  
 tholica præesse, idque scribens ad Episcopum  
 Romanum: atque ita evanuit tuus Pōtīfex Ro-  
 manus, de quo profecto male meritus es, qui  
 hanc de eius primatu quæstionem instauraris  
 & quātūm in te fuit exacerbaueris, in illius ca-  
 put tandem reddituram. Sed quia sæpe repeti-  
 ine odio Pontificis Romani loqui, ac propte-  
 rea tibi suspectus video, saltem expende Vee-  
 terum sententiam, quoties de vnitate diffe-  
 runt, quam in vno codémque Spiritus & fidei  
 vinculo constituentes, satis docent eam esse  
 inuisibilem, tantū abest, vt eam ab vno ho-  
 mine visibili pendere velint. Sic enim Augusti-

Epist. 57. nus exponens hæc Ioannis verba: ut filios Da-  
 Iohann. II. qui erant dispersi congregaret in vnum: Non in v-  
 num dictum est, inquit, aliquem corporalem  
 locum, cùm de tali vocatione Gētium Propheta  
 ta prædixerit: & adorabūt eum vnuſquisque de  
 suo loco omnes insula Gentium. Sed congre-  
 gare in vnum dictum est, in vnum Spiritum, &  
 in vnuſ corpus, cuius vnum caput est Christus.  
 Talis congregatio ædificatio est Templi Dei,  
 talem congregationem non generatio carna-

lis, sed regeneratio spiritualis facit, habitat itaque in singulis Deus tanquam in templis suis, & in omnibus simul in unum congregatis, tanquam in templo suo. Hæc Augustinus. Quia verò toties obtruditis Ecclesiam Catholicam Romanam, ac Romanam Ecclesiam vultis esse Ecclesiarum omnium reginam: audi quemadmodum idem Augustinus Romanam Ecclesiam cum aliis Ecclesiis & quo iure censeat: nullamque aliam velit esse Ecclesiarum reginam, præter omnium Electorum Ecclesiam. Nam exponens Psal. 44. Delectauerunt te filiae Regum. Ecce, inquit, Roma, ecce Carthago, ecce aliæ & aliæ civitates filiæ regum sunt, & delectauerunt regem suum in honore ipsius: & ex omnibus sit una quædā regina. Et paulò post: Astitit regina à dextris tuis, & quæ à sinistris, inquit, non regina: stabit enim quædam & à sinistris, cui dicetur: vade in ignem æternū. A dextris autem stabit, cui dicetur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. Hæc Augustinus. Cùm autem mihi Francisce, nolis Ecclesiam illam tuā Romanam, de Electorum Ecclesia intelligi: ve ritus, ne propterea fiat inuisibilis, cuius tu conspicu & fulgore nimis delectaris, superest igitur, ut sit illa, quam Augustinus dixit à sinistris esse lessuram: nisi tu sententiam renoces.

**A** T V R R I A N V S.  
Is Ecclesiarū unitatē nō magis videri posse, XXIII.  
quāsi dē, quā religionē: Dicam⁹ igitur Ecclesiā Pag. 63.  
k. ij.

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
 quam describit Lucas non fuisse visibilem, quis  
 multitudinis credentium erat cor unum, tu vero  
 omisisti Sacramentum Baptismi: quare inducamu  
 hanc rationem contra Antonium: Baptismus qui  
 unus est, & qui facit nouas creaturas, ex quibus co-  
 gregatur Ecclesia Catholica, & qui est sigillum fi-  
 dei, que una est, est Sacramentum visibile, cum re-  
 liqua dispositione Ecclesiarum noui Testamenti: i-  
 gituretiam ex hac parte fidei propter Sacramentum  
 fidei visibile, quod est Baptismus, unitas Ecclesie  
 rum visibilis est. In unitate doctrina Euangelica  
 continetur unitas fidei, & Sacmentorum, & tri-  
 tius dispositionis a Christo constituta, &c.

## S A D E E L.

**E**cclisia quam describit Lucas erat visibilis.  
 Non enim erat eo modo Catholica, quo  
 nobis Ecclesiam Catholicam descripsisti: ne-  
 que negamus, quin Ecclesia Catholica futu-  
 sit visibilis, reuera aliquando congreganda: ut  
 tunc reuera Ecclesia Hierosolymitana fuit cor-  
 pus unum visibile. Huius tamen Ecclesie, qua-  
 uis visibilis, consensus videbatur, non propri-  
 quidem, sed per effecta: quod Lucas significa-  
 uit, cum dixit omnium cor unum fuisse. Nam si  
 consensus est voluntatum coniunctio, & vo-  
 luntas in animo versatur, certe qui dicit se co-  
 sensum aliter videre quam per effecta, ille se &  
 nimos videre posse gloriatur, quod num ho-  
 mini tribuendum sit, nescio an in questionem  
 reuo-

revoceſ, & num existimes reuera Eccleſię Hieroſolymitanę & omnium fidelium, qui tū illic erant, vnum cor tantum fuſſe naturale & viſibile. Baptiſtum non omiſi, vt aīſ, quandoquidem memini vnitatis doctrinæ & religionis, niſi forte cenſes Baptiſtum ad religionem nō pertinere. Sed iam operæ pretium eſt audire rationem, quam inducis contra Antoniū. Baptiſtum eſt viſibilis: eſt autem Sacraumenṭum fidei, quæ vna eſt: vnitas igitur Ecclesiarum viſibilis eſt. Iam audi quid Antonius dicat aduersus hāc à te inductam rationem. Ait igitur primū te nō diſtinguere inter Baptiſtum, vt dicitur vnuſ Baptiſtus in Ecclesia, & Baptiſtum, vt eſt actio, nimirum, cum Baptiſtus in Ecclesia admiſtratur, hoc enim modo Baptiſtus quidē eſt viſibilis, ſed non eſt vnuſ Baptiſtus, verū ſunt innumerabiles. Cūm autē vnuſ Baptiſtus dicitur, non debemus hærere in ſingulis actiōnibus Baptiſandi, neque ſubfiftere in iis, que tū noſtriſ oculiſ obiiciuntur, ſed vim vniuſ in Ecclieſia Baptiſti, ſoliuſ mentiſ oculiſ contemplari. His oculiſ videmuſ, quod ait Petrus, Baptiſtum nos feruare, non depositionem ſordium carniſ, ſed conſcientiæ bonæ interrogatiōneſ apud Deum. Iiſdem etiam mentiſ oculiſ cernimus, quod Paulus docet de vnitate Eccleſię, de quā nunc nobiſ fermo eſt: Studentes, inquit, feruare vnitatem Spirituſ per vinculum pacis. Vnuſ eſt corpus & vnuſ ſpirituſ, ſicut & vocatiſ eſtiſ in vnam ſpem vocationiſ veſtræ: vnuſ

1. Pet. 3.

Ephes. 4.

k. iij.

Dominus, vna fides, vnū Baptisma, vnu Deus  
 & Pater omnium, qui est super omnia, & in o-  
 mnibus vobis. Hęc Paulus. Et ita Veteres de-  
 na Ecclesia, & de vnitate Ecclesiæ loqui-  
 Paulum autem, & cū Paulo pios Veteres sequi-  
 mauult Antonius, quām Turrianicis somniis  
 adhærere. Præterea dicit Antonius tuam indu-  
 Aug. epist. 57. Ecc. Aug. de vnit. Eccl. &c.  
*Sentē lib. 4. dist. i.*  
*laisticorum Lombardus,* inuisibilis gratiæ visi-  
 bilis forma. Ex quo fit ut in toto tuo libro,  
 quantumuis licet longo & crasso, vix ullum re-  
 periatur argumentum vel crassius vel ineptius.  
 Sic igitur Antonius inductam à te rationem  
 in te ipsum reducit, & in tuum caput regerit. Si  
 Baptismus est Sacramentum fidei: fides igitur  
 est inuisibilis: item, si Baptismus est Sacra-  
 mentum vnitatis Ecclesiarum propter vnam fidem,  
 igitur (ut multa ex tuis verbis repetam) etiam ex  
 hac parte fidei propter Sacramentū fidei visibi-  
 le, quod est Baptismus, vnitatis Ecclesiarum est  
 inuisibilis. Ratio est necessaria: quia Sacra-  
 mentū visibile refertur ad id, quod inuisibile est,  
 ilioqui nō est Sacramētum. Atque hęc de inui-  
 sibili vnitate Ecclesiæ, & de visibili & crassa igno-  
 rātia Turriani, qui si recte intelligeret, que po-

Itremò dicit de vnitate doctrinę Euāgelice, nō  
tandiu aduersus doctrinā Euāgelicā disputaret.

## T U R R I A N V S .

**A**Nideò nō erit visibilis Ecclesia Catholica ex omnib<sup>e</sup> Ecclesiis cōgregata, quia nō sunt uno in loco omnes cōgregatæ? an nō satis est, ut qui in loco quopīa sunt, ibi Ecclesiā videantur? Responde, Antoni,

ut uno exēplo imperitiā tuā redarguā & cōvincā: Cūm exiit edictū à Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis, Luce 2. quid hic significat uniuersus orbis? nōne multitudinē omnīū ciuitatū? nōne visibilis erat orbis uniuersus, qui descriptus est? erāt ne propterea uniuersus orbis habitatus uno in loco? cur ergo nō idem cogitas de uniuersa Ecclesia, quod Lucas dicit de uniuerso orbe? ut igitur illa descriptio una fuit (nō enim dixit descriptiones) & visibilis fuit, in tabulis enim facta est, & ex particula ribus descriptionib<sup>e</sup>. tāquā partib<sup>e</sup>. cōstabat: sic in singulis ciuitatibus Catholicis factæ sunt descriptiones visibiles baptizatorū ex quibus cōstat una Ecclesia Catholica. Dices Antoni, singulares illas descriptiones cōgregari potuisse in eisdē tabulis, ita ut facilem̄ cōcedas, sū unā descriptionē uniuersi orbis ex omnibus in eisdē tabulis fuisse congregatā: sed quid si in singulis ciuitatibus descriptiones ille remanebāt, an minus verū esset quod Lucas dixit? Qui in eūt inter pag. 66.

Se societatem, nisi conueniant in eodem loco, non di- centur esse unius visibilis congregationis?

## S A D E E L .

**E**cce aut̄, vniuersum orbē in me excitat Turrianus, ut me de sentētia depellat: sed bene k. iiii.

habet quod argumentum Turriani est tantum  
 οκιαγραφικὸν & πλασματῶδες. Vniuersus orbis, in-  
 quit, edicto Cæsaris Augusti descriptus est;  
 orbis est visibilis: fuit vna descriptio visibilis ex  
 particularibus descriptionibus tāquam parti-  
 bus constans: ergo idem dicēdum est de Eccle-  
 sia Catholica. Mirum sanè ratiocinādi genus,  
 Atenim, Turriane, repræsenta mihi hanc vnam  
 descriptionem compositam ex singulis omni-  
 bus descriptionibus, ac tum non cōmutabimus  
 vnum verbum, quin ea descriptio sit vna & vi-  
 sibilis. Tu verò ita nobis occurris, nimirū no-  
 stram responsonem præsentieſ. Quid si in sin-  
 gulis ciuitatibus descriptiones remanebant? in-  
 quis. Ego contrà, quid si non remanebant? ob-  
 fecrò quid causæ habes quamobrem dubitate  
 possis singulas illas descriptiones simul fuisse  
 collectas? Cur enim id Cæsar iusserat, nisi vt o-  
 nnium, tum ciuitatum, tum familiarum nu-  
 merus & summa, atque adeò res tota adi-  
 psum Cæsarem referretur? Reduc in memo-  
 riā, quid Ioab fecerit cùm ad numerandum  
 totius Israelis populum missus est, & quid ad  
 Dauidem retulerit, ac tum cessabit tua illa du-  
 bitatio. Sed cur tanta circuitione vſus es, cùm  
 res possit uno verbo expediri, etiā sine Tabulis  
 Cæsareis iampridem sanè oblitteratis ac deletis?  
 Propone tibi tabulas geographicas particula-  
 res, vna Europæ, alteram Asiæ, tertiam Aphricæ,  
 & (quia tu extremis Indis delectaris) quartam  
 etiam, si placet, Americae, vel Indiæ. Dicēsne  
 qua-

1. Chron.  
 cap. 21.

quatuor illas tabulas visibiles, esse vnam totius orbis tabulā visibilem? Non opinor. Ex altera parte propone tibi vnam tabulam geographiam totius orbis, quatuor illas tabulas comprehendentem: hīc, nōnne vides hanc demum tabulam esse vnam generalem & visibilem? Ergo, mi homo, quē exitū habeat argumētū illud tuū σχισματικόν vides: aut si videre nolis, equi & cādidi lectores facile vidēt. Sed quia tibi valde placuit hæc argumētatio, quā tibi videris subtiliter petere ex similitudine descriptionis, nos vicissim tibi hoc tuum simile ita reponamus. Quemadmodū in vna eadēmque tabula geographicā, nobis repräsentamus singulas partes vniuersi terrarum orbis sub vno aspectu propositas, alioqui dispersas ac dissitas: ita omnes Ecclesiās particulares in mente, tanquam in tabula nobis depingimus, & in vnam Ecclesiam Catholicam colligimus, non reuera, sed ipsius mētis operatione, quam aggregationem si quis visibilem dixerit, is perinde faciet, ac si tabulam mundi geographicā contenderet esse, non picturam orbis terrarum, sed orbem ipsum visibilem: quod qui existimet neminem esse puto, si vnum Turrianum exceperis.

Nihilo accommodatius est alterum simile, quod ducis ab iis qui societatem incūt. Semper enim ludis homonymiis, quibus non immerito aliquis dixit mundum esse plenum: vt facile est videre vel in tuis scriptis, quæ sunt homonymiis & fallaciis referta. Societas igitur, vt est vel

contractus vel fœdus, longè distat à sociorū congregatione, quam ego nego posse rectē dici visibilē, nisi socij sint, reuera cōgregati. Quomodo autē absentes societatem ineant, nisi se quodā modo præsentes sistant, tu videris: nos enim hīc de ineunda societate non agimus. Sed fortasse voluisti alludere ad vestrā illā societātē, quā vos societātē Iesu, falsō & cum blasphemia dicitis, nos autē societātē aduersus Iesum, rectē ac verē dicimus, quippe quā Iesu Christi regnū & lucē Euangelicam suis tenebris obscurare conatur, sed frustra. Nā, vt ille dixit, fortissima est veritas, quā magis ac magis emergens citiūs, quām putatis, totam illam vestrā societātē è medio toller, ac reddet planē inuisibilem.

## TVRRIANVS.

**XXVI.** *T*V dicis congregationē totius Ecclesiæ Catholice esse congregationē electorū, quo so, sunt ne electi uno eodēque in loco cōgregati? ergo sicut electi, et si nō sunt cōgregati uno in loco, tamen eorū Ecclesia una cōgregatio inuisibilis dicitur: sic Ecclesia una in loco congregata, dicitur tamen, & est una ex omnibus cōgregatio visibilis. Distinguendū est Totū continuū à Toto discrete Quantitatis: nam illud necesse est, vt partes suas omnes habeat in eodē loco: at non sic Totū discrete Quantitatis. Ecclesia augentur per appositionē Ecclesia ad Ecclesiam, Act. 2. apposita sunt animæ circa tria millia, &c. quod autē augentur per appositionem partis ad partem, Totum quoddā fit ex quibus partibus factum est.

## SADEEL.

**A**rgumētaris ab Ecclesia inuisibili ad visibilem Ecclesiam, hoc modo. Sicut Ecclesia Electorum est inuisibilis, licet electi non sint in eodem loco cōgregati: ita Ecclesia Catholica constans ex omnibus Ecclesiis particularibus, licet ipsæ particulares non sint in eodē loco congregatæ, est visibilis. Iam expone nobis, Turriane, ecquodnam sit hoc ratiocinandi genus, & à quo tandem medio vis manet ad conclusionem. Nam ego te deprehendo quærentem simile in rebus contrariis & repugnantibus. Ex eo enim quòd Ecclesia electorum est inuisibilis, vis probare Catholicā Ecclesiā esse visibilē. Hoc primū ferendū nō est, quòd se paras electorū Ecclesiam, ab Ecclesia Catholica, quæ propriè electorum est, vt suprà diximus & probauimus, cū ex Scriptura, tū ex vetustissimis symbolis, atque etiā ex Veterū scriptis. Deinde insulsè hæc dicūtur: et si electi nō sunt congregati vno in loco: quia hæc est vna ratio inter alias, cur dicatur Ecclesia electorū esse inuisibilis, quia (vt suo loco dictū est) alij electi sunt in terris, alij in cœlo, vt taceā de electis nascituris. Ergo adhibēda fuit particula causalis, hoc modo: Quia nō sunt cōgregati vno in loco. Nunc palpa crassitiem tui argumenti: hic enim evadit præclara hæc tua ratiocinatio. Quemadmodum electorum Ecclesia est inuisibilis, quia electi non sunt congregati in vno loco: ita Ecclesia Catholica est visibilis, licet Ecclesiæ particulares, ex quibus constat, non sint in vno

loco congregatæ. Profectò, qui ita cóncludunt  
 laborant à párte d'iaroias. Addis denique distin-  
 guendum esse Totum cōtinuum à toto discre-  
 tæ Quātitatis, & hoc posterius Ecclesiæ tribuis.  
 Hoc si ita est, mi homo, consequitur iż anayx  
 tuū Pontificē nō posse esse caput Ecclesiæ Ca-  
 tholicæ: quia caput dicitur in toto continuo, nō  
 autem in toto discretæ Quantitatis. Rursus, si  
 inde pedem refers, & maius Ecclesiam Catho-  
 licam esse totum Continuum, ex verbis tuis te  
 iudico, serue nequam, qui dixeris necesse esse,  
 vt totum cōtinuum habeat partes in eodem  
 loco. Ex quo efficitur Ecclesiam Catholicā nō  
 posse esse totum Continuum visible, quin ha-  
 beat suas omnes partes in vno loco. Nunc igitur  
 mi Francisce, (vt bella illa tua verba repeta-  
 mus & tibi accommodemus) quò te vertes. Si  
 Ecclesia Catholica est Totum, aut est cōtinuum  
 aut discretum, ex tua ratiocinatione. Si conti-  
 nuū, necesse est igitur vt habeat partes in vno  
 loco: vt ais. At non habet. Si discretum, Papa i-  
 gitur non est caput Ecclesiæ Catholice, quia  
 caput non est in Toto discreto, refertur enim  
 caput ad corpus: & corpus est totum Conti-  
 num. Expedies hunc nodum quin licebit.  
 Nam quod subiicis ex 2. Actorum tuam senten-  
 tiam euertit, nedium stabilitat: quia illud Totum  
 reuera congregatum fuit, quod vbi factum e-  
 rit de Ecclesia Catholica, tum fatebimur eam  
 esse visibilem.

## TURRIANVS.

*Ed expediamus nos conclusionem nostræ argu-* XXVII.  
*mentationis planius: Omnes Ecclesiæ sunt visi-* Pag. 67.  
*biles: omnes Ecclesiæ sunt una Ecclesia Catholica:*  
*Vna igitur Ecclesia Catholica est visibilis.*

## SADEEL.

**T**andem aliquando Syllogismum formasti,  
 quem ego vnicum dæculorum in toto hoc li-  
 bro tuo reperio. Nimicum quum pro uno Ro-  
 mano Pōfice, disputationes, quem vis esse vnum  
 caput visibile Ecclesiæ Catholicæ, vnuis hic &  
 singularis Syllogismus à te formatus, tuam hāc  
 disputationem decebat. Itaque tanquam post  
 multos alios conatus, nunc summopere enitēs,  
*nos expediamus, inquis, planius conclusionem no-*  
*stræ argumentationis.* Nos quoque vicissim pre-  
 hendamus parumper istum palmarem Syllogis-  
 mū, vt videamus, quām sis bonus Syllogismo-  
 rum architectus. Quām bene concludatur ex  
 singularibus collectis ad vniuersale: quia per-  
 spicere non potes in tuo Syllogismo, saltem in  
 hoc perspicere, quem esse tuo simillimum dubita-  
 re non potes. *Omnis homines sunt visibiles &*  
*mortales.* *Omnis homines sunt unus homo nūd'*  
*ōs.* *Quare unus homo nūd' ōs, est visibilis*  
*& mortalis.* En tibi tua conclusio, cuius nos re-  
 censeamus aliquot errores ex permultis. Pri-  
 mū, peccas in Maiorī propositione, quia prin-  
 cipium petis. Queritur an Ecclesia Catholica sit  
 visibilis. Vt id probes, sumis omnes Ecclesiæ

*esse visibiles*: At qui vniuersaliter loquitur nihil  
excipit, ac proinde in Maiore propositione di-  
cens *omnes Ecclesias*, Catholicam etiam dicis. In  
Minori propositione bis idem repetitur. Nam  
si omnes Ecclesiæ sunt vna Ecclesia Catholicæ,  
& vicissim qui Catholicam dicit, omnes Eccle-  
sias dicit, certe perinde est ac si dicas, omnes Eccle-  
sias esse omnes Ecclesias. Item fallacia est  
in figura dictionis in verbo substatiuo: quia a-  
lio modo dicuntur Ecclesiæ esse visibiles, quam  
dicatur esse vna Catholicæ. Nam in hoc poste-  
riore enūciato verbum, *Esse*, significat compo-  
nere & constituere: ut si dicas omnes Ecclesias  
constituere vnam Catholicam: alioqui, sensus  
effet, vnamquāmque Ecclesiam esse Catholicā:  
quod tu non vis: Præterea si affirmas vnam ac  
totam Ecclesiam Catholicam cōstitui, & com-  
poni ex visibilibus Ecclesiis, falsum affirmas: ex-  
cludis enim Ecclesias quæ fuerunt, ac propterea  
iam non sunt visibiles: itēmque excludis Eccle-  
sias futuras, quæ nondum sunt, quæ tamen om-  
nes ad Catholicam Ecclesiam pertinent. De-  
Nota Tur-  
rianum cō-  
uertisse  
Darapti  
in Dara  
pta.

nique, peccatum est in forma: quia iste Syllo-  
gisinus concludit vniuersaliter in tertia figura:  
nisi fortè ex India noua illa & quarta mundi  
parte, quartam figuram sodales tui ad te mise-  
rint.

Tibi verò imposuit vocabulum, *Vna*: sed  
debebas cogitare ex Ecclesia Catholicæ, &  
vniuersali, non posse confici Syllogismum par-  
ti-

ticularem, vbi Catholica sit subiectum. Quan- Thom. a-  
do autem non impedit vniuersitas, quin proposi- pust. 57.  
tio sit vniuersalis, disce ex iis, qui hoc argu- &c.  
mentum tractarunt, nec enim hoc est, vel no-  
stri muneris, vel instituti. Atque omnino fi-  
tuum argumentum euoluas, erit huiusmo-  
di.

Omnis Ecclesia sunt visibiles.

Omnis Ecclesia sunt omnes Ecclesiae.

Quare, una Ecclesia Catholica est visibilis,  
id est, Omnes Ecclesiæ sunt visibiles.

Quamobrem ita tuum falsum, ineptum & ~~adu-~~  
<sup>hoyis</sup> Syllogismum corrigamus.

Omnis Ecclesiæ particulares sunt visibiles.

Omnis Ecclesiæ particulares pertinent ad unam  
Catholicam Ecclesiam.

Quare, aliquid quod pertinet ad unam Ca-  
tholicam Ecclesiam est visibile.

Sic valeret argumentatio: sed tu plane expedi-  
visti (vt loqueris) & nobis apertissimè demon-  
strasti, te esse ex eorum numero, qui Philo-  
sophi sunt, sed paucis.

### TURRIANVS.

XXVIII.  
Pag. 69.

Ecclesia Catholica visibilis est instar arboris  
Ex omnibus suis ramis constantis, & instar  
magni luminis, quod ex multis luminibus effici-  
tur, & instar magni flumij ex multis riuis facti:  
ex Cypriano.

**V**Ariæ illæ similitudines tuam sententiam non adiuuant. Nā in similitudinibus semper videndū est quò spectent, ne rapiatur extra suos fines. Atque ut à Cypriano incipiamus variis illis similitudinib<sup>o</sup> voluit significare vnitatē Ecclesiæ, ut ipsa libri inscriptio à vobis propofita testatur: De vnitate Ecclesiæ: vulgō antē inscribebatur: De simplicitate Prælatorū, quia ibi copiosè differit Cyprianus de omnibus Paſtoribus Ecclesiæ arctissimo vnitatis & equalitatis vinculo cōiungēdis: sed vos, quibus odioſa est Prælatorū simplicitas, maluistis inscribe re tractatum De vnitate Ecclesiæ: quod quidem per me facile vobis licet. Cyprianus igitur vnitatē Ecclesiæ adumbrat variis similitudinibus ex quibus si velis efficere Catholicam Ecclesiā eff. visibilem, quia illæ similitudines ab rebus visibilibus ducuntur: eadem ratione efficerem Ecclesiam eff. terrenam, eò quòd illæ similitudines petitæ sunt à rebus terrenis. Verū prostat audire Cyprianum suam nobis sententiam

*Cyp. de unit. Ecl. siue de Simplici. Prælato rum.* exponentem. Episcopatus, inquit, vnum est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque vna est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quo modo Solis multi radij: sed lumen vnum: rami arboris multi: sed robur vnum tenaci radice fundatum: & quim de fonte vno riui plurimi defluūt, numerositās licet diffusa videatur exundantis co piæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Et

Et postea. Apostolus item Paulus hanc eādem nobis insinuans vnitatem obsecrat & hortatur dicens, *Obsecro vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: & iterum, sat agentes servare unitatem Spiritus in coniunctione pacis, &c.* Quare licet eae res sint visibiles, quarum similitudinem Cyprianus usurpauit: tamen id de quo agit Cyprianus non subiicitur oculis, nimirum Ecclesiæ vnitas, quæ seruatur (vt Paulus à Cypriano citatus docet) spiritus vnitate. Quintam ipsa similitudo arboris, qua Cyprianus vñus est, tollit omnem dubitationem. Licet enim varij rami videantur, tamen robur vnum tenaci radice fundatum nostris oculis non patet. *Quod si radix nō videtur, nec robur etiam arboris radice fundatum, cur vis igitur originem vnitatis Ecclesiæ esse visibilem? Quid porrò radix, quæ non videtur pertinet ad tuum Pontificem visibilem, adeoque magnificè relucit, vt solus propemodum videatur, & præ illo, rami ab eo consurgentes obscuri sint?* Hec autem (ne quis forte hallucinetur) Ecclesia Catholicæ visibilis: sunt tua, non Cypriani verba. Miror autem quomodo Gyprianum nobis obiciias, qui in illo ipso tractatu de illa ipsa differens Ecclesia, planis expressisque verbis nomine Ecclesiæ solos electos intelligit, nō autem hypocritas & reprobos. Adulterari, inquit, nō potest sponsa Christi: incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubilis sanctitatem

*Ibidem.*

l.j.

casto pudore custodit. Hęc nos Deo seruat, hec filios quos generauit, assignat. Hęc olim plusquam aurea scribebat Cyprianus, quibus nos longo post tempore Romani Pontificis Ecclesiam, à vera Christi Ecclesia discernere possemus. Hunc iam locum antè citauimus, sed quia repetitionibus delectaris, hīc etiam repetere non sum grauatus.

## T V R R I A N V S.

**LXXXIX.** **E**cclēsia Catholica comparatur cum Luna & Sole in Canto Canticorum, Ecclesia autem Catholica inuisibilis electorum, quam tu cum Lutherō & Caluino heresiarchis, & Satane primo genitis introducis, quatenus inuisibilis est, non potest esse instar aurore, neque Luna, neque Solis.

## S A D E L.

**Cantic. 6.** **Q**uod protulisti de Solis, Lunæ, & auroræ similitudine ex Canto Canticorum, ad sanctitatem Ecclesiæ describendam pertinet, Ecclesiæ, inquam, electorum. Pulchra vt Luna, inquit, electa vt Sol, quæ quidem Ecclesiæ pulchritudo, ne tu erres, non sita est in rebus externis ( quemadmodum vides Romanam Ecclesiæ purpura conspicuam, auro lucentem, gemmis emicantem, qualem iam pridem beatus Ioannes descripsit mulierem illam ebriam sanguine Sanctorum ) sed in interiori animi puritate. Sic enim Augustinus usurpans verba Psal. ad Casul. mi 44. Sit, inquit, vna fides vniuersæ, quæ vbiq[ue] dilata.

dilatatur, Ecclesiæ, tanquam intus in membris, etiam  
si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis observationibus celebratur, quibus nullo modo, quod  
in fide verum est, impeditur: omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus, &c. Ergo vides locum Cantici alienum esse à tua sententia. Primum  
quia loquitur de vera Ecclesia quæ est Ecclesia electorum: deinde, quia intelligendus est de pulchritudine Ecclesiæ, quæ non est ex rebus exteriis metienda. Piget autem sepius repetere nos, quoniam Ecclesia electorum inuisibilē dicim⁹, de universa electorū Ecclesia loqui, non de singulis electis, aut de ipsis particularibus Ecclesiis, in quibus electi sunt, & propter quos dicuntur Ecclesiæ: quorum electorū opera lucent corā hominib⁹. Sed affirmo locum Cantici non esse restringendū ad electos in terris versantes: tunc enim verē pulchri sunt, & Solis etiam lucem sua luce obscurant, quum in splendidissimum illud regnum cœlorū peruererunt. Atque ut sentias quam te parū iuuent similitudines superiores, ac potius (ut prouerbiū illud vetus usurpē) recidat bipennis in tua crura, hoc unū addā ex eodem Augustino ad hunc locum Canticū alludente. Ecclesia, inquit, est Sol, & Luna, & stellæ: cui dictū est, Speciosa sicut Luna, electa sicut Sol, &c. Quando enim Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumē suū, & stellæ cadent de cœlo, Ecclesia non apparebit impiis tunc persecutoribus ultra modum saevientibus, &c. Sic Augustinus de Ecclesia, ne in ipsis quidem particularibus Ecclesiis semper.

*Epist. 80.  
ad Hesychium.*

164 AD REPET. TVR. SOPHIS,  
visibili & conspicua differebat. Porrò tua con-  
uitia, verè, inquam, tua: tibi que ac tuis Mona-  
chis, ipsique etiam vestro Pontifici propria fa-  
cile negligimus, quippe quæ iampridem causa  
nostræ bonitas obtruerit.

### T V R R I A N V S.

XXX.  
¶ pag. 71.

**D**icis doctrinam purā, & Sacramenta ex ver-  
bo Dei administrata, esse iuridū Ecclesia: at  
Ecclesia esse potest in qua haec non sint per ignoran-  
tiā, ut in Ecclesia Corinthiorū & Galatarum. I-  
taq; nec hīc quid dicas intelligis, posse enim esse sub-  
lato ignorantiae impedimento puram doctrinam &  
administrationem Sacmentorum ex verbo Dei  
est quidem substantiale Ecclesiae tāquam Proprium  
eius. Propriū enim nō est in Substātia alicuius, sed  
consequitur substantiam, ut tuus Aristoteles tra-  
dit. Quare ubiunque est Euangeli doctrina pura,  
ibi & Ecclesiam esse necesse est, non tamen ubiunque  
Ecclesia est, ibi continuo doctrina pura & legiti-  
timus usus Sacmentorum est.

### S A P E E L.

**Q**um definirē Ecclesiā visibilē suis om-  
nibus partibus constantem: dixi doctrinę  
puritatē & verum Sacmentorū usum esse iuri-  
dū Ecclesiae, hoc est, ad essentiam eius Ecclesia,  
quam definiebam, pertinere. Nam si Ecclesia  
est congregatio fidelium, & fides ex auditu, audi-  
tus autem per verbum Dei (inquit Paulus) quis  
Rom. 10. non facile concedat verbum Dei esse essentiale  
Eccle-

Ecclesiæ visibilis? Rursus cùm ex illo ipso Dei verbo cōstet Sacramēta esse adhibenda ad ob-signandam doctrinę veritatem (Docete omnes Matth. 28.) qui nō facite in mei commemorationem, &c.) quis nō etiam agnoscat Sacra menta à Christo instituta ad essentiam Ecclesiæ visibilis pertinere? Præclarè igitur Paulus ut probet Ephesios esse veram Ecclesiam, dicit eos esse superstructos su- Ephes. 2. per fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et Chrysostomus propterea affirmauit Ecclesiam esse Hierusalem cuius fundamenta posita sunt super montes Scripturarum. Et Augustinus: Ciuitas Dei, inquit, credit Scripturis sanctis, vnde fides ipsa concepta est, ex qua Iustus viuit. Denique (ne omnes mihi commemo-randi sint) Euangeliū in Scripturis Apostoli nobis tradiderunt, inquit Irenaeus, columnam & firmamētum fidei nostræ futurum. Nam (inquit Hieronymus) Ecclesia non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate. Tu verò, Turriane, sic occurris: Ecclesiam esse posse vbi per ignoratiā vtrunque desit: ac profers Corinthiorum & Galatarum Ecclesiās: itaque fi-denter affiras, me, quid dicam non intellige-re. Videamus igitur quām bene intelligas quæ ipse dicas, puritatēm doctrinę non fuisse in Corinthiorum, & Galatarum Ecclesiās: vnde tan-dem probas? nimirum, inquis, in hac lex vetus retinebatur: in illa ignorabatur mysterium re-surrectionis: & tamen vtrāmq; Ecclesiā Apo-

Lib. 3. cap. 1.  
In Mathe. hom. 46.  
De ciuit. Dei lib. 19. cap. 18.  
In Psal. 133.

I. iii.

stolus Ecclesiæ nomine dignatus est. Atqui (vt taceam me de ea Ecclesia loqui, quæ suis omnibus cōstet partibus) ut efficeres doctrinæ puritatem planè in illis Ecclesiis defuisse, non fatis fuit probare aut quosdam, aut multos per ignorantiam in uno aut altero doctrinæ capite errasse, quemadmodum facis. Quod si Corinthij & Galatæ planè reieciissent doctrinæ puritatem & legitimum Sacramentorum usum: certè nunquam Paulus illis Ecclesiæ nomine tribuisset. At

*I. Corinth.* verò Corinthios ornat multis elogiis præstantissimis, quippe quos dicat esse in omnibus omni cognitione ditatos. Erant nihilominus quidam ex Corinthiis de resurrectione mortuorum dubitantes. Sic enim ille: *Qaomo do dicūt quidā inter vos, non esse resurrectionem mortuorum?*

*I. Corinth.* Quanquam autem magna Galatarū pars ad Pseudapostolos transierat, qui legales ceremonias coniungebant cum Evangelio, tamen nego id omnibus accidisse, & quibus id acciderat, eos nego in eo errore fuisse obstinatos. Itaque Paulus aduersus illos differens: Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, inquit, significans nō omnes esse huiusmodi. Et paulò post: In libertate, qua Christus nos liberauit, perstate: &

*Gal. 4.* ne è contrario implicamini seruitutis iugo, quod certe Apostatis nō diceret. Itē: Si præoccupatus fuerit homo in aliqua offensa, vos spirituales instaurate eiusmodi hominem. Atque omnino certū est etiā, tum donis Spiritus sancti Galatas fuisse præditos, ex his Pauli verbis: Qui

*Gal. 5.*

*Gal. 6.*

sub-

subministrat vobis Spiritum, & efficit virtutes  
in vobis, &c. Quamobrem ita statuendum est:  
aliud esse definire Ecclesiam ita ut decet cōsti-  
tutam, &, quærere quandiu nomen Ecclesiae  
manere possit: quandoquidem essentialia quo-  
dammodo vitiata, non sunt propterea penitus  
sublata. Sed iam audiamus quemadmodum ipse  
nos corrigas. Posse, inquis, esse sublato impe-  
dimento ignorantiae puram doctrinam, & ad-  
ministrationem Sacramētorum ex verbo Dei:  
est substantiale Ecclesię. Mira narras, mi homo,  
qui substantiale Ecclesiae tribuis Iudaeis, Tur-  
cis, & reliquis infidelibus, qui possunt sublato  
impedimento ignorantiae puram doctrinam  
amplecti & recipere verum usum Sacraimen-  
torum ex verbo Dei. Atenim si usquam ali-  
bi, certe hanc in re elucescit differentia in-  
ter potentiam & actum, quam non intelligi:  
nec adhuc hac in parte sublatum est impedi-  
mentū ignorantiae tuæ, ad quā etiam id pertinet  
quod subiicis de proprio substanciali: Propriū;  
inquis, nō est in substantia, sed cōsequitur sub-  
statiā, vt tuus Aristoteles tradit. Itaque ubi un-  
que est doctrina Euangelij pura, ibi Ecclesiam  
esse necesse est, non contrā. Imò, Turriane, si  
audires Aristotelem non tuum(nam te conde-  
minat licet à te accersitus) non ita perperam  
cōcluderes, nā Propriū substatiāle est recipro-  
cū, quanquam nō bene dicitur propriū substā-  
tiale, vt loqueris, qui tamē statim postea negas,  
Proprium esse in substantia, ac propterea negas

esse substantiale, hoc est, more tuo tibi contradicis. Præterea si doctrinæ puritas est eiusmodi proprium Ecclesiæ, ut eius substantiam consequatur (ut ipse dicas nesciens quid dicas) certe posita Ecclesia, necessariò ponitur Ecclesiæ cōsequens: adeò ut dicendum sit, ex tua etiam ratione, Vbicūque est Ecclesia, ibi necessariò esse doctrinæ puritatem: quod tamen negas. Admittis autem, vbi cunq; est puritas doctrinæ, ibi esse Ecclesiam: atque ita puritatem doctrinæ constituis, non consequens Ecclesiæ, sed antecedens: atque omnino tu in te disputas & negas, texis & retexis, denique tu tibies hostis acerrimus, tuo te gladio identidem confodiens. Te igitur neglecto ita dicamus. Si Ecclesia est firmamentum veritatis, ut tradit Paulus: si in veritatis dogmate consistit, ut agnouit Hieronymus: si Ecclesia illa deserenda est quæ fidē respuit, nec Apostolicæ predicationis fundamenta retinet, ut monuit Ambrosius: si funda-

1. *Timoth.* damentum Ecclesiæ fides est, (ut ait idem Ambrosius)

3. *In Psal.* Consecrarium est: vbi cunque sit vera

133. *In Lucam.* Ecclesia, ibi veram fidem esse, quæ non definit

lib. 6. c. 9. esse vera fides propter quosdam nœuos effica-

*Ibid.* citate verbi Dei tandem abstergendos. Nec enim

Apostoli etiā post acceptū Spiritū sanctum die Pentecostes, statim intellexerūt Gētiū vocatōrem: nec propterea negādum est veram fidē in illatum Ecclesia fuisse. Rectè enim alicubi dixit Augustinus Ecclesiā quæ in terris proficit, in cœlo tandem fore perfectā. Ac de tua in primū

Scri-

Scripturæ locum Defensione, déque tuis obiectionibus hactenus.

Eorum autem quæ in hunc primum locum disputata sunt, hæc sit ἀναφορά breuissima. Duo probare voluit Turrianus: Vnum, Ecclesiam Catholicam esse visibile vnum corpus. Alterum, visibile hoc corpus indigere capite uno visibili, nempe Pontifice Romano. Nos vtrumq; falsum esse probauimus. Primum enim Ecclesiam, Catholicam esse omnem electorum Ecclesiam demonstrauimus nobis adhuc inuisibilem. Deinde docuimus non esse consecrarium: vt Ecclesia visibilis habeat caput visibile: quandoquidem Ecclesia nullum aliud habere potest caput, quam Christum: qui licet nunc inuisibilis, semper tamen Ecclesiæ suæ præsens adest. Et quia Turrianus obiecit rerum natura- lium exemplum, & multa, idque infeliciter, ex Philosophia de prompsit, tum de Vniuersali, tū de Toto: Primum diximus Ecclesiā nō esse to- tum naturale, sed ἀνεφυτό, & Theologicum. Deinde (ne rudioribus imponeret) ex illa ipsa Philosophia, quam in hāc Disputationem vo- cavit, eius sententiam refutauimus.

Ex quibus omnibus intelligi potest Turria- num de Catholica Ecclesia differentem & à verbo Dei, & à Veteribus Doctoribus discrepare: neque id mirum, quippe cùm ab ipsis etiā Scholasticis, hoc est, à suis patribus & autho- ribus dissentiatis, qui licet in multis aliis errarint, tamen Ecclesiam Catholicam ex solis electis

*In expo-  
fit. Symb.* constitutā esse crediderunt. Sic enim Thomas:  
Habet, inquit, Ecclesia Catholica tres partes,  
vna est in terra, altera in cœlo, tertia in Purga-  
torio. Et hēc Ecclesia incēpit à tempore Abel,  
& durabit usque ad finem seculi. Item, Sicut in  
corpore naturali operatio vnius membris cedit  
in bonum totius corporis, ita in corpore spiri-  
tuali, scilicet Ecclesia, &c. Inter alia credenda  
quæ tradiderūt Apostoli, est, quod communio  
bonorum sit in Ecclesia, & hoc est, quod dici-  
tur in Symbolo, Sanctorum communionē. In-  
ter alia verò membra Ecclesiæ, principale mē-  
brum est Christus, quia est caput. Eph. i. Ipsum  
dedit caput super omnem Ecclesiā, quæ est cor-  
pus ipsius. Bonum ergo Christi communicatur  
omnibus Christianis, sicut virtus capitatis om-  
nibus membris. Hæc ille. Itaque Iesuitæ verè di-  
cuntur nouam sectam introduxisse, qui res aliis  
Pontificiis incognitas, & nouam planè Theo-  
logiam in medium proponant: adeōque miros  
habet oculos Turrianus, qui corpus spirituale  
(vt loquitur Thomas) visibile constituat.

LOCV

## LOCVS II. MATTH. 16.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-  
bo Ecclesiam meam, &c.

## Sophis na Turriani.

Super Petrum sic à petra translate dictum, pro-  
pter firmitatem fidei eius, & propter autoritatem & 13. &  
firmandi in ipsa illa fide fratres, Luc. 22. Christus 4. &c.  
promittit se Ecclesiam suam perpetuò ædificaturū:  
nam is est sensus verbi, ædificabo, futuri temporis,  
secundum idiomam Scripturæ sanctæ. Itaque singulæ  
Ecclesiæ, tanquam partes, debent adhærere uniuersi-  
tate Ecclesiæ, ac proinde eum habere Pontificem, qui  
est Ecclesiæ uniuersi Pontifex: is autem est Roma-  
ni Pontifex Petri successor.

## Solutio superioris Sophismatis.

**M**atthæi locum in alienū sensum detor-  
quet Turrianus. Nam Ecclesia ædificata  
est super eam petram quam Simon Petrus cō-  
fessus est, id est super filium Dei viuentis, non  
autem super ipsum Petru, ut ex sequentibus ra-  
tionibus patebit. Prima ratio: quia Matthæus  
interpres locupletissimus sententiæ Christi, nō  
sine ratione Petram à Petro distinxit, nomine positi  
& persona mutatis: non enim dixit super te Pe-  
trum, sed super hanc Petram ἐν μόνῃ τῇ πίστε, ex circu-  
quod ad præcedentē confessionem necessariō statia loci.

Prior

mēbrū hu

ius dispu

tationis de

primatu

Romani

P̄tificis.

Vera ex-

positio

loci.

Ratio. I.

ex circu-

statio loci.

referendum est, nisi planè ipsa verbâ, & ipsam orationis structuram euertere volumus: quod Turrianus videtur nolle facere, qui tam accurate verbum futuri temporis, *adificabo*, expedit.

*Ratio. 2.* Secunda ratio, quia expressus est locus apud Paulum, quo & nostra confirmatur, & Turrianus refellitur interpretatio i. Cor. 3. Fundamen-

*ex aliis locis Scripturae.* tum, inquit, aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Hæc Paulus. Iste vero magnus disputator, & qui in Lipsicas disputationes contra ius falsoque virginam Censoriam arripuit, videtur non satis animaduertisse vim propositionis vniuersaliter negantis. Quare ut ipsi potius Censoria nō tatio inuratur, ita dicamus: Turrianus de aliquo affirmat, quod de omnibus negat Paulus: ergo Turrianus Paulo cōtradicit. At Paulus afflante Spiritu Christi loquutus est. Turrianus igitur loquitur afflato spirito Antichristi. Tertia

*Ratio. 3.* ratio, quia hæc propositio, Ecclesiā *adificatam* esse super Petru non est *avulsa* fidei. Nō enim potest Ecclesia *adificari* nisi per fidē, quā vel iu-

*Arg. Tur.* Petrum, vel in villam creaturam recumbere, si ne blasphemia dici non potest. Iam expenda-

*refellitur.* mus rationem a Turriano propositam. Nomē Petri, inquit, fuit inditum Petro propter fidē eius firmitatem, pro qua Dominus rogauit ne deficeret. cap. 22. apud Lucam. Verū si tempora distingueret, non sic argumentaretur. Christus enim precatus est pro fide Petri, sub ipsum mortis tempus, & longè post hanc no-

minis

minis impositionem, de qua disputamus: at causa suo effectu posterior esse non potest: dixit autem Christus, Tu es Petrus, non, tu eris Petrus: quod sit ut praesens causa querenda sit, non longe post futura, nimirum ipsa fidei confessio, quae Petrus ediderat collegarum omnium nomine, quae est firmissimum illud fundatum Ecclesiae, quod conuelli nunquam potest. Atque ut videat Turrianus quam parum nos hæc ratio moueat, ex illa precatione Christi dicimus argui, fidem Petri fuisse infirmam, quam cum Christus propemodum corruuit <sup>De precatione Chri</sup> ram videret, pro ea rogauit, ne deficeret: <sup>sti pro Pe</sup> at si fuisset instar Petri solidissimæ (quemad- <sup>tro. Luc.</sup>) <sup>22.</sup> modum Turrianus existimat in sua etymologia

2. neque Christiani ideo credunt, quia Petrus  
constanter credidit: sed quia Spiritus Dei in  
illis operatur ut credant, veraque fide ample-  
stantur Christum Filium Dei viuentis: atque  
*Elench.* ita super petrā ædificantur. Sed cur non potius  
*Turriani.* istum disputatorem refellimus ab ipsa recte di-  
sputandi scientia? Nam fiduci constantiam &  
firmitatem quæcunque tandem in Petro fue-  
rit, dicemus qualitatem in Petro fuisse. Quif-  
quis ergo dixerit fideles super fidem Petri, id  
est, substantiā super ~~mōrēta~~ & accidens funda-  
ri, ille certè frequentissimo Philosophorum  
theatro explodetur. Addit aliam rationem  
Turrianus, nempe Petrum dictum fuisse pe-  
tram propter authoritatem firmandi fratres in  
fide, ex eo quod scribitur eodem cap. 22. apud  
Lucam: Et tu aliquando conuersus confirma

*De his veris fratribus confir-* fratribus tuos. Sed non querendum est <sup>propterea</sup> nominis Petri extra circumstantiam huius lo-  
*mafratres ci Matthæi, de quo disputamus: atque ut iam*  
*tuos. Luc.* monuimus, ipsa temporum ratio prorsus ob-  
22. stat, ne locus Lucæ cum hoc Matthæi loco  
iungatur. Postremò nolo pluribus ostende-  
re, quām ineptum fuerit dicere Petrum ea ra-  
tione dictum fuisse petram, quia debuit fratres

*Elench.* suos confirmare: quandoquidem ita potius  
*Turriani.* dicendum fuit, Petrum debuisse confirmare  
suos fratres, quia petra fuit. Est ergo fallacia  
~~magis rō uñ aīnōv.~~ Agè vero, quia Turrianus vide-  
ri etiam voluit iurisperitus, illum etiam refella-  
mus ipsorum Iurisconsultorum autoritate.  
Sic-

Si enim Ecclesia ædificata est super firmitatem  
 fidei Petri, consequitur Pontifices Romanos *An Petr⁹*  
 frustra iactare Petri successionem, quia constat *eas dotes*  
 ex Iurisconsultorum responsis, dona persona-*spirituales*  
 lia (cuiusmodi fuit firmitas fidei Petri) ad alios *quib. pob-*  
 iure successionis non transire: quamuis Papa *lebat ad*  
 Symmachus, parum iuris vel diuini, vel ciuilis *transfini-*  
 peritus, dixerit Petrum perennem meritorum  
 dotem, cum hæreditate innocentiae transmis-*serit.*  
 se ad posteros: hæc enim sunt eius verba: Can.  
 Non nos distinet. 40. Verum enim uero ut ac-*An Ecclē*  
 curatiū ista tua discutiatur interpretatio, que*sta edifica*  
 ro Turriane, quidnā intersit inter has duas pro-*ta sit su-*  
 positiones: Christus ædificauit suam Ecclesiam *per Pe-*  
 super Petrum: & Petrus ædificauit Ecclesiam *trum.*  
 super Christum. Alteram impudenter affir-  
 mas, alteram cum pudore negare non potes.  
 Recurris scilicet ad Petri ministerium cuius ra-*Pag. 62.*  
 tione dicatur Ecclesiæ fundamentum, quod & *87. De*  
 alij Pontificij vulgo faciunt. Ergo vel ministe-*funda-*  
 rium Petri idem est quod Petrus ipse, aut Pe-*to ministe*  
 tri fides (quod est falsissimum:) aut ipse tibi nō  
 constas (quod est verissimum.) Iam si Petrus  
 est fundamentum propter suum ministerium,  
 idem quoque de cæteris Apostolis dicendum  
 erit: nullum enim aliud Petri ministerium,  
 quam Apostolatum Scriptura commemorat.  
 Atque ut de Apostolorum ministerio aga-  
 mus, si verum est quod ait Gratianus in suis  
 Decretis (ali quando enim verum dicit) ex ipsa  
 Scriptura sensum veritatis esse capiendum,

Can. Relatū, Distin. 37. Audiamus igitur Paulum ita de hac ipsa re, id est, de ædificatione Ecclesiæ, & de ministerio Apostolico differētem, Ephes. 2. Superstructi, inquit, super fundatum Apostolorum & Prophetarum, cuius imus angularis lapis est ipse Iesus Christus. Hic dubium non est, quin nomine fundamēti doctrinam Apostolorum & Prophetarum intelligatis, nisi quis planè velit Pauli contextum peruertere. Atqui dixit Apostolos, numero multitudinis, non autem aliquem inter Apostolos existimium, qui cæteris in hoc fundamento præponatur: deinde illis omnibus Christum substrauit tanquam angularem lapidem, quo uno doctrina Prophetica & Apostolica nititur. Quis ergo non miretur Turrianum in Ecclesiæ ædificatione consideranda, fuisse ipso Paulo perspicaciorem? ecquos enim oculos habuit Paulus (siquidem vera est Turriani sententia) qui Petrum super quem ædificata est Ecclesia, non perspexerit? tantum lapidē atque inter reliquos adeò prominentem non animaduerterit? denique Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, quod Turrianus toties inculcat esse visibile, non videri? immo ne Petrum quidē nominauerit? veruntamen mihi per te licebit, disputator acutissime, Paulum qui per Spiritum Dei profensus est se peritum esse architectum, tibi tuisque Iesuitis, atque adeò omnibus Pótificiis, vanisque eorum disputationibus anteferre. Isenim Ecclesiam sanctissima doctrina ædificauit: vos autem

autem humanis commentis Ecclesiam, quoad  
 eius fieri potuit, quasi adhibita machina labo-  
 factatis. Proferamus etiam quod ait Ioannes  
 Apoc. 21. vbi ædificatam Ecclesiam describens  
 proposita vrbis similitudine: murus, inquit, vr-  
 bis habebat fundamenta duodecim, in quibus  
 erant duodecim nomina Apostolorum Agni.  
 Hic etiam nihil <sup>ναρ' εξοχην</sup> de Petro dictum est,  
 sed omnes Apostoli æquo iure cœlentur. Quid  
 verò dices Paulo, cùm sanctè gloriatur, se nihili  
 lo inferiorem fuisse summis Apostolis, ac ne  
 Petro quidē? Quid, quod testatur se plerisque  
 in locis ita prædicasse Euangeliū, ut super a-  
 lienum fundamentum non ædificaret? De fun-  
 damento ministeriali (quemadmodum dicere  
 soletis) Apostolum loqui manifestum est. Qui  
 fit ergo ut obliuiscatur se super Petri ministe-  
 riale fundamentum ædificasse? Rursus idem ait  
 Corinthios esse Dei ædificationem (atque ita  
 exponit quod ait Christus se Ecclesiam ædi-  
 ficaturum) & nihilominus affirmat se funda-  
 mentum illius Ecclesiæ iecisse. Ex quibus o-  
 mnibus efficitur, Petrum non posse dici fun-  
 damentum ministeriale Ecclesiæ vniuersæ.  
 Sed cur diutius de hac re dispueto? expendatur  
 ipsum Ministerij vocabulum, & facile patebit  
<sup>τὰ πεῦδες</sup> Turrianicæ propositionis. Nec enim na-  
 tura patitur, ut idem sit minister ædificationis  
 & fundamentum, ne opus cum opifice confun-  
 datur. At Petrus fuit vñus ex architectis Eccle-  
 siæ Catholicæ, nō potest igitur esse ipsius fun-  
 damentum. m.j.

<sup>2. Cor. 11.</sup>

<sup>Gal. 2.</sup>

<sup>Rom. 15.</sup>

<sup>1. Cor. 3.</sup>

damentum, ea ratione quā fuit architectus, id est, minister: vnde consecrarium est, ipsum non posse dici ministeriale fundamentum Ecclesiae vniuersae: quia fundamentum & fundator, opus & artifex, non possunt de uno eodemque dici. Nisi fortè isti transubstantiatores, noua quadam & inaudita <sup>μεταμορφώσει</sup>, architectum domus, in ipsis ædificij fundamentum conuertat. Quamobrem ipsa Christi verba diligentius erant consideranda Turriano: non enim dixit, per Petrum ædificabo, sed, super hanc Petram ædificabo, inquit, Ecclesiam meam: ut ita firmissimum Ecclesiae fundatum, id est, veram fidem & doctrinæ puritatem aperte denotaret. Itaque cum Ioannes in Apocalypsi dixit, nomina duodecim Apostolorum inscripta fuisse duodecim Ecclesie fundamentis, nomine fundamenti intellexit doctrinam à duodecim Apostolis annuntiam,

*Discutitur  
verbū æ-  
dificabo.* Sed iam porrò audiamus quām feliciter in hoc Matthæi loco Turrianus versetur: ædificabo, inquit, id est, perpetuò ædificabo, secundum idioma Scripturæ. Primum hoc erat apertius declarandum, nec enim perpetuò ædificanda est Ecclesia, cuius absolutissimum fastigium aliquando expectamus. Sed si hoc refert ad Ecclesiam peregrinantem in terris (vti neceſſe est) sequetur profectò; Ecclesiam non ædificari super Petrum, tanquam ministeriale fundamentum: quia cum Petrus non potuerit esse perpetuò

tuò in terris, eius quoque ministerium nō potuit esse perpetuum. At Christus dixit, ædificabo, id est, exponente Turriano, semper ædificabo Ecclesiam super hanc Petram: quò fit ut hæc petra, Petrus esse non possit. Respondit, Petrum nō per se quidem esse perpetuò in terris, sed in successore suo, videlicet Romano Pontifice. Atenim, Turriane, hoc non est argumentari ex hoc Matthæi loco, vbi de succèssione Petri ne verbum quidem. Sic enim Christus Petri nominatim compellans: Ego tibi dico, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tu verò, quasi debitur exigas, soles identidem flagitare, ut locum aliquem Scripturæ proferamus, quo nostrum Ecclesiæ successio confirmetur: & nostrum quemlibet iure manu consertum vocas: (hanc enim veterem litigitorum formulam, tu disputator ~~excessus~~ usurpasti) ego vicissim postulo, ut locum aliquem proferas de ista Petri successione, quam tuì Pontifices sibi vendicant. Cùm enim gerant pro hærede ( si titulum spectes) cedò tabulas: quo quidem postulato nullum aliud æquius esse possit. Ecquid enim potius in vniuersa fidei doctrina planis, expressis & dilucidis verbis explicandum fuit, quam hoc dogma de Petri successore, cui si Pontificiis credas, necessariò adhærere debeant particulares omnes Ecclesiæ, alioquin Ecclesiæ nomine indignæ? Hic verò vide quā sis iniquus rerū æstimator, Hęc enim verba quæ sequuntur apud

Turrian\*  
loquēs de  
Petri suc-  
cessore, va-  
gatur ex-  
tra locum  
Matthei.

Matthæum, Tibi dabo claves regni cœlorum;  
 &c. quia non ad Petrum restringimus, sed af-  
 firmamus hoc ipsi fuisse cum cæteris Aposto-  
 lis commune, soletis exclamare, summam fieri  
 Petro iniuriam, dum quod vni Petro dictum  
 est, ad alios quoque Apostolos extenditur: ac  
 tum vrgetis hæc verba, Tibi dico: item, Tu es  
 Petrus: item, Super hanc Petram, vt nos ad v-  
 num Petrum restringatis: at interim non vere-  
 mini hæc ipsa verba ad omnes Romanos Epi-  
 scopos extendere. Obsecro: num Fabianum,  
 Cornelium, & veteres illos Romanos Episco-  
 pos (pudet enim huius seculi non iam Episco-  
 pos, sed Pontifices recensere) cum Joanne,  
 Matthæo, Iacobo, & reliquis Apostolis, non  
 tantum comparare, sed etiam longè anteferre?  
 Cuius enim pudoris est, id negare Apostolis,  
 iisque præsentibus, quod Episcopis longè pôst  
 futuri tribuere non dubitas? Cæterum ipsa te-  
 rei veritas cogit, vt Apostolis omnibus claves  
 regni cœlorum datas esse fatearis, atque ita lo-  
 cum hunc Matthæi, non minus ad reliquos A-  
 postolos, quam ad Petrum pertinere. Vt enim  
 omittam omnes Apostolos à Christo interro-  
 gatos, ore vnius Petri respondisse (quod vete-  
 res agnouerunt) neque proferam ea quæ se-  
 quuntur apud Matthæum, quando Christus  
 interdixit Discipulis, vt nemini dicerent ipsum  
 esse Iesum Christum: hoc tamen satis supér-  
 que esse debet, quod in Christi verbis nihil sit  
 quò cæteri Apostoli excludantur. Imò potius

Non soli  
 Petro clau-  
 ses regni  
 cœlorum  
 datae sînt.  
 C.

quod Petro dictum fuerat numero singulari.  
 Quicquid ligaueris in terra , &c. id postea re-  
 petitur numero multitudinis cap. 18. Quæcun-  
 que, inquit, ligaueritis in terra , erunt ligata in  
 celo. Deinde (quod recte Lutherus obserua-  
 uit) Christus, tibi dabo, dixit per futurum tem-  
 pus. Videamus igitur quando dederit, nempe  
 Io. 20. Sicut misit me pater , inquit, ita & ego  
 mitto vos: accipite Spiritum sanctum : si quoru  
 remiseritis peccata, remittuntur eis: quibus ver-  
 bis exponitur figurata locutio ligandi & soluē-  
 di. Ecce igitur vbi dantur claves cœlorum, non  
 vni Petro, sed omnibus Apostolis simul. Ex  
 quo etiam factum est, ut Petrus non aliis Apo-  
 stolis imperârit, sed æquè cum aliis Ecclesiam  
 administrârit, ut constat ex Actis Apostolicis.  
 Ita, Turriane, hoc uno ariete corruit illa tua  
 turris Babylonica , quæ summam rerum diui-  
 narum & humanarum perturbationem inue-  
 xit. Quod vt sentias, ita paucis comprehendo: *Petrus a-*  
*Apud Matthæum Christus ait: Tibi dabo, non* <sup>quæ cū aliis Eccle-</sup>  
*autem Tibi do: at apud Ioannem Christus o-* <sup>sia admi-</sup>  
*mnes simul Apostolos compellat, omnibus af-* <sup>nistrans.</sup>  
*flat Spiritum sanctum, & omnibus simul Apo-*  
*stolis dat potestatem soluēdi & ligandi, id est,*  
*remittendi, aut retinendi peccata: nihilque hic*  
*Petro nominatum, sed una omnibus & æqua-*  
*potestas tribuitur. Quamobrem Turriane, tuo* <sup>Elench.</sup>  
*more peccas ~~τηρεῖσθαι~~, cùm hoc connexum* <sup>Turriane.</sup>  
*proponis: Christus dixit Petro, Dabo tibi cla-*  
*ves regni cœlorum. Ergo soli Petro dedit. Nā*

profero <sup>iusum</sup>, ex apertissimo Ioannis loco. Atque ut ad fundamētum ministeriale redeamus; cūm in hoc loco Ioannis, Christus non vnum Petrum, sed alios etiam Apostolos ministerio Apostolico plenē consecrārit, omnēsque fuerint Spiritu sancto afflati, atque eodem modo & ritu, iisdē deniq. verbis sanctissimo illi ministerio consecrati, efficitur, nihil esse causę quā obrem Petru potius quām alios Apostolos dicamus fuisse ministeriale totius Ecclesie funda-

*Turrian.* <sup>ex ipso cōtextu</sup> mentum. Quoniam autē, ut veritas est simplex refutatur & perpetuō sibi cōstans, ita mendacia sese mu-

tuō collidūt: videamus aliam quoque repugnā-

tiam Turrianicæ disputationis. Quid enim si

rogem de quānam Ecclesia Christus loquatur? nempe respondebit de ea quam portæ inferorum non superabunt, quemadmodum hic affir-

mat Christus. At verò nō posse separari ab in-

ferorum portis, est electorum proprium (Eccle-

sias enim visibiles posse deficere tristissimis ex-

emplis nimis est manifestū.) Tu verò, Turria-

ne, fateris electos nobis esse inuisibiles, & elec-

torum Ecclesiam esse inuisibilem. Rursus cen-

ties affirmas Petrum & eius successorem esse &

caput & fundamentum visibile Ecclesiæ visibi-

lis. Quare ex tuis præmissis colligo nec Petru,

nec eius successorem, quicunque tandem sit, vel

esse, vel fuisse, vel esse posse, fundamentum eius

Ecclesiæ de qua Christus apud Matthæum lo-

*Pag. 179.* cutus est. Cæterū ad tedium usque Bonifa-

cium inculcas Germaniæ (ut loqueris) Aposto-

lum,

lum, eò quôd Germanicas Ecclesias superfundamentum Petri ædificauerit, eásque Romanis Pontificibus addixerit: nunc autem Protestantium Ecclesias fidenter & temerè pronuntias nullas esse, postquam à Pontifice Rom. descierunt. Si ita est, consequitur, Christum non fuisse locutū de Ecclesia super Rom. Pontificem ædificanda, cùm loquatur de Ecclesia, quæ nunquam possit à suo fundamento diuelli.

Ex iis quæ antè disputata sunt, efficitur *Conclusio* triministeriuin idem planè fuisse cum aliorum *de funda-* Apostolorum ministerio, & falsissimum *mento mi-* quôd Turrianus post *nisteriali* *alios Rom. Pontificis* proposuit de Catholica Ecclesia su- per vnum Petrum & eius successorem ædificāda. Nunc ipsum etiam successoris vocabulum

discutiendum est. *An Apo-* Primum igitur hoc in quæstionem voco, po- tuerintne Apostoli in munere Apostolatus ha*stoli ha-* bere successores. Potuisse affirmat Turrianus *buerint* (quidni autē, cùm hac vna basi Rom. sedes vel *successo-* potius regnum Pontificium fulciatur?) remque *res.* ita nobis explicat, ut Petro quidem Romanus *Pag. 1534* Pontifex, cæteris autem Apostolis Episcopi, Septuaginta verò discipulis, Presbyteri suc- cesserint. Hic tibi parco, Turriane, nec dum te meo iure cogo, ut ex hisce tuis verbis con- cludas, non modò te tuosque gregales Iesui- tas nudiustertius exortos, sed alios etiam Mo- nachos longè vobis natū maiores, omni carere m.iiij.

successione, cum neminem vestrum reperiam  
 in hoc ipso Catalogo successionis, quem ipse  
 recensuisti: nondum, inquam, te verbis quibus  
 dignus es refuto, quem nulla successione fre-  
 tum, non tamen puduit Pastorum nostrorum  
 successionem exagitare, qua de re fortassis a-  
 cet desuc- lias. Nunc redeo ad id quod affirmas de Apo-  
 cessione stolorum successoribus, ubi te peccantē depre-  
 disputare. hēdo μαρτυρῶ ἀπόλωλ, τὸ γεράτινον οὐρανόν. Nā ordina-  
 Elench. rij Ecclesiæ Pastores, qui purè docēt Euange-  
 lium, & fideles ipsi qui doctrinam Apostoli-  
 cam retinent, dici quidem possunt Apostolo-  
 rum successores: sed οὐτά τι: nos autem de Apo-  
 stolatus natura disputamus, quem alio loco ha-  
 bendum esse, quam ordinarium Ecclesiæ mini-  
 sterium, docet Paulus ad Ephes. 4. & 1. Cor. 12.  
 Itaque ipsis Apostolis in Apostolatus mune-  
 re successum non fuisse ita colligamus. Con-  
 in Aposto stat ex Scriptura duo potissimum in Aposto-  
 latus mu- latu spectanda esse: unum, Apostolos non vi-  
 nere, suc- li genti, vrbi, prouinciae, vel regno fuisse alli-  
 cessum nō gatos, nec eorum munus aliis quam vniuersi-  
 fuit Apo- terrarum orbis finibus circumscripsum: sic  
 stolis. Matth. 28. Profecti, docete omnes gentes, &c.  
 Alterum, Apostolos non ordinario modo,  
 neque per hominum ministerium, sed ap-  
 ews ab ipso Domino electos fuisse. Galat. 1.  
 Non ab hominibus, inquit, neque per ho-  
 minem, &c. Si in his duobus non fuit succes-  
 sum Apostolis, dico nullos esse Apostolorum  
 successores in Apostolatus ministerio. Atque  
 vt de

Ut de priori agamus: Apostoli quorum fuit omnes gentes docere, ordinarios Ecclesiæ Ministros, id est, Episcopos vel Presbyteros constituerunt, & constituendos curârunt, idque <sup>καταστησαις</sup>, inquit Lucas Act. 14. Et <sup>καταστησαις</sup>, inquit Paulus. Tit. 1. Non igitur ut Episcopi & Presbyteri omnes gentes docerent, sed eum tam gregem cui præficiebantur, adeò ut Episcopatus longo intervallo differat ab Apostolatu. Quamobrem cùm hodie nulli sint ad quos spectet hoc mandatum: Profecti, docete omnes gentes: sequitur Apostolatus ministerium non fuisse ad nos usque successione propagatum. At enim Turrianus profert Rom. Pontificem, qui Petro: & Episcopos, qui cæteris Apostolis successerint. Quantum ad Episcopos attinet, concordimus ex verbo Dei, eorum unum quenque esse non omnium Ecclesiarum & gentium, sed certæ alicuius Ecclesiæ Pastorem: & nemo sa-  
 ne, nisi planè sit <sup>καταστησαις</sup>, Apostolatum cum Episcopatu confuderit. Romanus autem Pontifex quo tandem iure sibi Apostolatum vendicat? Quia, inquis, est Romanæ sedis Episcopus. At ea ratione vni tantum Ecclesiæ præfetus est, alioqui non est Episcopus. Hæc autem repugnant, vni tantum Ecclesiæ, & omnibus simul Ecclesiis præfectum esse. Ex quibus efficitur, Romanum Pontificem falso sibi Apostolatum vendicare, sed quod sit Rom. Episcopus. Quid si dicat, quia Petri successor est? At ne Petri quidem successionem alia ratione sibi tri-

An Rom.  
 P̄tif. A-  
 postolatu  
 gerat

buit, quām propter Ecclesiam Romanam. Nulla igitur ratione Pontifex Romanus Apostolatus officium sibi arrogat. Iam de posteriori agendum est, nēpe de modo electionis. Dico igitur ~~ā mīrōs~~ eligi, & vocari à Deo ad prædicandum Euangeliū, esse ~~ā rīmōs~~ ministerio Apostolatus. Hoc enim argumento firmissimo probat Paulus se esse Apostolum. cap. I. ad Galat. Pontifex autem ab hominibus eligitur (at quibus modis? qua via? quibus artibus?) neque quidem ad Euangeliū omnibus gentibus prædictandum. Non est igitur Apostolus, & proinde non successor Petri in Apostolatu. Sic enim Christus: Profecti, docete omnes gētes. Romanus autem Pontifex, sedet in sublimi solio, nullamque docet gentem, nedum omnes. Quibus igitur rationibus nobis persuadebis, Turriane, aut, vt loqui soles, conuinces, illum esse Petri successorem. Iam attende mecum quorū e-  
*Turrianus, refelli* uadat præclara illa tua successionis descriptio-  
*tur ab ea* *successione* *quam de-*  
*scribit.* Non ignoras, successorem, quatenus successor est, non plus habere iuris quām habuerit is in cuius locum successit. Hoc enim discere potui-  
*sti ab Iurisconsultis, quibus citandis video te*  
*valde delectari. Atqui si tibi credimus, Rom.*  
*Pontifex Petro, & Episcopi Apostolis succe-*  
*runt. Hoc si ita est, non potest igitur Rom. Pō-*  
*tifex plus habere iuris in Episcopos, quām Pe-*  
*trus habuerit in Apostolos: nam eō te adigit i-*  
*psius connexi necessitas. Quare dicendum est*  
*ex hoc tuo arguento, in creandis Episcopis*  
*autho-*

authoritatem Rom. Pontificis non esse requiri-  
tendam: Episcopos à Rom. Pontifice non vo-  
candos, non instituendos, non confirmandos  
esse: quia Petrus neque vocauit, nec instituit,  
neque cōfirmauit Apostolos in munere Apo-  
stolatus.

Miror autem cur Pontificij tātopere de Pe- *Etiamsi*  
tri successore cōtendāt. Quasi verò si Petro suc- *Petrus ha-*  
cessum fuerit, necesse sit Episcopū Romanū es- *beret suc-*  
se Petri successorē, qua in parte sēper tua, Tur- *cessore, id*  
riane, & cōmilitonū tuorū argumētatio claudi- *ad Rom.*  
eauit. Etenim si titulus facit possessorem bonæ *Pontificē*  
fidei (vt ad familiares tuos Iurisconsultos redeā) *nihil per-*  
exhibe igitur tabulas istius successionis. Petrus, *tineat.*  
inquis, Romæ docuit. Primū postulo vt istud e- *An Pe-*  
tiā probes tabulis exhibitis. Profers scripta ve- *trus Ro-*  
terū, qui Petrū Romę docuisse, & illic martyrio *mae docue-*  
coronatū fuisse tradiderūt. Ego verò, Turria- *rit.*  
& ad humanas tabulas, quæ si te deficiūt,  
primatum Rom. esse humani & positivi iuris,  
nō autem Diuini. Quid rēmne tāti momēti, vt  
sine quagli Turrianum audimus) non possit Ec-  
clesia subsistere, nō cōfirmari, & lucere expre-  
sis, planis, & certissimis Scripturæ testimoniis?  
At tantū abest vt nullus extet de hac re locus  
in Scriptura, vt ne vestigium quidem nullum ap-  
pareat, imò potius multæ sint & grauissimæ  
coniectræ in aliam partem. Sed, vt illud pre-  
teream, ecquod erit istud concludendi genus?  
Petrus Romæ fuit, Romæ docuit, Romæ pro-

Christi nomine mortem adiit: ergo fuit Rom. Episcopus: & quotquot ab eo tempore exte-  
runt Romani Episcopi, dicendi sunt Petri suc-  
cessores in Apostolatu, atque adeò (ut Pontifi-  
cij volunt) in Apostolatus Primatu. Discutia-  
mus vim huius conclusionis. Si Petrus fuit Epi-  
scopus Romanus, quatenus Apostolus, ergo  
cæteri Apostoli fuerunt quoque Romani Epi-  
scopi: si non quatenus Apostolus, ergo Pontifex  
non illi succedit in Apostolatu: si quatenus, &  
Apostolus fuit, & Romæ docuit, atque etiā Ro-  
mæ passus est: Paulus ergo fuit Romanus Epi-  
scopus, & potiori iure quā Petrus, quia expref-  
so Dei mandato Romæ docuit, quod de Petro  
non legimus, ne dicam Paulum fuisse ~~caro~~<sup>et</sup> vrbis  
Apostolum Gētium nominatū. Hoc verò nō  
dum vrgo, recténe Petrus dicatur vnius vrbis  
Episcopus, qui ad docendas omnes gētes mis-  
sus est, tantū huius conclusionis Pontificia  
*Iren.lib.3.* vim expendo. Nec etiam obiicio quod veteres  
dixerunt, Paulum cum Petro fundasse Ecclesiā  
Romanam: illa inquam omnia prætermitto, vt  
dicam ex illis Pontificiorum præmissis sequi,  
Episcopum Hierosolymitanū fuisse Petri suc-  
cessorem: quia Petrus Hierosolymæ docuit. Idē  
dico de Antiochia, Idem de omnibus locis in  
quibus Petrum docuisse, non humanis (quem-  
admodum Turrianus) sed Diuinis scriptis, atq;  
documētis asserimus: neque video quamobrem  
cæ ciuitates, quæ sunt priores tempore, debent  
esse iure & autoritate posteriores: atque hoc  
Tur-

Turrianus, qui voluit videri iurisconsultus, debuit obseruare.

Quoniā autem veteres doctores citauit, tan-  
quam suæ sententiæ suffragatores, nos vicissim  
aliquot etiam veteres hunc Matthæi locum ex-  
ponentes, audiamus.

Sic igitur Chrysostomus in Matthæum ho-  
mil. 55. Super hanc petram, id est, inquit, super  
fidem confessionis *την την πίστην της ὁμολογίας*. Idem  
in Psal. 32. Statuit pedes nostros super petram,  
id est, super fidem; fides enim in Christum iure  
dicitur petra quæ frangi non potest. Idcirco cū  
Petrus eam exposuisset, & dixisset, tu es Christus  
filius Dei viui, ipse subiuxit, Tu es Petrus,  
& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā.  
Augustinus autem contra Iud. Pagan. & Arriā. *Auguft.*  
Quum Dominus Christus, inquit, discipulos  
interrogaret, quem dicerent esse Filium homi-  
nis, responderunt: alij Eliam, alij Ieremiam, aut  
vnum ex Prophetis. Et ille: vt quid suspicamini  
montes, &c. Psal. 67. hunc cognouit Petrus di-  
cens, Tu es Christus filius Dei: agnouit mōtē,  
& ascendit in montem, testimonium dixit ve-  
ritati, & dilectus est à veritate: supra petrā fun-  
datus est Petrus, vt mortem susciperet illum a-  
mando, quem ter negauerat timendo. Idem, de  
verbis Domini sermone decimo tertio, Petrus  
in Apostolorum ordine primus, in Christi a-  
more promptissimus, sæpe unus respondit pro  
omnibus. Et Domino interrogante & dicente,  
Yos autem quem me esse dicitis? respōdit Pe-

*Expositio  
loci Mat-  
thæi ex:  
sententiæ  
veter. Do-  
ctorum.  
Chrysost.*

trus, tu es Christus Filius Dei viui : vnuſ pro  
 multis dedit respōſum, vnitas in multis. Tunc  
 Dominus ait, Et ego dico tibi: tu es Petrus, Si-  
 mō quippe antē vocabatur: hoc autē nomen ei  
 vt Petrus appellaretur à Domino impositū est,  
 & hoc vt ea figura significaret Ecclesiā, quia e-  
 nim Christus Petra, Petrus populus Christia-  
 nus. Petra enim principale nomē est, ideo Pe-  
 trus à Petra, nō Petra à Petro, quomodo non à  
 Christiano Christus, sed à Christo Christianus  
 vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hāc  
 Petram quam confessus es, super hanc Petram  
 quā cognouisti, dicens: Tu es Christus Filius  
 Dei viui, ædificabo Ecclesiā meā: super me æ-  
 dificabo Ecclesiā meā, super me ædificabo  
 te, non me super te. Nam volētes homines ædi-  
 ficare super homines dicebant, Ego quidem  
 sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ  
 ( ipse est Petrus ) & alij qui nolebant ædificari  
 super Petrum, sed super Petram dicebant, Ego  
 autem sum Christi, &c. Idem in Ioannē Tract.  
 124. Super hanc, inquit, Petram quam confessus  
 es ædificabo Ecclesiā meā. Petra enim erat  
 Christus, super quod fundamentum, ipse ædifi-  
 catus est Petrus: fundamētum quippe aliud ne-  
 mo potest ponere, prēter quod positiū est, quod  
 est Christus Iesus. Ecclesia ergo quæ fundatur  
 in Christo, claves regni cœlorum ab eo acce-  
 pit. Hæc ille. Sed videre videor Turrianum ar-  
 ripientem id quod Augustinus dixit Petrum  
 fuisse Apostolorum primum: nec etiam dubito,  
 quia

Quin mox obiiciat, suo more, me citasse decur-  
tatem Augustini sententiam, qui in eodem loco  
dicit Petrum Ecclesiæ figuram portasse, & A-  
postolatus principatum tenuisse. At ego contrà Quomodo  
intelligen-  
dum est  
quod veta  
res dixe-  
runt de  
Petri pri-  
matu.  
ex his verbis expono sententiā Veterū, qui ma-  
gnifice de Petro loquuti sunt. Nam quoties di-  
cunt eū fuisse primum Apostolorum, *καρυφαῖον*, res dixe-  
primatum & principatum habuisse, aut aliquid eiusmodi, loquuntur de primatu ordinis, nō au-  
tem de primatu potestatis. Sic enim Augusti-  
nus, Petrus in Apostolorum ordine primus.  
Cùm autem Turrianus, & cius commilitones  
primatum Petri colligant ex his verbis Christi,  
Super hanc Petram, &c. Augustinus autē per-  
neget illa verba ad Petrum pertinere, ac nihilo-  
minus eum vocet Apostolorum primū, necef-  
sariò ex Augustino concludendum est, prima-  
tum Petri non nisi hoc Matthæi loco : & ex  
consequenti, Petrum non fuisse primum, eò  
quòd fundamentum fuerit Ecclesiæ, sed (vt  
Augustini verba repetam) quòd fuerit pri-  
mus ordine inter Apostolos : hæc inquam, fuit  
veterum sententia, qui de primatu, vel princi-  
patu Petri loquuti sunt. Addam postremò  
Cyprian. libro De vnitate Ecclesiæ, vel de *Cyprian.*  
simpl. prælat. ita loquentem: hoc erant vtique,  
& cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari  
consortio prædicti, & honoris & potestatis,  
sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt vna *Pag. 63.*  
Christi Ecclesia, & cathedra vna monstre-  
tur. Hæc ille Turrianus autem post Iacobum

Pamelii ex codice Cardinalis Hosij, addit hac  
 verba Primatus Petro datur ac præponit par-  
 ticulam, & quod tamen non fecit Pamelius: at  
 nos alia omnia edita exemplaria quæ constan-  
 ter retinent eam lectionem quam citauimus,  
 malumus sequi: ne mihi Gratianus sit profer-  
 dus, qui locum hunc Cypriani citans, eodē no-  
 biscum modo videtur legisse: nec habet illa vct-  
 ba quæ Pamelius & Turrianus addiderunt, vt  
 videre licet, Canon. loquitur 24. quæst. i. Ac  
 valde miror istos Pontificios saltem decretis  
 Pontificiis non stare. Certè facile est iudicare  
 illa verba primum in margine adscripta, in cō-  
 textū deinde obrep̄sisse in uno aut altero codi-  
 ce manuscripto. Sic enim ait Pamelius scriptū  
 fuisse in codice illius Cardinalis hic Petro pri-  
 matus datur. Quinetiam quum illa interserun-  
 tur verbis Cypriani, nemo pō videt contextum  
 non iam suo more fluere, sed interrumpi. Ve-  
 rumenimvero ne de variis lectionibus decerte-  
 mus, mihi satis est quod ex Cypriano constet,  
 primatum Petri, non esse primatum potestatis.  
 Sic enim ille, Cæteri Apostoli erant, inquit, pa-  
 ri consortio prædicti, honoris & potestatis: vn-  
 de sequitur, primatum illum Petri fuisse tantum  
 ordinis, ad unitatem Ecclesiæ demonstrandum:  
 idque ex veterum illorum sententia. Atque vt  
 Cyprianus ipse obstruat os Pontificiis hunc  
 Matthæi locum ad suum Pontificem restrin-  
 gentibus: attendantur ea quæ statim subiicit: E-  
 piscopatus, inquit, unus est, cuius à singulis in  
 solidum

solidum pars tenetur. Et libro 5. epist. 6. Christus, inquit, Episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ rationem disponens, dicit Petro, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiā meā. Hæc Cyprianus. Quod si qui ex veteribus probatioris fidei dixerint Ecclesiā in Petro fundatam fuisse, illud intelligendum est, non de Petri persona, sed de doctrina ab ipso Petro annuntiata, quæ nobis vnum Christum propo-  
 nit. Tu verò profers etiam Rom. aliquot Episcopos, sibi in alias Ecclesiās principiatū arro-  
 gantes, ut Clementem, Anacletum, &c. quo-  
 rum pleraque scripta etiam si tibi assentirer nō  
 esse ψευδεπιγραφæ, nec afferrem varias sententias  
 de huius Clementis scriptis quæ extant apud  
 Gratianum distin. 16. neque refutarem ipsum  
 Clementem sua scripta inter scripturas Cano-  
 nicas recensentem in canonibus Apostolorum,  
 ad finem tamen affirmare possem, illorum  
 omnium testimonium in sua causa non esse ad-  
 mittendum. Rectè enim Tertullianus, Nemo,  
 inquit, sibi professor, & testis est, aduersus  
 Marc. lib. 5. Deinde ipsa etiam vestrorū scripta  
 non satis inter se cohærent, quandoquidem cō-  
 stat ex Grægorio, Petrum non antè fuisse cæ-  
 teris præpositum, quām post lapsum resipuerit.  
 Can. considerandum. distin. 50. Atque ita ma-  
 nifestis verbis huic Matthæi loco renūciat, qui  
 longè Petri lapsum antecessit. Porrò veteres de-  
 sedibus Apostolorum numero multitudinis lo-  
 quuti sunt, non autem de sola Petri sede, quem-  
 n. j.

Pontificij  
 in hac  
 questione  
 sibi non  
 constant.

Pag. 10.  
 64. 78. &  
 passim.

admodum citat Gratianus ex Augustino. Can,  
palam est. distin. II. Præterea ipsis Synodorum  
decretis interdictum est, ne quis princeps Sacer-  
dotum, vel summus Sacerdos, vel vniuersalis,  
aut aliquid eiusmodi appelleatur, sed tatum pri-  
mae sedis Episcopus. Can. prime sed. & seq. dist.  
99. ubi nominatim vetat Can. ne ipse Ro. Pon-  
tifex vniuersalis appelletur. Quinetiam Rom.  
Pontifices procurarunt ut Imperatoriis edictis,  
cæteris Ecclesiis præferrentur, ut constat ex ve-  
teri historia, & ex Gratiano distin. 96. & 97.  
&c. Adeò ut iam dubitari non possit, quin Pri-  
matus Romanus sit humani iuris: quod argu-  
mentum alij fusè & doctissimè persecuti sunt.  
Itaque nihil attinet plura nunc de hac re dicere.  
Sed cum Tertullianum ais, vocasse Romanum  
Episcopum sumnum Pontificem, & Episco-  
pum Episcoporum, fallis <sup>παρεπομπας της οικουμενης λιτερας</sup> Illud enim obiicit Tertullianus per ludibrium,  
ut ambitionem Episcopi Romani perstringat.

Pag. 52.

Depudic.

Pag. 79.

De sexto  
Can. Ni-  
cen. Syno-  
di

Quod autem sextum Canonem Nicenæ Sy-  
nodi cludere voluisti ex particula <sup>περιεδρια</sup>, qua di-  
cis causam efficientem significari, id vero mi-  
nus etiam est quam Sophisticum: licet ante te  
Pamelius idem tentauerit: disce verò à Gram-  
maticis quid <sup>περιεδρια</sup>, differat à <sup>διατ.</sup> Cæterum quis  
non facile perspiciat similitudinem & exem-  
plum, non autem causam efficientem propo-  
ni? habeat, (inquit Canon, etiam ipso Pamelio  
citante) Episcopus Alexandrinus, Lybiæ, &  
Pentapolis potestatem, quoniam & Romano  
Episcopo

Episcopo hæc est consuetudo. Hic *ἐπεδη* non causam efficientem significat, sed rationē similitudinis, nēpe vt simili iure vtatur Episcopus Alexādrinus, itēmq; Antiochenus quo Romanus vti cōsuevit. Imò, Turriane, audi Pōticia tua decreta & illis fidem abroga si velis: sic enim Gratianus citat illud statutum Nicenum in Can. mos antiquus. dist. 65. Alexādrinus, inquit, Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidē & Romano Episcopo parilis est mos: similiter etiam & apud Antiochiam, & cæteras prouincias honor suus seruetur vnicuique Ecclesiæ. Hæc ille. Vbi dictio parilis in tantas angustias redigit glossatorem, vt nomine Romani, Constantinopolitanum intelligat, quo nihil est futilius. Quia verò toutes inculcas illud *ἐπεδη*, agnosce ex sequentibus locis eam particulā significare occasionē, similitudinē, exemplū, & cætera eiusmodi: vt Lucæ 1. visum est Lucæ conscribere historiam Euangelicam, quoniam multi aggressi sunt eadē narrationem cōponere. Item Act. 13. Paulus conuertit se ad Gentes, quoniam Iudei reiiciebant Euangeliū. Item 1. Cor. 15. quoniam per hominem mors, per hominem quoque resurrectio mortuorum, & similia pleraque in quibus usurpatur dictio *ἐπεδη*. At tu, egregie causarum scrutator, non animaduertis quām ineptè causam efficientem in hoc canone scruteris. Quænam enim vñquam efficiens causa effectum tam alienum generit? Ita potius conclu-

n. ij.

dendum fuit ex tua sententia : quandoquidem Episcopus Romanus habebat principatum in omnes Ecclesias, Alexandrinum & Antiochenum Episcopum ipsi quoque subiiciendum esse, quum tamē ille canon Nicenus, tres illos Episcopos suis finibus distinctos esse iubeat: quō fit ut mentionem faciat priuilegiorum seruandorum Ecclesiis, in aliis prouinciis, tantū abest ut dicat omnes Ecclesias esse vni Episcopo Romano addicendas. Quinetiam cūm ait, hanc esse Episcopo Romano consuetudinem, satis indicat eum etiam prīmatū quem tum in sua prouincia Rom. Episcopus habebat, niti sola consuetudine ( quam dictionem ridiculē exponis potestatem spiritualem ) & propterea esse humani iuris : nam si verbo Dei fundatus esset, certē id non erat prætermittendum, præsertim in decisione Synodali. Atque ne erres, vetus illud Synodi decretum ad solam <sup>veritas</sup> spectabat : nec enim pīj illi Patres tyrannidem in Ecclesiam inuehere, sed tantū schismaticis obuiam ire voluerunt.

Pag. 80.

*De decreto Synodi Africane.*

Pag. 94.

Pag. 82.

Pag. 95.

*De iure appellatio-*  
*nem.*

Frustra etiam conaris declinare vetus Africane Synodi decretum , ne, qui illic Ecclesiastico iudicio damnati essent, mare traiicrent: & vt duos parietes eadem fidelia dealbares, tam hoc, quām Carthaginense decretum ad solas appellations restrinxisti, idque, modò necesse non sit eas ad Pontificem Romanum deferri. Qua limitatione vetus illud statutum eludis. Profers autē ex Aurelio Iurisconsulto, olim nō licuit.

licuisse à præfectis Prætorio prouocare ad Imperatorem, cuius tamen summæ potestati nihil derogabatur. Verum, vt omittam quām parum hoc exemplū ad rem faciat, te ex Aurelio tuo refello, qui testatur id quidē licuisse, sed postea (vt eius verbis vtar) publicè sententia principali lecta, appellandi facultatem fuisse interdictam. Atqui Turriane, hac in causa cōtrarium prorsus euenit: nam quum initio locum nō haberent eiusmodi appellationes, postea sententia Pontificali promulgata sanctum est, vt ex omnibus Ecclesiis ad Ecclesiam Romanam appellaretur. Sic enim Gelasius Papa, citante Gratiano. can. cuncta. 9. quæstione tertia. Sacrofæcta, inquit, Romana Ecclesia, fas de omnibus habet iudicandi, neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte, appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permisus. Hæc bonus ille seruit seruorum Dei. Vnde efficitur Pontifices non modò non sententia publicè promulgata, facultatem ad se promouendi interdixisse, verum etiam eō semper quantum in ipsis fuit, omnia reuocasse, attraxisse, rapuisse, adeò vt suo throno non solùm præfectos prætorio (quorum meminit Turrianus) sed, quod longè est indignius, ipsos etiam summos imperatores subiecerint. Non igitur interdicta fuit prouocatio ad Ecclesiam Romanam ab ipsa Romana Ecclesia, aut ab eius Episcopo ita iubente, sed à plurimis Episcopis Africanis ita

statuentibus, & id quidē inuito Episcopo Romano. Atque in primis notanda est ratio quam vetus illud decretū nitebatur, ita loquente Cypriano lib.1.ep. 3. Singulis, inquit, Pastoribus portio gregis est adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationē sui actus Domino redditurus. Itaque oportet eos quibus præsumus, non circumcursare, nec Episcoporum concordiam coharentē sua sub dola & fallaci temeritate collidere, &c. Atque, ut uno verbo trāsigamus: si veteres multūm tribuerūt Ecclesiæ Romane, non tantum propter Imperij sedem illic constitutam, sed etiam proprias spirituales dotes, quibus tū excellebat, affirmo illa omnia ad vos nihil hodie pertinere. Nihilo melius soluis quod obiicitur de Petri cathedra ex urbe Antiochia Romam translata: atque hic est nodus, Turrianæ, quæ haec tenus tui Pontificij soluere nequivierunt: nec tu, quanquam tuo iudicio acutissimus disputator, aliud profers, quām veterem illam cramben toties & ad naufragia usque reperiā de Marcello Episcopo Romano (quicunque tandem sis fuerit) qui scripsit ad Antiochenses, catédrā Petri, volente Deo, Antiochia Romā translatam fuisse. Nos vero Rom. istum Episcopum, & in sua causa, & citra verbum Dei loquētem, & ins alienum, parte nō audita, & absque præcedēte iudicio, authoritate propria, sibi tribuētem, audire non debemus: imò commentum illud vel de collocata, vel de translata Petri catēdra, aperte repugnat ministerio Apostolico, cuius

pag.88.

*De translatione cathedralis Antiochenæ.*

pag.91.

cuius hoc proprium est, ut antè dixi, non huic  
vel illi ciuitati alligari, sed diffundi per vniuer-  
sum terrarum orbem: ita præcipiēte Domino,  
Profecti, docete omnes gentes: quibus verbis  
Christus ipse Petri, adeoque omnium Aposto-  
lorum cathedram, non Antiochiæ, neque Rô-  
mæ, sed in omnium gentium oculis, atque auri-  
bus collocauit. Hanc nec Antiocheni sibi ven-  
dicare, neque Romani ad se rapere vñquam iu-  
re potuerunt. Quamobrem Romanæ sedis Pri-  
matum, ipsorum Rom. Pontificum testimonio  
probare velle, nugari potius est, quam verè di-  
sputare. Atque ut id verbo affirmatur, ita etiam  
verbo negandum est. Sunt enim eiusmodi com-  
menta sola negatione iugulanda. Sed tamen ex  
his vestris nugis, Turriane, ego aliquid serium  
colligo. Cùm ius Diuinum sit immutabile, ve-  
strarum autem sedium ordo sit mutabilis, eum  
iuris Diuni non esse. Nam prima sedes fuit pri-  
mum Antiochiæ, deinde Romæ, ut vos quidem  
contenditis, secunda verò sedes aliquando Ale-  
xandriæ, deinde postea Constantinopoli collo-  
cata: atq; idem dici potest de quibusdam aliis,  
ut patet ex can. renouantes, distin. 22. Datur in-  
quit, intelligi quod Alexadrina Ecclesia de se-  
cunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia  
sit quarta, nisi forte quis duas contēdat esse se-  
cundas: hæc ille. Egregiā profecto decisionē,  
& dignā quæ in Pontificia decreta referretur!  
Atenim quid misera illa Antiochena commisit,  
quare ex primo loco deturbata, nūc in tertium,

Can. 34.  
crossancta  
Dist. 22.

nunc in quartum tam indignè reiecta fuerit?  
 Quis non videt varios illos vestrarum sedium  
 gradus, non aliis quam ambitionis humanæ  
 columnis fuisse suffultos? Restat igitur, ut Ro-  
 manus principatus non sit Diuini iuris, sed  
 positiui, aut nullius potius, cum in tanta iniuria  
 nullum ius, vel queri debeat, vel possit vñquam  
 inueniri. Sit iam igitur huius loci finis, & con-  
*Conclusio.* cludamus hæc verba Christi fuisse perperam de-  
 torta ad Primatum Romanum confirmandum.  
 Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo  
 Ecclesiam meam.

*Summa Solutionis* Atque ut summam faciam eorum quæ à no-  
*huius* bis disputata sunt, probauimus hæc verba non  
*Arg.* ad Petrum, sed ad filium Dei viuentis esse refe-  
*à Turria-* renda, quem Petrus confessus est, & super quem  
*no propo-* vñà cum reliquis Apostolis Ecclesiam ædifica-  
*siti.* uit purissima Euangeliæ prædicatione. Hoc,  
 inquam, probauimus ex ipsius loci circumstan-  
 tiis, ex ipso loquendi genere, ex aliis Scriptura  
 locis de eadem re differentibus, ex ipsa fideia-  
 nalogia: denique ex veterum doctorum senten-  
 tia, qui cum Scriptura locuti sunt. Deinde ~~an-~~  
*onævæsisæ* effecimus, Turriani expositionem &  
 sententiam, primùm esse verbo Dei contra-  
 riā, deinde sibi ipsi; ac refutauimus vulgatam  
 illam sententiam de ministeriali fundamento  
 Petri, eiisque successione, explicata tum Mi-  
 nisterij, tum etiam Successionis natura. Atque  
 ostendimus eam fuisse naturam Apostola-  
 tus (qui fuit munus in Ecclesia extraordina-  
 rium

rium & temporale) ut in eum ordinarij Ecclesiae Ministri succedere non possint, & si possint, non Romanum Episcopum potius quam Antiochenum, Hierosolymitanum, & permulatos alios, potuisse vñquam de Petri successione gloriari.

Itaque superiori Sophismati veram hanc <sup>autem</sup> ~~Aut ipsam~~ <sup>etiam</sup> oppono. Christus apud Matthæum promisit se ædificaturum Ecclesiam super eam petram, quam Petrus, non humana villa ratione, sed spiritu Dei reuelante, confessus est, nempe Christum esse filium Dei viuetis. At qui nostra Ecclesia eam ipsam fidei confessionem amplectitur, & constanter retinet, verum Christum ab idolo Christi discernens, atque doctrinam Apostolicam ita suscipit ut velit ab ea vna peredere, reiectis hominum commentis. Nostra igitur Ecclesia vera est Ecclesia, ab ipso Christo per verum Euangelij Ministerium ædificata. Et, ex ratione consequentis, cum Ecclesia Romana non iam super petram, quam confessus est Petrus, sed super humana commenta, cuiusmodi est Pontificis primatus, fundata sit, non est vera Christi Ecclesia ab ipso Christo ædificata.

DEFENSIO ET OBIECTIO  
NES TURRIANI.

TURRIANVS.

I.  
Pag. 74.



*Alsum sumis, dum dicas Christum Petrum à Petra distinxisse, nomine & persona mutatis: at considerandum est, inquit Varro, à quare, & in quo re vocabulum est impositum: Itaque Simon Petrus dictus est à Petra, quæ petram naturalem significat: Dominus etiam nomine translato cum vocavit Petram propter firmitatem fidei, quam confessus est. Chrysostomus vocat Petrum sacerdotem wisiorum, & Eusebius Alexandrinus fidem Petri vocat nisi peregrinum.*

Pag. 75. *Super hanc Petram, hanc, necesse est referre ad proximum, nō ad remotius, id est, non ad Christum, Christus non dixit super me, quid enim incabentius dici potuit, quam, Tu es Petrus, & super me Petram edificabo Ecclesiam meam.*

RESPONSIO SADEELIS.

SADEEL.

**I**N hoc secundo Scripturæ loco verbis adeo redundauit Turrianus, vt mirum videri non debeat, si (vt aliquando dixit Ambrosius) annis

annis exūdans, multum luti ac cœni secum in-  
uexerit. Nos autem cō breuiores erimus quod  
superior nostra disputatio iam multa profliga-  
rit, quæ nunc nobis identidem reponuntur: at-  
que hoc primum omnium dispiciēdum est, sa-  
tisne Turrianus in sequenti disputatione cum  
Turriano consentiat. Nam in iis quæ antè di-  
sputata sunt, vehemēter contēdebat Catholi-  
cam Ecclesiam esse corpus visibile, cuius Pon-  
tifex Romanus caput visibile esse debeat: &  
idcirco multa nobis de varia natura Totius  
commemorabat, ab intimis Philosophiæ pe-  
ntralibus (vt ipsi quidem videbatur) hausta ac  
deprompta. Atque ita statuebat, Ecclesiam  
Catholicam, vt sit visibils, esse Totum Quan-  
titatis discretæ, non autem continuæ: eò quod  
Totius cōtinui visibilis partes, in uno loco es-  
se oporteat. Quæ quidem omnia si vera sunt,  
certè frustrà sequentem disputationem insti-  
tuit ex loco Matthæi, quandoquidem funda-  
mentum & ædificatio ad Totum continuum  
pertinent, non ad discretum: ac proinde ex i-  
psius Turriani ratiocinatione, non poterit ad  
Catholicam Ecclesiam visibilem referri. Por-  
rò cùm analogia, qua tantopere suprà dele-  
status est, non patiatur, vt inuisibilis ædificij  
visibile fundamētum in terris cōstituatur, reli-  
quæ est, vt hic Matthæi loc', & hæc verba Chri-  
sti ad Petrum, de quibus disputaturi sumus, nō  
possint ad Romanos Pontifices pertinere. Hęc  
præfati, iam in pauca conferamus magnam

204 AD REPET. TVR. SOPHIS.  
istam verborum farraginem, quam Turrianus  
ex Hispano propè factus Asiaticus in hunc lo-  
cum concessit: ut ita lectores cùm illius, tūm  
nostram sententiam faciliùs intelligant.

Turriano propositum est probare Pótificem  
Romanum esse fundámentum Ecclesiae Ca-  
tholicæ: id vt efficiat, Petrum assumit tanquam  
principium suæ ratiocinationis. Connexum est huius-  
modi. Si Petrus est fundámentum Ecclesiae Catho-  
licæ, Ergo Pontifex Rom. est etiam Ecclesiae Catho-  
licæ fundámentum. Quod quidem Connexum  
vt verū sit, oportet in eo, ex Syllogismorū hy-  
potheticorum natura, à generali quodā theo-  
remate vim manare ad complexionem. Itaque  
velit nolit Turrianus, hunc aut alium consimi-  
lem Syllogismum nobis proponat necesse est.

Quicquid dicitur de Petro, id ad Pontificem  
Romanum pertinet:

Esse fundámentum Ecclesiae Catholicae dicitur  
de Petro:

Quare, esse fundámentum Ecclesiae Catholicae  
ad Pontificem Rom. pertinet.

Hæc est summa huius secundæ disputationis  
Turrianicæ. Iste verò Syllogismus apoplexia  
laborat: nam in eo neque pes, neque manus of-  
ficium facit: Maior enim propositio res non  
tantùm dissimiles, sed etiam contrarias simul  
coniungit. Minor autē propositio pugnat cum  
expressis Scripturæ locis, cum analogia fidei, cū  
doctissimorum quortumque Veterū interpre-  
tatione. Itaque quām nihil valeat complexio,  
satis

satis cuique potest esse manifestum. Quāquam autem singula suis locis excutientur, tamen nō erit inutile superiores Syllogismi errorēs statim initio indicare, vt singulæ nostræ responsiones possint esse tum breuiores, tum faciliores. Iam igitur expendo Maiorem propositiōnem. Quæ dicuntur de Petro aut ipsam personam Petri respiciunt, aut ad eius munus & ministerium referuntur. Ea quæ sunt peculiaria ipsi personæ Petri si quis vel ad Rom. Pontificē, vel ad yllum alium transferre velit, ille ne audiendus quidem fuerit. Petrus autem, vt fuit in amore promptissimus (vt inquit Augustinus) ita fuit in primo conflictu infirmissimus, quemadmodum ex eius negatione & lapsu nimis patuit. Quare diligenter spectādum est quoniam ea quæ de Petro dicuntur referenda sint: quandoquidem fuit aliquid in lapsu Petri peculare, quod, vt pharmaco, ita proprio quodam & conuenienti remedio, & accōmodata instaurazione indiguit. Quæ verò ad Petri ministeriū pertinent, extra ipsius ministerij fines extendi non debent. Ex quo fit, vt si quid de Petro dicatur, tanquam Apostolo, id de reliquis Apostolis dictum quoque intelligi debeat. Quia verò summus ordo reliquos inferiores continet (inquiunt veteres) non contrā, hinc fit, vt multa quæ de Apostolis dicta sunt, possint etiam non vni aut alteri, sed omnibus ministris Ecclesiasticis (quos Petr⁹ propterea οὐ μης εἰσερέπους appellauit) conuenire, suo tamen modo, & pro

ANTON. SADEEL. RESPONSA  
ratione vocationis. Hactenus igitur nihil vide-  
mus, quod possit Rom. Pontificem adiuuare,  
quem quidem esse Petri personam dicere ne-  
mo audet: esse autem Apostolum, probare ne-  
mo potest. Quare confugit Turrianus ad suc-  
cessionem, aut vicariam ordinationem: cuius  
vult eam esse vim, ut ad Pontificem Rom. trâf-  
ferat ea, quæ Petri propria sunt. Verum eni-  
uerò eum adhibet testem, cui alio teste opus  
est. Nec enim minus repudiamus commenta-  
tionem, quam superius illud *ληγμα* falsum, quo  
affirmabat ea, quæ de Petro dicuntur, ad Rom.  
Pontificem pertinere. Negamus enim Ponti-  
ficem vel esse, vel esse posse Petri successorem:  
Romanum, inquam, Pontificem in locum Pe-  
tri consecrari posse pernega mus. Quomodo i-  
gitur id probat Turrianus? Numirum ad hunc  
locum reddit, & profert hęc verba Christi, *Super*  
*hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Ita fit  
vt, circulatorum more, in hac tota disputatio-  
ne, in eum errorem, quem vocant petitionem  
principij, tanquam in eūdem orbem perpetuo  
renoluatur. Nam (ut Minorem etiā proposicio-  
nem excutiamus) ita exponit locum Matthæi,  
ut si illi credas, is sit futurus s̄esus verborū Chri-  
sti: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,*  
inquit Christus, hoc est, inquit Turrianus, su-  
per te Petrum, & super tuos successores in po-  
sterū eligendos. *Ædificabo Ecclesiam meam,* in-  
quit Christus: hoc est, inquit Turrianus, faciat ut  
Eccle-

Ecclesia Catholica à tuo tuorūmque successorum nutu pendeat. *Tibi dico*, inquit Christus, hoc est, inquit Turrianus, tibi & tuis successoribus Pontificibus, videlicet iis quos Cardinales Romanę Ecclesiæ addicti, in tuum locū cōsecrare voluerint. Hoc si est exponere, ac non potius rebus sacris illudere, æqui lectores faciliè iudicabunt. Nos autē non ex humanis somniis, nō ex aulicis assentationib. nō ex Turriani cōfabilis, sed ex firmissimo, ac certissimo Dei verbo loci hui<sup>o</sup> interpretationē depromam<sup>o</sup>.

Vera m̄ hanc esse regulam ab Augustino pro- *De doct.*  
positā, & cum ipso Dei verbo cōsentaneā, ne- *Chr. l. 2.*  
minē puto esse qui neget: nullā vñquā esse pro- *c. 9. & l.*  
ferendam interpretationē, quę cū apertis Scri- *3.c. 26. &*  
pture locis repugnet. Cūm igitur ex manifestis *Epist. 49.*  
simis Scripturæ locis constet solū Christū esse  
Ecclesiæ fundamentum, efficitur, *iz. av. s. n. ista*  
Turrianicam interpretationem, quæ cōstituit  
Petrū & Romanos Pōtlices esse Ecclesiæ fun-  
damētum, nullo modo esse recipiendā. Sic igi-  
tur Paulus. *Fundamentum aliud nemo potest po-*  
*nere, prater id quod possum est, quod est Chri-* *L Cor. 3.*  
*stus Iesus.* Et alio in loco: *Non amplius estis ho-*  
*spites & inquilini, sed conciues Sanctorū, ac dome-*  
*stici Dei, superstructi superfundamentum Aposto-* *Ephes. 2.*  
*lorū & Prophetarū, cuius im<sup>o</sup> angularis lapis est i-*  
*Pse Iesus Christus.* Item: *In quo totū edificiū con-* *Ibidem*  
*gruenter coagmentatum crescit, ut sit tēplū sanctū*  
*Domino, in quo & vos vñā adificamini, &c. Et* *L Pet. 2.*  
*Petr<sup>o</sup> (nimirū lögē distās à Turrianicis deliriis)*

- I. Pet. 2.* *Ad quem accedentes, inquit, qui est lapis vinius, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verè electus ac pretiosus, ipsi quoque veluti vini lapides adificamini, &c. Quapropter etiam continetur in Scriptura: Ecce pono in Sion lapidē in imangulo, electum pretiosum, cui qui credit, nō pudescit.*
- Esa. 23.* *Matt. 21.* *Et Christus ipse: Quoniam lapidem reprobaverunt & adificantes, is factus est caput anguli. Quam quidem sententiam citauit etiam Petrus in Actis Apostolicis: & si qui sunt loci consimiles. Cæterū detracta similitudinis & Metaphoræ veste, res etiamnum fiet dilucidior. Dicūtur homines super Christum adificari, quum verè & ex animo percepta Euangelij doctrina, Christum seruatorem vera fide amplectuntur, ei adhærēti, eo nituntur, in illo denique firmi manēt: quē admodum videmus præclare stare adficiū, quod subnixum est valido & constanti fundamento: adeò ut verè super Christum adificari, nihil aliud sit, quam verè in Christum credere: quemadmodum perspicuum esse potest ex locis suprà citatis. Sic enim Paulus dicit Corinthios esse adficationem Dei, apud quos ieccrat verum hoc fundamētum, quod unicum esse affirmauit, nempe Christum: & alibi dicit Ephes. 2. Chrys. op. imp. in Matt. c. 7 Augu. in Joā. tract. 124. Matt. 7. Lue. 13.*
- Chrys. op. imp. in Matt. c. 7 Augu. in Joā. tract. 124. Matt. 7. Lue. 13.* *superstructos, eò quod Christus veniēs pacem euangelizauerit. Et recte mihi videntur Veteres eò referre similitudinem illam de domo super petram adificata, quam Christus apud Matthæum & Lucā proposuit: Quisquis audit, inquit,*

inquit, ex me sermones istos & eos præstat: assimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram; descendit autem pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & nō occidit: fundata enim fuerat super petram.

Petram hic, inquit Chrysostomus, Christus *In Matt. hom. 25.*

vocauit doctrinæ suæ firmitatem & certitudinem. Ex quibus omnibus manifestum est, tum nos ædificari, quum credimus: adcò vt Christi doctrina, & Christus ipse, sit fidei nostræ fundamentum. Quare, qui dicit nos super Petrum ædificari, ille dicit, nos in Petrum credere, nos Petrum amplecti & agnoscere Redemptorem, Mediatorem, Seruatorem: quod absit ab omnibus Christianis, alioqui non iā Christianis, sed Petrianis futuris. Ut enim ædificatio fundamēto, ita piorū fides Christo niti debet: & vt ædificatio à fundamento, ita piorū fides à Christo diuelli non potest. Hanc fuisse piorum maiorū sententiam significaueramus Turriano, aliquot adscriptis eorum testimoniis: sed quia ille sibi videtur egregiè responsione defunctus, postquam efflauit ampullas suas Thrasonicas, idcirco nos alia etiam addemus ex Veteribus: si qua tandem ratione fieri possit, vt aliquando à Pontificum & Monachorum testimoniis, & à Synodicis epistolis, quibus maximopere deletatur, ad res præclaras, & cum Dei verbo consentaneas animum traducat.

*In Matt.*

*ORIGENES:* Petra est, inquit, quicūque est discipulus Christi: & super talem petram con-

*tradit. n.*

*Mar. 3.*

o.j.

210 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
stituitur omnis Ecclesiastica doctrina. Quod si  
super unum illum Petrum tantum existimat  
totam ædificari Ecclesiam, quid dicturus es  
de Ioanne filio tonitruo, & Apostolorum uno-  
quoque? Num audemus dicere quod aduer-  
sus Petrum unum, non præualituræ sunt portæ  
inferorum? An soli Petro dantur à Christo cla-  
ues regni cœlorum?

*In comm.* CHRYSOSTOMVS: Christus est vir ille sa-  
*imperf.* piens, qui ædificavit domum suam, id est, Ec-  
*In Matt.* clesiam super petram: id est, super fortitudinem  
*7. cap.* fidei. Nam & fortitudo fidei, petra dicitur, pro-  
pter quā Simon Petrus dictus est, ad quem dicit  
Deus, Tu es Petrus, &c.

*Antestimo-* GREGORIUS Nyssenus: Tu es Petrus, & fu-  
*nus dele-* per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,  
*etis ex* Intelligit autem confessionem Petri: dixerat  
*vet. fest.* enim antè, Tu es Christus filius Dei vivi.

*De pœni.* BASILIVS: Petrus licet petra esset, non ta-  
*hom. ad* men petra erat, ut Christus. Nam Christus ve-  
*pop. 29.* rere est immobilis petra, Petrus verò proper  
petram.

*In Mar-* TERTULLIANVS: Sed & cur Petrus? Si ob  
*tion. li. 4.* vigorem fidei multæ materiæ, solidæque nomé  
de suo accōmodarent. An quia & petra & lapis  
Christus: siquidem & legimus positum eum in  
lapidem offendiculi, & in petram scandali.

*Contra* EPIPHANIVS: Portæ inferni verè sunt o-  
*heres. lib.* mnes hæreses, sed contra petram non præua-  
*3. her. 74.* lebunt, hoc est, contra veritatem.

*De Trin.* HILARIIVS: Hæc est vna fœlix fidei petra,  
*lib. 2.* quam

ANTON. SADEEL. RESPOND.

III

quam Petrus ore suo confessus est.

Idem: Super hanc petram confessionis Petri, *De Trin.*  
est ædificatio Ecclesiæ.

*lib. 6.*

AUGUSTINVS: Vniuersa Ecclesia non ca-  
dit, quia fundata est super petram, vnde & Pe-  
trus nomen accepit: non enim à Petro petra,  
sed Petrus à petra, sicut non Christus à Chri-  
stiano, sed Christianus à Christo vocatur: ideo  
quippe ait Dominus, Super hanc petram ædi-  
ficabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus,  
Tunc Christus filius Dei viui. Super hanc er-  
go, inquit, petram quam confessus es, ædifica-  
bo Ecclesiam meam: Petra enim erat Christus,  
super quod fundamentum etiam ipse ædifica-  
tus est Petrus.

Petro totius Ecclesiæ figuram gerenti ait *Epist. 165.*  
Dominus: Super hanc petram ædificabo Ec-  
clesiam meam, & portæ inferorum non vin-  
cent eam,

AMBROSIUS: Rectè igitur quia Petra *Serm. 84*  
Christus, Simon nuncupatus est Petrus, vt qui  
cum Domino fidei societatem habebat, cum  
Domino haberet, & nominis dominici ynita-  
tem: vt sicut à Christo Christianus dicitur, i-  
ta & à petra Christo, Petrus Apostolus voca-  
retur. Idem: Dabo tibi claves, &c. Quod Petro *In Psal.*  
dicitur, Apostolis dicitur.

HIERONYMVS: Super hāc petrā Dominus  
fūdauit Ecclesiā: ab hac petra Apostol⁹ Petrus  
fortit⁹ est nomē. Et paulò pōst fūdamētū quod *Comm. in*  
Apostolus architect⁹ posuit, vnuſ est Domin⁹ *Mat. cap.*  
*7.lib. 1.*

o.ij.

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
noster Iesus Christus: super hoc fundamentum  
ædificatur Ecclesia Christi, &c.

Quæ cùm ita sint, nemini dubium esse po-  
test, quin nostra interpretatio de Christo Ec-  
clesiæ fundamēto, sit vera & orthodoxa, quip-  
pe quæ Scripturæ locis expressis nitatur, & ha-  
beat pios quoque Veteres assentientes.

Sed iam Turriani Defensionem audiamus.  
Falsum sumis, inquit, dum aīs Christum, Pe-  
trum à Petra distinxisse. Imò verò, Turriane,  
tu falso resumis. Matthæum enim dixi, non  
Christum, Petrum à Petra distinxisse; ac ego  
tibi imprimis locupletissimum hunc interpre-  
tem sententiæ Christi proponere volui. Sed  
tu scilicet res alias agebas, qui pro Matthæo  
Christum legeris; adeoque, licet in meis ver-  
bis quæ tu descripsisti in tua defensione, no-  
men Matthæi manserit, nihilominus tamen  
nunc mihi obiicis, me Christum dixisse, non  
Matthæum. Ergo, Franciscæ, mæa fideliter in  
hoc loco descripsisti, & negligenter legisti. Cū  
igitur Christus Syriacè, hoc est, vernaculo ser-  
mone tum vteretur, in quo illa distinctione lo-  
cum habere non poterat, dico, Matthæum  
Græcè scribentem, apposuisse distinctionem,  
ac discrimen inter illa vocabula, vt planior esset  
sensus verborum Christi. Poterat enim ita ver-  
ba Christi recitare: Tu es petra, & super hanc pe-  
tram ædificabo Ecclesiam meam. At sic maluit  
Tu es Petrus, inquit, vt ita significaret, Petrum  
nō esse veram illam petram, qua fideles omnes  
nit

titi debent, sed tamen ab illa petra denominari. Petra autem erat Christus. Tu verò nobis, scilicet obiicis Varronē, vt videamus in qua re & à qua re nomen sit impositū. Atenim quia in Theologia versamur, nō subsistem⁹ in Varro-ne, sed audiemus veteres Theologos nobis explicātes, quāmobrē Christus nomina quibus-dam mutauerit. Primum, vt ita suam authorita-tem melius testaretur (inquit Iustinus Martyr) *Iustini.*  
 Deinde vt magis animos excitaret ad conside-randa Dei beneficia (inquit Chrysostomus.) *Martyr.* *in Try-phon.*  
 Atque, ne Varronem planè neglexisse videa-mur, si velimus considerare, cui, & à qua re *In Ioana hom. 18.*  
 Christus nomen imposuit, facile intellige-mus, Christum respexisse, non ad personam Petri, sed ad dignitatem ministerij Apostolici, & ad naturam Euangelicę prædicationis, quam Petro cum aliis Apostolis commiserat: & cuius Petrus confessionem præstantissimam edide-rat, his verbis: *Tu es Christus filius Dei viuentis.* *Marc. 3.*  
 Sic Christus vocavit Iacobum & Ioannem Boa-nēges, hoc est, filios tonitruī: nimirum propter virtutem Euangelicę prædicationis, qua vni-versus terrarum orbis personuit. Deinde cùm hinc agatur de firmitate spirituali, non est hæ-rendum in crasso, terrehóque lapide: sed ad spiritualem lapidem deueniendum, qui omnis firmitatis causa est: is autem est Christus. Cæ-terum cùm agnoscas Petrum fuisse dictum pe-tram, ob firmitatem fidei, quam confessus est,  
*O. iij.*

214 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
ipse nobis das manus, nihil tale cogitans. Hinc  
enim sequitur Petrum à petra Christo dictum  
fuisse, & petram Christum esse Ecclesiæ fun-  
damentum. Hic enim tibi repræsento telum  
illud Philosophicum, quod infrà totis viribus  
in me torquebis, quum disputabis de particu-  
la ~~in~~ pag. libri tui 240. nē pe, Propter quod  
vnumquodque est, & illud magis est. Ex his  
igitur tuis armis, & ex hoc tuo argumento, i-  
ta te ipsum vrgeo: Si Petrus dictus est Petra ob-  
firmitatem fidei, quam confessus est (vt ipse  
dicis) Ergo fides, quam Petrus confessus est,  
est magis Petra, quam Petrus. Ex quo effici-  
tur, fidem quam Petrus confessus est, nempe  
Christum filium Dei viuentis, esse firmissimam  
illam petram, super quam fundata est Eccle-  
sia. Nam vt Ecclesia est præstantissimum ædi-  
ficium, ita Ecclesiæ fundamentum debet esse  
firmissimum. At Petrus non est fundamentum  
firmissimum, quia aliunde petit firmita-  
tem suam, quæcunque tandem sit. Itaque ex  
iis quæ ipse dicis, Turriane, colligo Christum  
esse Ecclesiæ fundamentum. Nec obstant  
ea, quæ cītas ex Chrysostomo & Eusebio,  
quandoquidem illa encomia fidei Petri,  
vel teipso assentiente, ad firmitatem fidei,  
quam confessus est, referenda sunt: quod e-  
tiam indicat vocabulum ~~περισσωτέον~~, quo usus est  
Eusebius. Verūm, inquis, necesse est parti-  
culam, *Hanc*, referre ad proximū, non ad remo-  
tius.

tius. Quid tibi videtur Christus, quē Petrus confessus est, esse remotior? Imò verò, propter secundam personam usurpatam à Christo (Tu es Petrus) cui particula demonstrativa tertiae personæ non conuenit, tibi necesse est dicere confessionem editam à Petro esse proximam, non autem remotam, vt existimas;

Itaque Augustinus, qui tibi non cessit in *Tract. in Grammaticæ scientia*, *Super hanc petram*, inquit, quam confessus es. Tua verò risu digna est impudentia (vel fletu potius) qui in hoc Matthæi loco existimes personam Christi esse remotam, & tamen non dubitas ipsa Christi verba trahere ad tuum usque Pontificem, quem hodie Romæ vides. Dic quæso, Franciscus, Tuus iste Pontifex tibi videtur propior, quam Christus in Matthæi verbis? Crede mihi, Turrianc, si esse Hispanus, ego hic integras paginas implerem exclamationibus: sed abstinebo, ne videar lepidum illum tuum morem affectare. Verum, heu tu, quandoquidem unctiones particulam, *Hanc*, nos eam vicissim unctionamus.

Nam nisi planè Philosophiæ renunties, & tam rerum, quam verborum naturam euertas, fatendum est particulam, *Hanc*, nullo modo vel successioni, vel vicariæ ordinationi conuenire: nam *reddi* significat individuum unum numero, quod nihil cum successione communice habere potest. Itaque quoties nobis obtrusus.

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
des tuos Pontifices Rom. tanquam fundamen-  
tum Ecclesiæ, ex his Christi verbis: ego contrā  
vrgabo particulam, Hac, demonstratiuam, quā  
tu mihi ipse demōstrasti: atque nihil tuas exce-  
ptiones veritus, affirmabo Christum dixisse su-  
per hanc Petram, ita vt necesse sit in hac ipsa  
Petra subsistere, non autem vagari per Roma-  
nos Pontifices: ea enim est vis particulæ de-  
mōstratiuæ in hoc loco, quemadmodum etiam  
Veteres agnouerunt.

Sed iam audiamus quidnam subiicias: Quid,  
inquis, incohærētius dici potuit quā: Tu es Pe-  
trus, & super me Petram adificabo Ecclesiam  
meam? Itāne tandem, Turriane? Ergo miseret  
me Augustini, qui quum non posset ad acumē  
ingenij tui, & ad cohærentiam illam tuam per-  
uenire, existimauit hæc ita dici conuenienti-  
simè: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram;  
quam confessus es, adificabo Ecclesiam meam: su-  
per me adificabo Ecclesiam meam: super me adifi-  
cabo te, non me super te. Hæc Augustinus: qui-  
bus, si tibi mendaci credimus, nihil ineptiūs,  
aut, vt loqueris, incohærentiūs dici potuit, at  
si veritati credimus, nihil melius, nihil verius,  
nihil accommodatiūs dici potuit. Ac de tua  
quidem ista defensione hactenus.

## TVRRIANVS.

II.  
Pag. 76.

**O**bijcis. I. Cor. 3. fundamētū nemo aliud potest  
ponere, prater id quod positiū est, videlicet Ie-  
sus

*su Christus: nempe fundamentum, quod habeat vir-  
tutem & firmitatem propriam: Sed quæ sunt Chri-  
sti propria, sunt Petro cum Christo participatione  
communia, inquit Leo Magnus serm. 3. in annivers.  
die assumptionis sue.*

*Quid dicit fundamentū, dicit & firmamentū: at Ecclesia est firmamentum & columnā veritatis, in-  
quit Paulus, quomodo igitur, quod Christi est  
proprium, Ecclesiae tribuitur? aequale enim est  
esse firmamentum veritatis, & fundamentum Ec-  
clesiae.*

*Ecclesia est firmamentum veritatis, quia cum habet caput, pro quo orauit Dominus, ne deficeret fi-  
des eius, pro Petro orauit immediate, pro Ecclesia  
vero mediante Petro.*

## SADEEL.

*L*ocum Pauli esse omni exceptione mai-  
orem, licet videoas, videre tamen id non vis-  
nec pateris, ut alij videant: ac proinde offundis  
nubeculam tuæ distinctioni de fundamento  
virtutis propriae, & virtutis communicatae. Ve-  
rum enim uero longè antequam scripsisset Pau-  
lus, antecesserat hæc verba Christi ad Petrum,  
que Paulus ignorare non potuit. Qui fit igitur,  
ut hanc sententiam adeò vniuersè pronuntiet,  
ut ista vestra distinctio in mentem illi non ve-  
nerit presertim cum, si vobis credimus, tota re-  
ligio Christiana ab hac vna distinctione pen-  
deat. At qui Paulus neque hic, neque alibi, nec

218 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
vllus alias Apostolus vnquam, aliquid scriptis  
de vestra illa distinctione. Quare mirum vide-  
ri nō debet, si illam reiicimus, freti hac regula  
Theologica: Omnes distinctiones in Theolo-  
gia, esse locis expressis Scripturę confirmandas:  
alioqui nemo non videt, nihil vnquā certi, nec  
veri constitui posse, si liceat distinctiones ex ar-  
bitrio comminisci. Quinetiam quum ipsos Ve-  
teres cōsidero in loco illo Pauli versantes, nul-  
lum apud eos de hac distinctione verbum re-  
perio. Sic enim Chrysostomus: Fundamētū  
inquit Paulus, aliud nemo potest ponere, pr̄-  
ter id quod positum est. Super hoc ergo ædifi-  
cemos, & pro fundamento habemus: & nul-  
lum sit medium inter nos & Christum. Quod  
si medium aliquod intercederet, id quamprī-  
mū aboleamus. Etenim palmes per conti-  
nuationem vitis, naturam trahit, & ædificium  
conglutinatione consistit. Non igitur simili-  
citer Christum teneamus, sed ei cōglutinemur,  
&c. Ipsum caput, nos corpus: nunquid potest  
esse vlla media, inter caput & corpus, distantia?  
&c, Hæc Chrysostomus. In quibus tantum a-  
best, vt videam tuam distinctionem, Turriane,  
quæ sit inter Christum, & Ecclesiā intermedia;  
vt planè neget Chrysostomus aliquid inter-  
medium esse oportere. Vnum Christum pro-  
fert, vnum vrget, reliqua omnia intermedia;  
ac propterea tuam istam distinctionem, rese-  
cat, tollit, reiicit: quod nos etiam facimus, quā-  
tum-

In 1.ad

Cor. hō.8.

tumuis licet id tibi, tuóque Pontifici doleat.  
Nec audimus Leonem Pontificem (quem citas  
tuo more) non Petri, sed suam profectò cau-  
sam agentem, die anniversario suæ assumptio-  
nis, siue ordinationis: quo die voluit bonus il-  
le Papa suam dignitatem, quoad eius fieri po-  
tuit, afferere. Fateor post hunc Leonem mul-  
tos alios longè peiores extitisse. Sed malitiáne  
an ignorantia tum errarit, nescio: errasse autem  
certò scio, cū huic Pauli loco clarissimo aper-  
tissimè repugnarit. Adde etiam ipsam verita-  
tem, ipsamque rerum naturam ab ista distin-  
ctione abhorrire. Quis enim hæc ferat? Quæ  
Christi propria sunt, fuisse cum Petro partici-  
patione facta communia. Potestne Christus  
communicare cum Petro, ea quæ sunt ipsius  
Christi propria? Naturam humanam pro salu-  
tenostra assumpsisse, iudicio Dei pro nobis sa-  
tisfecisse, legem pro nobis impleuisse, mortem  
pro peccatis nostris passum esse, tertia dic à  
mortuis resurrexisse, & ad dextram Dei ascen-  
disse: illa, inquam, omnia sunt Christi propria:  
cane igitur facta sunt cum Petro participatio-  
ne communia? Absit à nobis tam horrenda blas-  
phemia.

Atque, vt ad rem præsentem veniamus, sic  
bonus ille Papa suas suorumque aures, die il-  
lo anniversario demulcebat: Ego tibi dico, in-  
quit Christus, id est (audiamus mirificam inter-  
pretationem) Cùm ego sim inuiolabilis petra,

220 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi sunt potestate propria, sint tibi mecum participatione communia. Hæc bonus interpres tum verborum Christi, tum huius loci Pauli, de quo disputamus. Sed ego quæro vel ex te, Turriane, vel ex tuo illo Papa, qui tam fiderem Petrum, & seipsum in societatem gloriæ Christi vocat, & eorum quæ soli Christo conueniunt: quæro, inquam, quâ fieri possit, ut hoc communicetur cù Petro, quod agnoscit Leo esse Christi proprium, nempe nullum aliud fundamentum poni posse. Nam manifesta contradictione implicatur, hoc esse Christi proprium, ut sit solum Ecclesia fundamentum, præter quod nullum aliud ponni possit, &c., id ipsum esse participatione Petro cum Christo commune. Vbinam didicerat bellus ille Papa tam præclarè ex suo sensu contradictionis pleno, aduersus purum ac perpetuum sibi constans Dei verbum ratiocinari? Si Christi ille sunt propria, Ergo cum Petro non comunicatur: sic cù Petro comunicatur, ergo non sunt Christi propria: nec enim possunt propria ~~aut~~ <sup>aut</sup> ~~per~~ <sup>per</sup> ~~ovra~~ <sup>ovra</sup> communicari. Præterea, si Petrus est fundamentum Ecclesiæ, aut est fundamentum tanquam doctrina Ecclesiæ tradita, aut tanquam Minister doctrinæ traditæ, non tanquam doctrina, Ergo tanquam Minister doctrinæ. At qui Minister doctrinæ, respectu Christi est instru-

instrumentum causæ efficientis. Christus enim est verus architectus fidei & salutis nostræ, per Spiritum sanctum. Petrus autem fuit unum ex instrumentis à Christo adhibitis ad edificandam fidem Ecclesiæ. Iam nobis responde, Turciane, ecquis præter tuum Leonem, & præter eos quibus ista Leonina placent: ecquis (inquit) vel dixerit, vel unquam dicere potuerit, ea quæ sunt efficientis propria, cum instrumentis ita communicari, ut sint illis participatione communia? Quod si non vides neque sentis: a pagesis cum tuo Leone, & cum unguibus illis leoninis & ouili pelle: nec enim tuus Leo potest aliquid aduersus fortissimum & invictissimum cum Leonem de quo sic Ioannes scripsit in Apocalypsi: Vicit, inquit, Leo ex tribu Iuda, stirps Dauidis.

Verum affers rationem, quæ nunc nobis expendenda est. Qui dicit fundamentum, inquis, dicit firmamentum. At Ecclesia dicitur firmamentum veritatis, nec tamen propterea tollitur, quod dixit Paulus de ynico fundamento. Hæc est tua ratiocinatio. Verum aliter tibi fuit argumentandum, ut aliquid saltem concludere videreris. Qui dicit firmamentum, dicit fundamentum: Paulus dicit Ecclesiam esse firmamentum, dicit igitur esse fundamentum. Nam ita ut iacet argumentatio tua, neque caput habet, neque caudam. Qui dicit, inquis, fundamentum, dicit firmamentum. Paulus autem dicit firmamentum: Ergo Paulus dicit funda-

Apoc. 5.

mentum. Huius Syllogismi modum, & figuram nobis, si placet, expedes: non enim hactenus ratiocinari didicimus in secunda figura ex omnibus affirmatis: nec, ex Genere ad Speciem affirmatè. Nos igitur ita tuū sophisma refellimus.

Latiūs patere firmamentum, quām fundamen-  
tum: Quicquid enim est fundamentum, est  
firmamentum: sed nōn viciūm, quicquid est  
firmamentum, est fundamentum. Et id pāris pā-  
liud est, quām ~~qūm~~: paries est firmamentum.  
te&t, sed non propterea est fundamentum. Ec-  
ce igitur quomodo, Turriane, tu de fundamen-  
to, sine fundamento disputas, non intelligens  
quid sit fundamentum, nec quid sit firmamen-  
tum. Sed longē etiam grauius peccas, quia  
non distinguis inter utrumque Apostoli locū.  
Nā in Epistola ad Corinthios loquitur de fun-  
damēto Ecclesiæ: in priore ad Timoth. differit  
de firmamēto veritatis. Tu vero qui sine dele-  
ctu omnia misces, perturbas & cōfundis, firma-  
mentum pro fundamēto, & veritatem pro Ec-  
clesia accepisti. Atque omnino vide quis sit  
exitus tui Sophismatis: Si veritas est fundamen-  
tum Ecclesiæ, & Ecclesia est fundamentum ve-  
ritatis, sequitur Ecclesiam esse sui fundamen-  
ti fundamentum: & si, vt dicas, æquale est, es-  
se firmamentum veritatis, & esse fundamen-  
tum Ecclesiæ, Ecclesia autem, ex Paulo,  
est firmamentum veritatis: Ergo Ecclesia est

est Ecclesiæ, hoc est, sui ipsius fundamen-  
tum. Quare ita distinguendi sunt duo illi loci,  
vt dicamus Christum esse fundamentum Ec-  
clesie, quia Ecclesia tota Christo nititur, & sine  
Christo Ecclesia non est.

At Ecclesia, est firmamentum veritatis,  
nempe quia Christo subnixa veritatem am-  
pleteatur, eamque constanter retinet, tue-  
tur, confirmat, atque dat operam, vt in-  
ter homines locum suum habeat. Hoc au-  
tem non dicitur ipsius veritatis respectu,  
quæ non hominum subsidio, sed suis se vi-  
ribus sustentat: sed hominum respectu, qui  
dicuntur veritatem confirmare, quando ve-  
ritatem agnoscunt, & retinent: & eò ma-  
gis veritatem confirmant, quò magis ab ipsa  
veritate confirmantur.

Quò sit vt non dubitet dicere Hierony-  
mus, solam veritatem sustinere ædificium Ec-  
clesie. Et Chrysostomus, veritatem esse colum-  
nam, & firmamentum Ecclesiæ.

Ex quibus verbis refellitur etiam id quod  
subiicis, Ecclesiam esse firmamentum veri-  
tatis propter Petrum, cùm ex verbo Dei,  
& cum bonis illis Patribus dicendum sit po-  
tius, Ecclesiam esse firmamentum veritatis,  
quia veritatem constanter retinet ab ipsa ve-  
ritate sustentata. Quid igitur tibi faciemus,  
Turriane, qui pro vno fundamento, tria  
nobis fundamenta proponis? Nos vnum

224 AD REPET. TURR. SOPHIS.  
fundamentum Ecclesiæ agnoscimus, nempe  
Christum Ecclesiæ unicum caput, unicum spó-  
sum, unicum fundamentum. Tu secundum ad-  
didisti, nempe Petru, exhibita Leonina distin-  
ctione, de virtute participata. Ecce rursus ter-  
tium fundamentum affers, nempe Ecclesiæ i-  
psam. Atque ita denuò reuolueris in tuos cir-  
culos, quibus tu apprimè delectaris, ut iam an-  
tè vidimus. Nam ex tua ratiocinatione, veritas  
est fundamentum Petri: Petrus est fundamen-  
tum Ecclesiæ: Ecclesia est fundamentum veri-  
tatis: quod probandi genus longissimè distat à  
probatione *dià νύκλου*, cuius Philosophi memi-  
nerunt, & cuius tu nunquam nosti, neque cen-  
trum, neque circumferentiam, ut Mathemati-  
ci loquuntur. Postremò intolerabile est quod di-  
cis. Christum precatum fuisse immediatè pro  
Petro, & pro Ecclesia mediante Petro: nec te  
pudet tuæ blasphemiae, qui nobis Petrum con-  
stituis nouum Mediatorem. Lege apud Ioannē  
egregiam illam ac diuinam precationem Chri-  
sti pro Apostolis, & pro vniuersa Ecclesia, ut  
tuum errorem agnoscas & detesteris.

*Iam. 37.*

III.  
*Pag. 79.*

*TURRIANVS.*  
**A**d dis tertiam rationem (qua verius dicere  
tur tertia deliratio) quia hoc propositio, Ec-  
clesiam esse edificatam super Petrum, non est *ād e-  
stibz* fidei: Nescis quid sit Ecclesiam esse edificatam  
super Petrum: nam si una fides esse debet in Eccle-  
sia Catholica, à quo magis de ea certos nos fieri opa-  
tebat

tebat, quām ab eo qui fuit exordium unitatis Ec-  
clesie, & os atque caput omnium Apostolorum, qui  
fuit Petrus, qui nunc in successore vinit, ut ait ma-  
gnus Leo?

## S A D E E L.

**M**eam rationem vocas delirationem: nē-  
vitam in vocabulis tantū, nō in rebus etiam  
ipsis luderes. Ego in hoc ipso Scripturæ loco  
suprà in Refutatione tuæ defensionis Sect. 1.  
docui, si quis dicat Ecclesiam esse super Petrum  
ædificatam, eum violare regulam fidei, & ~~repon-~~  
~~διδασκαλεῖν~~, (vt loquitur Paulus) quia, sublato si-  
militudinis velo, ædificatur Ecclesia quando  
credit: adeò vt huius ædificij fundamētum nul-  
lum aliud esse possit, quām ipsius fidei obiectū:  
alioqui manca similitudine futura. At Petrus  
non est obiectum fidei, non est igitur ædificij  
fundamentum. Item: quicquid statuitur aduer-  
sus expressum Scripturæ locum, illud est ~~επερδο-~~  
~~ζο~~, ex ipsius Augustini regula: Paulus autem af-  
firmat ynicum esse Ecclesiæ fundamentum: nē-  
pe Christum. Neque huic tuo vulneri medici-  
nam faciunt tuæ distinctiones, quæ non sunt ex  
humano arbitrio, vel ex Monachorum somniis  
fingendæ, sed ex puro Dei verbo constituen-  
da. Atque hæc de mea ratione, & de tua delira-  
tione. Cæterū addis me nescire quid sit, Ec-  
clesiam esse super Petrum ædificatam. Certè

226 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
illud nescio Turriane, & (vt quidam ex Veteri-  
bus locutus est) statuo eam esse doctam igno-  
rantiam, quum ea quæ nescienda sunt, nesciun-  
tur. Verum enim uero meæ ignorantię misertus,  
jam te eximium doctorem præbes, vt me tan-  
dem doceas, quid sit, Ecclesiam ædificari super  
Petrum: atque ita rem nobis explicas, vt ideo  
Ecclesia ædificetur super Petrum, quia certa  
reditur de vna fide à Petro, qui fuit exordium  
vnitatis Ecclesiæ, & os omnium Apostolorum.  
Nos de exordio vnitatis, & de ore omnium A-  
postolorum agemus suo loco. Nūc tuam defi-  
nitionem tantum excutio, & ex illa ita ratioci-  
nor: Si Petrus est fundamentum Ecclesiæ, quia  
certam facit Ecclesiam de vera fide: Ergo, Om-  
nes Apostoli sunt Ecclesiæ fundamentum: quia  
omnes Apostoli Ecclesiam de vera fide certam  
fecerunt: atque adeò omnes Ecclesiæ Ministri  
id præstare debent: sic enim Ioannes: Vita in-  
quit, patefacta est, & vidimus & audiuimus, id an-  
quod, inquam, vidimus & audiuimus, id an-  
**I. Ioan. I.**  
**Luc. 24.**  
**Act. 26.**  
**Act. 10.**  
**Act. 2.**  
**Act. 10.**  
nunciamus vobis, &c. Item: Vos autem etsi  
horum testes, inquit Christus. Item: Perstiti in  
hunc usque diem, (inquit Paulus apud Lucam)  
testificans ista tum paruis, tum magnis. Et pau-  
lo antè: Idcirco apparui tibi, vt designarem te  
ministrum ac testem, tum eorum quæ vidisti,  
tum eorum in quibus apparebo tibi. Et ipse  
Petrus, Cuius, inquit, testes nos omnes sumus.  
Item Petrus: Hunc, inquit, Deus excitauit tertio  
die, fecitque ut conspicuus fieret: non toti po-  
pulo,

pulo, sed testibus, quos ipse prius designauerat, nimirum nobis qui comedimus ac bibimus vna cum eo, posteaquam resurrexit a mortuis: præcepit autem nobis, ut prædicaremus populo, ac testificaremur eum esse, qui definitus sit a Deo iudex viuorum ac mortuorum, &c. Hæc Petrus ipse, aduersus quem tandem disputat Turrianus, ut suo Pontifici gratificetur: in quo (si Leoni credimus) semper viuit, regnat & deliciatur Petrus. Imò vero Petrus in Christo viuit, qui vera est omnium piorum vita, nihilque habet commune cum vestro illo aulico splendore, & plusquam regio principatu, cui vos impudentissime nomen Petri, & successionem prætexitis.

## TVRRIANVS.

**A**ctorum 15. in nobis inquit Petrus, Deus ele-  
git per os meum audire Gentes verbum Eu-  
angelij, &c. Non dixit per os nostrum, cur ergo sibi  
tribuit, quod alioqui commune erat aliorum Apo-  
stolorum? nonne loquitur ut is qui præest? quod si  
Petrus erat os omnium Apostolorum, erat igitur  
eorum caput: Quis enim vidit unquam os sine  
capite, aut caput sine ore? Itaque, dicit, vos sci-  
tis quoniam ab antiquis diebus, &c. unde illud  
sciebant omnes? nempe ex hoc loco Matth. Tu  
es Petrus, &c. quomodo tu ad hæc respondere  
poteris bone Sadeel? Authoritatem Petri citat Pag 81.  
Iacobus, qua confirmatus audet dicere constanter,

III.I.

Pag. 80.

p. ij.

S A D E E L.

**D**icit Petrus sese à Deo electum, vt per os  
ipius, Gentes audirent verbum Euange-  
lij, non quod solus docuerit Gentes (cùm po-  
tiùs id muneris imprimis Paulo cōmissum fu-  
rit, vt ait ipsemet Paulus in Epist. ad Galatas,  
qui propterea Doctor Gentium <sup>απόστολος</sup> vocatus est) sed quia Petrus primus annūtiauit E-  
uangelium Gentibus, vt perspicuum est ex hi-  
storia de Cornelio Act. 10. Hunc esse sensum  
verborum Petri, & res ipsa satis docet, & que  
consequentur apud Lucam manifestè compre-  
bant. Sic enim Iacobus (quem falsò dicis Petri  
sententia confirmatum, ausum esse dicere con-  
stanter: Propter quod ego iudico: cùm potius  
tunc videri posset Iacobus, idque ex Veterum  
quorundam sententia, illi actioni præfuisse, at-  
que ita supra Petrum eminuisse, quem etiam  
priori nomine Simeonem appellauit: ntitur  
autem Iacobus, non Petri, vt ais, sed Scripturz  
authoritate, cuius ipse locos citat) Simeon, in-  
quit, exposuit, quomodo primū, <sup>παπάτον</sup>, Deus  
respexerit Gentes, vt sumeret ex ipsis populum  
nominis suo, &c. Quid hoc autem, Turria-  
ne, ad illum Petri commentitium Principa-  
tum? Quanto verò minus res hæc ad tuum  
Pontificem pertinet? Ecquod enim est istud  
argumentum? Petrus primus annunciauit E-

<sup>Act. 15.</sup>

<sup>ver. 14.</sup>

Evangeliū cuidam ex Gentibus, Ergo est omnium Apostolorum princeps? Item: Ergo est Ecclesiæ Catholicæ fundamentum. Item Ergo Pontifex Rom. debet habere in omnes Ecclesiæ principatum. Hæ sunt consequentiaæ Turianicæ. Atenim, Franciscæ, prudensne an imprudens id facias nescio. Tu certè hoc argumeto magnam securim inflixisti tuo Pontifici, cuius causam prodis. Nam si elucet primatus Petri (vt tu vis) in eo quod Cornelium cum suis, per os ipsius audierunt primùm Euangelicam doctrinam: hac quidem in re, Petro succedi non potuit. Necesse est enim id tātūm semel factum esse: quia cuiusque rei vnum est initium: in Successione autem, illud, *primūm*, locū habere non potest, alioqui iā nō erit successio. Deinde argumentaris ab ore ad caput, adeò vt cōcludas Petrum fuisse caput, quia Deus elegit, vt per os ipsius, Gentes audirent verbum Euangelij: & ita mirificè ratiocinaris, non esse os sine capite. Que quidem omnia, si vera sunt, Franciscæ, video tuum Pontificem manifestè causa cecidisse. Etenim si Petrus primus docuit Gētes, Papā vero nec primus, nec secundus, nec vltimus ullam gentem docet: nullum hīc successionis, nullum similitudinis vestigium agnosco. Nec te iuuat quod profers postea (de quo nos pluribus suo loco) nempe Papam aliorum oculis videre, aliorum ore docere & concionari, aliorum pedibus peragrare vniuersum terrarum orbem: illa, inquam, omnia, vestram causam

non subleuant. Nam Petrus nominatim dicit in hoc loco , quem citasti , *Deum elegisse ut Gentes audirent Euangelium per os ipsius: non dicit, per os Monachorum & reliquorum eiusmodi, quos scilicet nobis proponis tanquam fistulam, per quam vox illa suauissima tui Pontificis ad aures omnium Gentium perueniat.* Item : Petrus non alienis , sed suis ipse pedibus ad Cornelium profectus est: suis, inquam, non alienis oculis Cornelium vidit: non alieno, sed ore suo Cornelium affatus est, Cornelium docuit, & instituit vera Euangelij cognitione. *Quî fieri igitur potest, ut Pontifex Rom. Petri successor habeatur.* Nunquamne te pudebit eius, quod toties solitus es dicere, Petrum esse, viuere, manere in successore suo Pontifice Romano? Obscro te, mi homo, quid potest facere Petrus in Pontifice, quandoquidem ipse Pontifex per se nihil facit , sed omnia (ut quidem nobis explicas) facit & operatur per alios? Ipsi Monachi, & alij in quibus videt, audit, loquitur , & ambulat Pontifex Rom. suntne eius quoque successores, in quibus ille viuit atque operatur?

Et quia video te laborare , quomodo tibi respondeam ( sic enim exclamas : *Quomodo tu ad hec respondere poteris, bone Sadeel?*) libero te ista cura : Nobis enim amplissimum respondendi argumentum, ipsa tua argumen-  
ta suppeditant. Quæris, quis vñquam viderit  
os

os sine capite: Respōdeo, si verum est quod aīs  
Pontificem Romanum esse vestrę illius Eccle-  
się caput, nos in eo videre, si non os sine ca-  
pite, certe, caput sine ore: quandoquidem ne-  
que docet, nec aliquid eorum præstat, quæ  
pertinent ad munus Euangelicæ prædicatio-  
nis. Evidem, Turriane, quoties tuorum  
Syllogismorum rationem in eo, toties soleo  
mirari tuam in argumentando ~~ayxivovas~~, & mi-  
rificum illud tuum rerum nouarum studium,  
qui nouos planè Syllogismos, ex noua qua-  
dam arte depromptos, nobis identidem ob-  
iicias. Nullum est os, inquis, sine capite,  
Petrus fuit os Apostolorum, Petrus igitur  
fuit caput. Sic ex duplice Metaphora, eaque  
varia ac dissimili, rem unam candemque si-  
ne Metaphora colligis. Iuxta illud ~~s. diale-~~  
~~xlii, rati metaphorais.~~ Itaque siquando princeps  
aliquis adhibebit interpretē, tum ille in-  
terpres, cūm sit os principis, erit quoque i-  
psius principis caput. Ista, Turriane, no-  
ua sunt, ne ignores, & planè noua, atque  
haec tenus inaudita argumenta, ac propterea  
non usu quotidiano, vt tu facis, terenda  
censeo: sed siquando grauiissima pericula  
imminebunt, & Annibal erit ad portas;  
tum tu, Turriane, ex rupe illa Tarpeia iacu-  
laberis istos Syllogismos, & proculdubio  
hostes rei nouitate perculsi in fugam verten-  
tur.

V.  
Pag. 82.

**F**acta seditione ab iis, qui ex Iudea Antiochiam Hierosolymam ad os Apostolorum, qui erat Petrus: ut cū eo conferret Euāgeliū prædicacionē, & autoritatē prædicationis sua apud omnes ex ore Petri adiūceret; ne forte in vanū curreret, aut cucurisset: vide Tertull. lib. 4. contra Marcionem: Dices Tertullianū, non Petri nominatim, sed antecessorum facere mentionem, responsū habeo: non opus fuisse, quia Tertullian⁹ nō vidit in Spiritu tuos Protestates, ut hoc viceret: Sciebat ille autoritatem antecessorum in ore unius Petri reseditisse.

## SADEEL.

**C**onfundis Scripturæ locos, videlicet Gal. 2. cum Act. 15. (quod à quibusdam etiam Veteribus factum video) In priore loco Paulus ipse commemorat causam suæ profecionis. Ex revelatione, inquit. In posteriore loco longè alia ratio redditur, nempe quod orta esset sedatio ac disceptatio non exigua, quum illi qui ex Iudea descenderant, vrgerent ceremonias Mosis. Itaque in loco Epist. ad Gal. fit mentio Titi, quā vnā cū Paulo Hierosolymā profectus est: de quo Act. 15. nihil tale dicitur. Accedit etiā aliæ grauissimæ cōiecturæ ex cap. Act. 11. ver. 30. & cap. 12. ver. 15. & cap. 18. ver. 22. adde 2. Cor. 8. ver. 23. ex quib. & plerisq. aliis cōsimilib. perspi- cuū est. Paulū sāpius Hierosolymā profectum, & pro-

& profecitionem illam cuius meminit Gal. 2. nō  
cam esse, quæ describitur à Luca Act. 15. Itaque  
quum dicis, Facta seditione ab iis, qui ex Iudæa  
Antiochiam descenderant, Paulum cum Bar-  
naba ascendisse Hierosolymam ad Petrum os  
Apostolorum, quum, inquam, hæc dicis, falsa-  
rius es, & verba Lucæ manifestè corrumpis: sic  
enim Lucas Act. 15. ver. 2. Orta, inquit, seditio-  
ne, ac disceptatione non exigua Paulo ac Bar-  
nabæ aduersus illos, statuerunt, ut ascenderent  
Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad A-  
postolos, ac Presbyteros Hierosolymam, &c.  
vbi nulla sit mentio Petri nominatim. Atque  
liquid haberet loci, quod toties inculcas de ore  
omnium Apostolorum, certè, Jacobus censem-  
dus esset tūc potius suisce os Apostolorum, qui  
videtur audita aliorum sententia, rem defini-  
uisse: adeò vt in eius planè sententiam, decretū  
illud Apostolicum perscriptum sit.

Porrò perperam exponis hæc verba Pauli  
Gal. 2. Ne quo modo frustrà currerem, aut cu-  
currissim. Primum enim non hīc agitur de Pe-  
tro speciatim: sic enim Paulus, Exposui, inquit,  
eis Euangeliū, quod prædico inter Gentes:  
sed priuatim cum eis qui sunt in pretio, ne quo  
modo frustrà currerē aut cucurrissim: Eīs, in-  
quit, non soli Petro. Deinde hēc postrema ver-  
ba perperam interpretaris, quasi Paulus à Pe-  
tro accipere debuerit prædicationis suæ con-  
firmationem, quod planè ineptum est, atque e-  
tiam ridiculum: cuius enim prudentiæ, aut cō-

234 AD REPET. TVRR. SOPHIS;  
sciētiæ fuerit, Paulum totos annos quatuordecim Euāgelium prædicasse, deinde pōst quatuordecim annos à Petro confirmationem, & authoritatem prædicandi petere? Audi enim  
*In 2. cap.* qui dicit Chrysostomus in hūc locum. Quid  
*ad Gal.* autem Paulus? inquit, quanto præstiterat, illud protinus initio fecisse, quām post tot annos? Cur autem currebas, si non persuasum habebas, te non in vanum currere? Ecquis est tam excors, vt tot annos prædicet? Ignarus an rectè prædicet? siquidē ipse est, qui dicit: Sic curro, vt non in incertum, sic pugilē ago, non vt aërem verberans. Postea subiicit: non ipsi opus fuit discere, an in vanum cucurisset, sed viis, qui ipsum accusabant, planè persuaderetur, &c. Si quos igitur haberet oculos, Franciscus, francis, faciliè videres, Paulū in hac ipsa epistola hoc imprimis vrgere, se nihil ab aliis Apostolis accipisse, & se reliquis Apostolis non fuisse inferiorem. Quorsum igitur, inquires, hæc verba Pauli? Ne quo modo frustrā currerē, aut cucurrissem. Nimirum vt ex Chrysostomo audiimus, hoc colloquio, & hac communicatione, Paulus tollere voluit impedimentum, quod Pseudopostoli obiiciebant, sparsis falsis rumoribus, quasi Paulus aliter doceret, quām reliqui Apostoli. Quare Paulus cauere voluit, ne si hæc calumnia in animis hominum hæreret, labor ipsius esset irritus. Ab hac sententia non fuit etiam alienus Hieronymus, qui sic illa verba exposuit: Non quò Paulus timuerit, inquit, ne

per

per decem & septem annos falsum in Gentibus Euangelium prædicasset, sed ut ostenderet predecessoribus suis, non se in vanum currere, aut cucurrisse, sicut putauerant ignorantes. Hæc ille. Cæterum Tertullianum obiiciens, tu simul nobis responsionem porrigis: Nec enim ibi Tertullianus Petrum nominat, tantum adest ut eum principem constituat: sed in genere dicit Paulum venisse ad Apostolos. Verū tu hic aliquid noui excogitasti, quum aīs Tertullianum non vidisse in spiritu meos Protestantes. Quid si dicam eum vidisse in spiritu tuos Pontifices, vósque omnes Monachos Pontificū assentatores, ac propterea in genere fuisse de Apostolis loquutum, nihilque de Petro specificationem dixisse, ne forte id, ad erroris vestri confirmationem acciperetis?

## TURRIANVS.

**P**aulus dixit se venisse Hierosolymā: ut vide-  
ret Petrum, nempe ut deferret honore Petro. Nam satis significat aliquid in Petro fuisse insigne. Huc spectat verbum ἵππου, quod significat visere aliquid excellēs & insigne, ex Theophylacto, cuius locum describam Gracē, quia Antonius Gracis delectatur. Hoc exemplū secuti Patriarcha, olim cum eligebantur, scribebant ad Episcopum Romanum, similque ab eo approbationem petebant, extant adhuc eiusmodi epistolæ, quas Synodicas vocabant.

VI.

Pag. 82.  
& sequ.

## S A D E E L.

**V**erbū *isophorū*, in hoc loco significat inuisere, cognoscēdi gratia, ut patet ex circūstātia loci, Quia verò Theophylactus, quē obiicis, solet sua decerpere ex Chrysostomo: ipsam igitur Chrysostomū audiamus? Quid, inquit, hoc animo possit esse modestius. Post tanta talia que benefacta, cùm non egeret Petro, nec illius voce, sed honore esset par illi, nihil enim hīc dicam amplius: tamen ascendit velut ad maiorem, ac seniorem, &c. Vides, Turrianē, quomodo Chrysostomus existimariit Petru fuisse Paulo maiorem, non honore(hoc enim negat) sed ætate, & quòd prior fuerit tempore Apostolus, quām Paulus: quod Paulus ipse agnoscit, tum in hoc loco his verbis: *Adeos qui ante me fuerant Apostoli: tum alibi, quum ait esse minimū Apostolorum.* Tibi igitur, Frācis ce, per me licebit multa dicere de Pauli modestia, déque eius erga reliquos Apostolos obseruantia, qui alibi præcipit, ut honore exhibēdo alij aliis præeamus, modò nequid detrahas de dignitate Apostolatus ipsius, cuius autoritatē tanto studio in illa epistola asseruit. Nam interim dū occuparis in Theophylacto Grācē recitando, ego Pauli cùm sententiam, tum verba diligenter expendens, & (ut verbum usurpem quod mihi obiicis) *isophorū*, animaduerto te planè non tam aduersus nos, quām aduersus Apostolum ipsum disputare. Sic enim ille: Notum vobis facio, fratres, Euangelium prædicatum ē me;

*In 2. cap.  
epift. ad  
Gal.*

*I. Cor. 15.*

*Rom. 12.*

*Gal. I.  
ver. II.*

me, non esse secundum hominem. Neque enim ego ab homine id accepi, neque edocitus sum, sed patefaciente mihi Iesu Christo. Et paulò post. Quando placuit Deo, qui separauit me ab utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, retegere filium suum in me, vt Euangelizarem ipsum inter Gentes: non statim contuli cū carne & sanguine: neque redij Hierosolymam ad eos, qui ante me fuerant Apostoli: sed ab ij in Arabiā, &c. Quibus verbis Paulus apertè proficitur, sibi non fuisse Hierosolymam proficisciēdum ad Apostolos, vt confirmationis, vel autoritatis aliquid ab illis acciperet, quod tamen tu affirmas, Turriane: atque ita illa affirmatio, quæ pugnat cum affirmatione Pauli, est veritatis negatio. Synodicas autem illas epistolas, quas attexis, nihil moror, & siquidem res postularet, magna ex parte illas esse commētitias, vanas ac futilis, dicerem & probarem: sed siquid roboris in illis constituis (ego enim illas flocci facio) age igitur cum Græcis, vt, si possis, illos tuo Pontifici subiicias, epistolarum Synodicorum autoritate: nos enim iampridem illis nūgis non ducimur.

## TVRRIANVS.

**A**ugustinus contra epistolam fundamental cap. VII.  
5. Nisi, inquit, Ecclesia Catholica commoueret autoritas: at quomodo commouere debet? nūquid consulende sunt omnes mundi Ecclesiae, ex

quibus una Ecclesia Catholica, tanquam totū quid-  
da cōstat? prouidit igitur Dominus, ut esset unū os,  
& caput Ecclesiae Catholice, ex quo sine periculo  
erroris, audiri posset, quid credendum, faciendumue-  
sit, nec est hoc fidem recumbere in creaturam, ut te-  
cum dure, & parū Latinē loquar.

## S A D E E L.

**Q**uasi verò Ecclesia Catholica sit Ponti-  
fex Romanus. Augustinum quidem tuum  
commouebat consensio populorum, atque gē-  
tium autoritas ( ut eius verbis vtar ) miraculis  
inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate  
firmata: tum, inquam, commouebat quidem  
piorum Pastorum, inde usque ab Apostolo-  
rum temporibus propagata successio. Quid au-  
tem illa omnia ad tuum Pontificem, Turriane,  
& ad vos Monachos Pontificis satellites, qui  
totius Ecclesiae autoritatem in uno homine col-  
locatis? vos populorum, & Ecclesiarum conser-  
vationem dissoluistis, de una Romana Ecclesia  
augenda solliciti: vos doctrinæ puritatem mira-  
culis inchoatam, spe nutritam, charitate auctam,  
vetustate firmatam vestrīs commentis, & Tra-  
ditionibus, vestrā ambitione & avaritia, vestrīs  
denique artibus, quantum in vobis fuit, corru-  
pistis, labefactastis, euertistis. Nec adhuc vos  
pudet, ornamenta Ecclesiae Catholice comme-  
morare, qui Ecclesiam Catholicam suis orn-  
mentis spoliastris, ut unum Romanum Pontifi-  
cem ornaretis. Porro negas tuam filē in crē-  
turam recumbere, quando Pontificem pro tuo  
fun-

fundamento agnoscis, qua de re nos supra egimus. Tibi vero satis fuit de re Grammatica mecum agere, quasi de eo inter nos disceptetur, ac tibi magno, scilicet Latinitatis authori, displicer quod dixerim Recumbere in creaturam. Atenim, Francisce, ille melius Latinè loquebatur, quam tu, qui sic aliquando locutus es: Partes in proclinas omne recumbit onus. Et aliud: Inque humeros ceruix collapsa recumbit. Debet igitur nostra fides in Christum recumbere, hoc est, Christo inniti: sed tu mavis fidem tuam in tuo Pontifice, cœu in molli herba recumbere, hoc est, iacere.

## TURRIANVS.

**S**i quis dixit Christus apud Matthæū, Tu es Pe VIII.  
str: nō tu eris Petr<sup>o</sup>. Nō legisti in Euāgeliō Ioā <sup>Pag. 89</sup>,  
nis, tu vocaberis Cephas: & Mar. 3. Imponit Simoni  
nomē Petrus: perinde est igitur, ut si diceret, tu voca-  
ris, & vocaberis Petr<sup>o</sup>. Hāc precationē Christi, Ro. <sup>Pag. 90</sup>,  
gauiprote, ne deficiat fides, dicens factam sub ipsum  
tempus mortis. At dixit Rogani, quid igitur vetat  
ad illud tempus referre, quo promisit adificaturum  
se Ecclesiam, super hanc Petram?

Reputemus Christum sic precatum esse tunc. En <sup>Pag. 91</sup>,  
Pater cœlestis, promitto adificaturum me Eccle-  
siam tuam & meam super fidē Petri, quam ei reue-  
lasti, tāquā super Petrā. At firma fides instar Petre,  
virtute propria Petri esse non potest: idcirco rogo, Pa-  
ter, ut firmes eam virtute tua & mea, quā erit toti

240 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
onili præficiendus, id est, quum dicetur ei, Pascere meas.

S A D E E L .

**I**N superioribus tuis libris, duplicum afferebas rationem, cur Simonem Christus Petru nominauerit: Videlicet tūm propter firmatē eius fidei, ex Matth. cap. 16. his verbis: *Tu es Petrus, &c.* tūm propter autoritatem firmandi fratres, Luc. 22. *Rogaui pro te, ne deficiat fides tuas.* & tu aliquando conuersus, confirmā fratres tuos. Hic ego tibi obieceram duos illos, nempe Matthæi, & Lucæ locos perperam à te confundi, quasi ad vnum idemque tempus essent referendi. Tu verò, bone vir, quid respondes? Affers ex 1. cap. Ioannis, & ex 3. Marci, Petrum statim ab initio ita fuisse à Christo nominatum, atque ita tecum potius, quam mecum pugnas. Nam ipse refers impositionē nominis Petri ad hanc confessionem: nempe, vt ipsa Petri confessio fratio impositi nominis. Quæ quidem sententia plerisque ex veteribus placuit. Sic enim Hieronymus, Simoni, inquit, qui credebat in Christū, cap. 16. Petri largitus est nōmē. Nec sum tamē nescius, quosdam ex Veteribus malle Petrum statim illud nomen à Christo habuisse: sed ita, vt ratio illius nominis imprimis ex hac confessione pertenda sit. Sic enim Christus, *Beatus es Simon Bar-Iona, &c.* *Tu es Petrus, &c.* Meminit quidem utriusque nominis, sed ad solum nōmē Petri allusit, quum locutus est de ædificanda Ecclesiā.

Cùm autem Christo omnia sint præsen-  
tia, longè ante illam confessionem à Petro edi-  
tam, nomen illud Petro imposuit. At nos po-  
tissimum quærimus rationem illius nominis,  
cámque, post veteres doctissimos, constitui-  
mus in præstantissima hac confessione, de qua  
sic Christus: Caro & sanguis non reuelauit ti-  
bi, sed Pater meus, qui est in cœlis. Atque ut vi-  
deas, quām ahimo perturbato, hoc est, more  
tuo, in hoc loco verseris: si statim ab eo tem-  
pore, quo Petrus in cœtum, & in familiā Chri-  
sti receptus est, illud nōmē habuit impositum,  
vt vis: certè falsum est, quod affirmas, cum fuis-  
se dictum Petrum, propterea quòd dixit Chri-  
stus Lucae 22. Rogavi pro te, ne deficiat fides  
tua, &c. Nam hæc Christi verba, non possunt  
referri ad tempus illud, quo primū Petrus à  
Christo vocatus est: quinetiam refers hanc pre-  
cationem Christi ad illud tempus, quo dictum  
est Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram,  
&c. Atque hæc de tua obiectione. Nam bella  
hæc tua interpretatio, Tu es Petrus: hoc est, tu  
vocaris: & semper vocaberis Petrus, solo risu  
reiciēda est. Eccui enim dubium esse poterat,  
postquā semel ita vocatus est, eum ita deinceps  
vocandum esse? Quare quum apud Ioannē ita  
dixit Christus, tu vocaberis Petrus, certè ma-  
nifestum est ita dixisse, Tu deinceps ita voca-  
beris. Quòd autem me reprehēdis, qui dixerim  
precationē illam, cuius meminit Lucas cap 22,  
factam fuisse sub tempus mortis Christi, hoc

q.i.

Luc.22.  
lib.2.Aduers.  
Pelag.  
lib.2.

satis arguit te locum illum satis attētē non legisse. Sic enim Christus paulò antequām caperetur, Petrū compellans: Simon Simon, inquit, ecce Satan as appetiit vos, quos ventilaret sicut triticū. Sed ego rogaui pro te, ne deficerat fides tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. Hic, Turriane, nōnne vides, tum Christū rogasse pro Petro, quum Satan as Petrum, & alios Apostolos appeteret, vt eos ventilaret sicut triticum? quod ad tempus mortis & passionis Christi referendum esse, ipsa loci circumstantia apertissimè demonstrat. Recte igitur Hieronymus de hac precatione Christi verba facies: Optimum, inquit, revera tempus, instantे cruce de dignitate contendere: Simon, inquit, Simon ecce Satan as expetit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te, ne deficeret fides tua, &c. Sed etiamnum voluisti Euangelistā agere, ac nobis adscribere ipsam Christi precationem, cuius tamē effectus differretur in illud tempus, quum ei dictum est postea, Pasce oves meas. Atqui opus erat præsentī remedio. Instabat enim pugna longē acerrima, & in qua etiā lapsus est Petrus: sed ita lapsus, vt non plane eius fides deficeret, vt potē quæ virtutē & efficaciam precationis Christi iam tum senserit. Quare, Turriane, illam non Christi precationem, sed tuum somnium, tibi magno somniatori, remittimus.

Turri-

## TVRRIANVS.

**S**I Ecclesia fundata est super confessionem Petri, IX.  
Tergo super ipsum Petrum: nam confessio fidei à Pag. 91.  
Petro nomine omnium collegarum edita, & Petrus ḡ 92.  
edens illam confessionē, re & subiecto vnum sunt,  
ratione tantum differunt. Nā confessio est energia,  
& omnis energia est actus, & omnis actus est substā  
tia alicuius actus: itaque non potest esse sine substā  
tentis, neque post maneat, sequitur cū nō vivat mō  
tor, ḡ 93, ut inflāmatio secum infert inflam  
mantem, & inflammatum. Itaque Petri confessio  
nihil aliud est, quam Petrus confessionem edens.

## SADEEL.

**H**ic tua vel inscitia dolenda est, vel malitia  
non ferenda: Manifesta est fallacia <sup>narrat</sup>  
<sup>in querencia</sup>. Nomine cōfessionis Petri, ego in  
telligo rem ipsam, quam Petrus confissus est:  
& sic loquuntur cū Veteres, tūm Recētores.  
Tu vero, præclare disputator, intelligis actum  
ipsum confessionis Petri confitentis. Et rursus  
in Philosophiam excurrere conaris, hoc est, vt  
ille dicebat, *Icarius pennis te credere ponto.* Et  
quia citans Aristotēlem mihi aliquando obie- <sup>Pag. 194.</sup>  
cisti, me <sup>τα περιώδηα διάνειν</sup>, agè, nos Franciscum  
Turrianum philosophantē, hoc est, Icaris pen  
nis volantem, persequamur. Confessio, inquis,  
fidei à Petro edita, & Petrus edens illam con  
fessionem, re & subiecto vnum sunt, ratione  
q. iij.

244 AD REPET. TYRR. SOPHIS.  
tantum differunt. Dicendum igitur fuerat, Tur-  
xiane, Confitens tunc, & Petrus, fuerunt idem  
numero. Sic enim Aristoteles, & veri philoso-  
phi, hoc est, eruditio loquuntur. Vide Aristotelē  
lib. i. Top. cap. 6. τοι τον δια inquit, ὅτε ἀπὸ τῶν οὐ-  
βεβηκότων, εἰσος τὸ ηγεθήμαρον, ἢ τὸ μετοικὸν Σωκράτες. Πάντα  
γὰρ τοῦτα τὸ ἐν διῃδημῷ βέλετα σημαίνει. Tu verò tuo  
more, quæ tua est αποδευτια, idē recessidicis, quod  
numero idē dicendū fuit. Deinde nō distinguis,  
inter ea quæ numero eadē, (re eadē vocas) & ea  
quæ Subiecto eadē dicūtur. Denique tu cōfun-  
dis Categoriarū genera, & imprimis Substantiā  
cum Actione: quanvis enim actus sit Substantia  
actus, tamen actus non est res eadem quæ Sub-  
stantia, alioqui esset Substantia: & semper dis-  
crimen adhibendum est inter actum, & agen-  
tem. Hoc enim solius Dei propriū est, ut Deus  
intelligens, & intellectio Dei sint idem: sed ve-  
reor ne forte surdo canam. Verumen in uero  
nōne poteras tuum errorem sentire, vel ex eo  
quod dicere soles (ut infrā dicēdum erit) Eccle-  
siam semper ædificari super Petrum: at qui si Pe-  
trus, & Petri confessio, hoc est, actus Petri con-  
fitentis, idem sunt, Petrus autem non semper  
edat illam confessionem, (ille enim actus fuit  
temporarius) sequeretur Petrum iampridem  
esse desississe, quia iampridem desuit illā confes-  
sionem edere, ac proinde Ecclesiam non iam  
ædificari super Petrum confitentem. Quinetiā  
dicis hanc actionem, de qua loqueris, nec fuisse  
ante motum, siue operationem confitentis, ne-  
que

que post mortem manere: atque ita, per te, non  
iam amplius manet Petrus. Nec est quod di-  
cas, Petru manere in successore, quia actio Pe-  
tri confitentis, non potest esse actio successo-  
ris: nam actio Petri, inquis, habet tantum esse  
in fieri, quādoquidem fieri tantundem durauit,  
quantum ipsius Petri confitentis actio: hoc est,  
tandiu dum hæc verba pronunciauit: Tu es  
Christus filius Dei viuentis. O præclarum ac  
perpetuum Ecclesiæ fundamentum, si Turria-  
no credimus! Absit autem, ut actus momenta-  
neus sit firmissimum illud, & incōcussum fун-  
damentum Ecclesiæ, quo subnixa portas ipsas  
inferorum superat. Summus Orator ludebat a-  
liquando in eos, qui suæ sententiæ, & suorum  
dogmatum fundamentum tanquā in aqua po-  
nebāt: quid obsecro dicitur<sup>9</sup> de nostro Turria-  
no, qui non in aqua, sed in aëre, fundamentum  
Ecclesiæ constituit, nempe in momētanea illa  
actione Petri, hæc verba pronuntiatis: Tu es  
Christus filius Dei viui? Sic enim ille, Sequitur,  
inquit, τὸ τῷ γίνεσθαι μένον τὸ ἐντομένον. At iampridē  
desit τὸ γίνεσθαι illius cōfessionis: quare non am-  
plius est: ac proinde ex Philosophia Turriani,  
non amplius est Petrus, quia ille actus confessi-  
onis, & Petrus, idē sunt, inquit Franciscus Tur-  
rianus infelix Grāmaticus, infelicior Dialecti-  
cus, infelicissimus Theologus.

## TURRIANVS.

**Q**uam fidei confessio nomine collegarū omnium X.  
in se esse non possit, in quo alio pones, quam pag. 92.  
q. iij.

AD REPET. TVRR. SOHPIS.  
*in Petri successore? Ostende aliquem in terris qui nomine omnium Apostolorum, confessionem fidei edat. Nullum reperies, si successorem Petri tollas, qui est os omnium Episcoporum, qui Apostolorum successores sunt.*

## SADEEL.

**G**Arris Turriane, non disputas. Ostende, in-  
*Quis, aliquem in terris qui nomine omni-  
 um Apostolorum confessionem fidei edat. Sed  
 tu, ostende nobis Christum in terris versantē,  
 & Apostolos suos interrogantē, vt narrat Mat-  
 thæus cap. 16. ac tum ego tibi ostendam, qui e-  
 dat confessionem omnium Apostolorum no-  
 mine. Quid? túne adeò defnens es, vt existimes  
 aliquem esse oportere, qui semper nomine A-  
 postolorum confessionem edat? Iam quia Pon-  
 tificem cum Petro, & Episcopos cum Aposto-  
 lis comparas, sequeretur ex hoc mirifico tuo ar-  
 gumento, quemadmodum reliquis Apostolis  
 tacentibus, solus Petrus locutus est: ita Episco-  
 pis, & vobis omnibus tacentibus, solum Ponti-  
 ficem loqui: quod tamē contrā fit. Nam vester  
 Pontifex (quē vocas os omnium Episcoporū)  
 semper tacet, ipsique Episcopi tacent, vósque  
 propè soli Monachi loquimini, aut clamatis po-  
 tiū, nō vt Christi cōfessionē edatis, sed vt veræ  
 cōfessioni à Petro editæ, & ipsi doctrinæ Euágē  
 licæ, quātūm in vobis est, obstrepatis. Et tu, sci-  
 licet, à me postulas, vt aliquē ostēdam in terris,  
 qui Apostolorum nomine confessionem edat,*

præ-

præter Romanum Pontificem. Ah, Turriane,  
(dicam enim quod sentio) veretur profecto, ne  
si forte hodie Christus vos aulicos Pontificios  
interrogaret his verbis: Vos autem quem me  
esse creditis? Vereor, inquam, ne vix unus repe-  
tiri posset, qui vel suo, vel aliorum nomine ex  
animo respoderet, *Tu es Christ⁹ fili⁹ Dei vinētis.*

## TURRIANVS.

**C**itat quosdā ex Veteribus exponentibus locū XI.  
Mathei, & inter eos Theophanē Ceramæū Pag. 92.  
Episcopum Siculum, his verbis: *Tu es Petrus &c.*  
spiritualis edificationis primus aditus: super hanc  
enim confessionem tuam, fundamentum Ecclesia  
stabit, tali nāmque Petra collocata, reliqua dogma-  
ta firmē, ac tutō edificabuntur.

## SADEEL.

**L**icet non magis Episcopi Siculi, quām His-  
pani Monachi, autoritate ducar: vnum tā-  
men dicam ad tuam illam obiectionē petitam  
ex Theophane Ceramæo: me nempe mirari,  
quod non intelligas hæc verba tui Episcopi Si-  
culi, quē citasti: super hanc confessionē, inquit,  
(non autem super tuā, vt addis de tuo, sic enim  
Græcē ipse recitas, ἐπὶ ὀμλογίᾳ τὸ ταύτην) fūdamē-  
tum Ecclesiæ stabit: tali nāmque rupe posita,  
reliqua etiam dogmata tutō edificabūtur. *καὶ*  
*τὰ λεπτὰ δύναμεν*, inquit. Ex quibus vides (nisi for-  
tē es ex eorū numero, qui oculos habēt, & non  
vidēt: ac propterea nō plenē locū illū de Græco  
conuertisti) vides, inquā, Ceramæū nomine co-  
fessionis intelligere, non actionē Petri confit-

q. iiii.

248 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
tentis, sed illud ipsū quod Petrus confessus est.  
Itaque affirmat posito illo & cōstituto prima-  
rio dogmate de Christo filio Dei viuentis, fore  
vt reliqua dogmata tūtō ædificantur. Ecce igit-  
tur tuus Episcopus Cerameus à te vocatus, in te  
pronuntiauit.

XII.  
Pag. 95. T V R R I A N V S.  
**P**etrus vocatus est Satanas, sed illa imprudētias,  
& inscītia Petri nō lēgit Christi promissionem;  
Nam ignorantia eorum que credenda sunt firmē,  
non tollit firmam fidem, alioqui omnes idiote Eccle-  
siæ, & ignari articulorum fidei, quos vocamus, fidem  
firmam amiserunt.

Ibi. Pugnantia loqueris, cūm affirmas Confessionem  
editam à Petro, esse fundamentum Ecclesiæ, & ne-  
gas firmitatē fidei Petri esse Ecclesiæ fundamen-  
tum.

S A D E L.

**F**Idem Petri non fuisse ab eius inscītia & im-  
prudentia lēsam dicis, tum quum fuit à  
Christo Satanas appellatus. Si ita est, dic sodes,  
quāmobrem Petrus à Christo fuerit tam acri-  
reprehensione refutatus. Pudet me tu x impu-  
dentiae, Turriane, qui vt Petrum excuses, Chri-  
stum non dubitas accusare. Num leue est, Sa-  
tanam appellari? At Petrus appellatus est Sata-  
nas, idque à Christo: ac propterea non sine ra-  
tione. Vbi igitur firma illa, & perpetuò incon-  
cussa Petri fides, quam tu vis esse Ecclesiæ fun-  
damentum? Nihil attinebat, dices, ad fidem Pe-  
tri. Obsēcro, cuīnam loquebatur Christus? Pe-  
tro, videlicet: tu verò paulò antè dicebas, con-  
fē-

fessionem Petri , & ipsum Petrum **idem** esse.  
Quomodo igitur nunc vis Petrum ipsum fuisse  
Satanam, & Petri fidem fuisse integrum & per-  
fectam? Atenim, inquis, inficitia non tollit firmā  
fidem. Nescis igitur quid sit fides, mi homo, qui  
nescit quod scire debet, non potest habere ple-  
nam fidem. Petrus autem scire debuit, Christo  
esse pro nobis moriendum: at tunc nesciebat, i-  
taque auditio mortis nomine exhorruit. Si quis  
igitur hodie nesciret Christo fuisse pro pecca-  
tis nostris moriendum, is-ne, Turriane, tibi  
firmam fidem habere videretur? Agnosce tan-  
dem quod verum est, nempe fidem Petri , qua  
Petrus credidit, non eam fuisse , super quam  
Ecclesia ædificata est: sed fidem Petri , hoc est,  
illum ipsum in quem Petrus credidit, & quem  
confessus est, nempe Christum filium Dei viue-  
tis, esse perpetuum ac firmissimum Ecclesiae fun-  
damentum. Non enim debuisti ignorare distin-  
ctionem illam quam Pater tuus Lombardus  
posuit his verbis: Fides, inquit, accipitur tribus  
modis: scilicet pro eo quo creditur, id est vir-  
tus: & pro eo quo creditur, & non est virtus:  
& pro eo in quod creditur. Quę quum recte in-  
telliges, tūm facile videbis, me non pugnantia  
loqui, quemadmodum obiicis, qui tibi videris  
satis dicere modò cōtradicas, nimirū ex eorum  
numero, de quo ille aliquando dixit , πολλοὶ ἀγ-  
νῶν μὲν εἴησαν περὶ πεντὸς ὥρων: ὅπθας δὲ αὐτοὺς εἴησαν

- XIII. Pag. 96. **P**etra est charisma fidei, Petro promissum, & datum ad edificandum & firmandum Ecclesiam super eum. Etsi enim fides non nascitur in autoritate humana, sed in autoritate veritatis a Deo renelata: tamen, quae esset veritas a Deo renelata, tunc certos esse voluit, cum confessio nostrae fidei cum confessione fidei Petri, & successoris Petri consentiret.
- Pag. 97. Fundantur fideles super fidem Petri, quandiu a cathedra Petri non discedunt.
- Pag. 98. Charisma fundandi, & firmandi fideles datum est Petro, cuius fides certos reddit fideles de sua fidei collata cum fide, quam docet cathedra Petri, consentiens reperitur: Petrum enim posuit Christus, & esset regula fidei orthodoxa, de qua dixit Apostol. ad Philipp. & in eadem permaneamus regula.
- Pag. 99. Si Scripturam, solam fidei regulam Christus in Ecclesia reliquisset, quid aliud quam gladium Delphicum haberemus? quem inquit Arist. in Polit. f. bri aerari faciunt ob inopiam.

S A D E E L I

**T**andem nobis definiti quid intelligas nomine Petri, super quam dicis edificatam esse Ecclesiam: & quae tu incepisti ac temere effutis, ita fidenter pronuntias, ut si totidem oracula funderes. Si postulem, ut proferas Scripturæ locum, ex quo tuam illam definitionem deponspferis: dices te id non solitum facere. Si

rogem:

rogem, ut saltem vnum ex Veteribus producas, qui sic Petram definierit: repulsam patiar. Quid ergo saltem, Turriane, profer vnum ex Scholasticis illis, qui apud vos probatores habentur, qui tecū in hac definitione sentiat. Quòd si non possis: obsecro te, cuius arrogantiæ fuit, te nō um hominem, hāc planè nouam, tuisque tūm autoribus, tūm sociis incognitam definitionē, ausum esse proponere, & quasi ramum Sibyllinum abste vno ex inferis allatum, manu gestares, ita tuam istam definitionem identidem inculcare?

Sed iam excutiamus nouum istud acumen ingenij tui. Petra inquis, est charisma filii Petro promissum & datum. Quid? ignoráscne charisma esse donum personale, atque ita personale, ut Petri charisma, esse nō possit Pauli charisma? Sic enim Paulus: *Vnusquisque, inquit, proprium habet charisma à Deo: alius quidem sic, aliis verò sic.* Quòd si ita est, sequitur charisma Petro datum, non potuisse transire ad ullum successorem: atque ita, sepositis nostris armis, sola machina tuę definitio nis, adeóq; primo ipsius definitionis vocabulo, tui Pontifices, cum sua illa arce Angelica, siue Tarpeia corruerunt. Quinetiam, quum dicis charisma promissum & datum, quero, an quando Christus hāc verba pronuntiauit: *Tu es Petrus, & super hanc Petram, &c.* promiserit hoc charisma Petro, an verò etiam dederit. Suprà

*I. Cor. 7.*

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
negasti tunc fuisse datum, quia vis effectu pre-  
cationis Christi, fuisse dilatum, usque ad illud  
tempus, quum Petro dictum est: Pasce oves  
meas. Vnde igitur dictus est Petrus, an à Petra?  
at nondum illam tūm habebat, si tibi credimus.  
Video enim te moueri Petri lapsu, qui satis de-  
clarauit Petram illam, & firmissimū illud cha-  
risma fidei in Petro non fuissē. Verume inue-  
rò Christus dixit, *Tu es Petrus, non, Tu eris Pe-  
trus.* Quare necesse est, iam tūm Petram illā ex-  
titisse, propter quam dictus est Petrus. Nōdum  
autem erat in Petro illud charisma, de quo lo-  
queris: Petra igitur illa, non fuit charisma, vt tu  
definiendo dixisti. Addis in tua definitione: *Ad  
edificandum, & firmandum Ecclesiam super eum,*  
*Quid ais, mi homo? At Christus dixit, Super hīc  
Petram, non autem superte Petrum.* Petra autem  
est charisma, inquis: Ergo Ecclesia, ex tua defi-  
nitione, erit fundata non super Petrum, sed su-  
per charisma Petri. Verūm audio quid dicas:  
nempe Petrum, & charisma Petri idem esse (sic  
enim suprà de Petri confessione philosopha-  
bare) atque hoc scilicet vis ad tuos Pontifices  
pertinere. Itaque ex tuis verbis rem hactenus  
inauditam & incognitam colligo, videlicet non  
tātūm charisma Petri, sed ipsum etiam Petrum  
transire ad heredes: cuius nouæ transsubsti-  
tutionis rationem nobis, Turrianè, si placet, &  
quum per grauissimas tuas occupationes lice-  
bit, explicabis. Porro quasi tui oblitus, Etsi, it-  
quis, fides non nititur autoritate humana, sed au-  
tori.

toritate veritatis à Deo reuelata. Utinam vero,  
Francisce, teipsum hoc loco audires, & ea quæ  
dicis intelligeres. Nā si fides nostra nititur so-  
la Dei veritate nobis reuelata, nōne sola Dei  
veritas est fidei nostræ fundamentum? Contrà,  
si nostra fides nō potest nisi authoritate huma-  
na (vt fateris ipse) certè nec Petrus, nec charis-  
ma Petri, nec authoritas Petri poterit esse Ec-  
clesiæ fundamentum: quanto igitur minus Ro-  
mani Pontificis authoritas? Ecquod est enim  
fundamentum, quo ædificium non nitatur? ni-  
si forte loquaris de fundamento picto, & non  
vero fundamento: quemadmodum vulgo apud  
nos dicunt, Turrianum esse Philosophum, &  
Theologum pictum, nō autem verum: ac pro-  
pterea illis nominibus appellari *οὐανύμως*. Cæte-  
rū addis in expositione tuæ definitionis, Deū  
voluisse tunc certos nos esse, quæ esset veritas  
ab ipso reuelata, cùm fidei nostræ confessio, cū  
confessione fidei Petri, & successoris Petri, cō-  
sentiret: Atque ita tibi planè contradicis. Ete-  
niam si certi esse non possumus de veritate fidei,  
nisi nos de ea certos faciat Pontifex Rom. quis  
nō videt fidem nostrā nisi authoritate huma-  
na, quod tamen paulò antè negauisti? Quare  
huius præclari tui axiomatis peto confirmatio-  
nem. Dicis Deum voluisse: nos autem de Dei  
voluntate, non ex tuis somniis, sed ex ipsius Dei  
verbo iudicamus. Si ita dices, eam demum ef-  
fe veram fidem, quam Petrus, & quam reliqui  
Apostoli professi sunt, nobisque profitendam

tradiderunt, verum dices: atque ita quid opus erit tuo P̄tifice? nonne ex scriptis Apostolicis satis cognoscere possumus, quæ fuerit Petri, & aliorum Apostolorum fides? Quia verò tui P̄tifices suis Monachis stipati, nobis obtrudunt aliam Petri fidem, quam eam, quæ traditur in ipsius Petri, & in aliorum Apostolorum scriptis, dic mihi, Turriane, utrū credemus? Petrone, suam fidem explicanti, & tradenti in Scriptura, an Pontifici nouam Petri fidem cōminiscenti? Scilicet illud credit Petrus, quod Petrum credidisse volet Pontifex Romanus. Cur non de trahis vana ista integumenta, ut aperte nobis dicas, quod sentis: nempe eam demum veram esse fidem, quam Romanus Pontifex nobis ex suo folio dictabit? Huc enim redi denique, & eō vestri omnes conatus referūtur. Quamobré si solus hic est ysus charismatis Petri, ut nos certos faciat, quænam fuerit Petri fides, quid opus est hodie illo charismate, cum id satis ex scriptis Apostolicis cognoscere possimus? Sed cur nō expendimus, quam aptè de Petri charisma te loquaris? Nam nos esse certos de fide vel Petri, vel nostra, hoc non est in Petro(m) Franciscus) sed in nobis: ac proinde nō est charisma Petri, sed est nostrum charisma, nempe eorum omnium, in quorum animis Deus hāc cognitio nem ac fidem īgenerat. Ex quibus vides, te de charismate loquentem, nunquam quid sit charisma intellexisse: ita enim de Petri charismate loqueris, ut iam nō sit Petri charisma, sed alio-

rum. Quomodo enim nos certos de fide redit Pontifex? num agens in cordibus nostris, & certitudinem illam fidei nobis ingenerans? At hoc est opus solius Spiritus sancti, ut mox dicemus. Quid sibi vult etiam quod ait, nos tūm demum esse certos de veritate Dei, quando confessio nostrae fidei, cum confessione Petri, & eius successoris consentiet? Vis igitur nostram fidei confessionem existere ante illam collationem, siue comparationem fidei cum fidie Petri. Vnde, obsecro, petetur nostra prior illa fidei confessio? nonne ex scriptis Petri, & aliorum Apostolorum? Itaque vel ex tua definitione patet, charisma Petri, de quo loqueris, pertinere, nō ad formandā, sed ad confirmandā & examinandam Ecclesiæ fidem. Atqui quum Christus diceret, se ædificaturum Ecclesiam super hanc Petram, loquebatur de formanda fide Ecclesiæ, & verbum *edificandi* hoc significat. Quare nos ita ex Turriani definitione, in Turrianum ipsum concludamus: Petram illam, super quam Christus dixit se ædificaturum Ecclesiam, non esse Petrum, nec Petri charisma, quemadmodū Turrianus somniauit, quippe verò Spiritus Dei charismate & dono hac in parte destitutus. Ac ne amplius vageris in fidei nostræ certitudine (ut ita dicam) quærenda in cathedra tui Pontificis, audi quemadmodum fidei nostræ πληροφορία non aliunde, quam ab efficacitate Spiritus sancti haberi possit. Sic enim Paulus. Qui nos

2. Cor. I. inquit, cōfirmat vobiscum in Christum, & qui  
vnxit nos, De' est: qui etiā obsignauit nos, de-  
ditq. arrhabonē Spiritus in cordib' nostris. Itē:  
Eph. I. In quo etiam credentes obsignati estis Spiritu  
promissionis sancto, qui est arrhabo hæreditati-  
onis nostræ. Item: Vos (inquit Ioannes) vnde  
habetis à Sancto, & nostis omnia. Item: Euan-  
gelium nostrum, inquit Paulus, constituit apud  
vos non locutione duntaxat, sed etiam virtute,  
tum in Spiritu sancto, tum in certa persuasione  
multa, επιληφορία, inquit.

Nunc progrediamur ulterius, & hēc tua verba expendamus. Petrum, inquis, posuit Christus, ut esset regula fidei orthodoxa, de qua didicit Apostolus ad Philipp. Et in eadem permaneamus regula. Hic, Turriane, volo contrectes palpabilem inscitiam tuę ratiocinationis, si quidem hēc ratiocinatio dicenda est. Nā quomodo fides Petri, aut Petrus credens (ut loqui soles) potest esse regula nostræ fidei, nisi propter illam doctrinam, cui credidit Petrus, & quam ipse credendam nobis tradidit? Etenim si est regula nobis proposita, ergo à nobis videri & cognosci potest: alioqui non potest esse regula: Nos autem possumus id quidem cognoscere, & videre quod Petrus credidit, quoties videlicet in scripta Apostolorum intuemur: fidem verò ipsius Petri, qua credidit in Christum: filium Dei viuentis, videre non possumus: neque si hodie in terris nobiscum versaretur, videbere possemus. Est enim solius Dei fidem hominum,

minum, & eorum intimas cogitationes introspicere. Quare si fides qua Petrus credidit, videri & cognosci non potest, non igitur potest esse fidei nostræ regula. Atque omnino velis loqueris de regula nobis proposita. Quinetiam quum dicis oportere, ut confessio nostræ fidei, cum confessione fidei Petri consentiat, quid intelligis nomine confessionis Petri? nónne id quod confessus est, & quod credidit Petrus? omnino ita necesse est. Tandem igitur aliquid cognosce, confessionem Petri significare, non actionem Petri confitentis, sed id quod Petrus confessus est, nempe Christum filium Dei viuentis, super quem, ut diximus, fundata est Ecclesia: atque id teipso dicente & scribente, licet contrarium dicere, & scribere coneris. O admirandam vim veritatis, quæ aduersarios, suis ipsorum laqueis implicat, suis gladiis iugulat, & illos eò tandem adigit, ut quum maximè mentiri volunt, tūm maximè dēt testimonium veritati! Quid enim aliud, Turriane, quum cītas locum ad Philippenses (quem tamen non rectè intelligis) quām, relictā tua ac prodita, in nostram discedis sententiam? In eadem, inquit Paulus, permaneamus regula. Nolo multis refutare, quod regulam de Petro intelligis. Hoc enim merum est somnium, sed mihi satis est, quod regula apud Apostolum doctrinam sīgoificet: sic enim paulò antè. Quotquot, in- Philipp. 3. 15.

r.j.

258 AD. REPET. TVRR. SOPHIS.  
agnouit Chrysostomus ita locum Pauli expo-  
nens: Vides, inquit, quod regulam vult esse má-  
dāta: Regula, nec addi sibi quidquam, nec demi-  
*In Epist. ad Philii. hem. 12.*  
sustinet: alioquin hoc ipsum, quod regula est, a-  
mittit. In eadē regula permaneamus, hoc est,  
eadem fide, eodē præscripto. Hæc ille. Et Hie-  
*In Ep. ad Philip. cap. 3.*  
ronymus locum intelligit de perfectione noui  
Testamenti. Ambrosius autem de veritate E-  
uangelij: Atque omnino fides Petri qua crede-  
bat, non potuit esse regula nostræ fidei, nō in-  
quam, *visus*, sed *ratio*, nempe id quod credidit.  
Sed quid multis opus est tu ipse pagina libri tui  
99. tuam illam regulam, & Cathedrā Petri re-  
fers ad interpretationem, & intelligentiā Scri-  
pturæ, ergo ad doctrinā. Sed vos Monachi Pô-  
tificis assētatores, relicta illa regula, de qua Pe-  
trus locutus est, regulam Lesbiam proponere  
soletis, quam ad nutum vestri Pôtificis flectitis;  
dum eius potentiam, & plusquam regium prin-  
cipatum defenditis, hoc est, eius errores vestris  
etiam erroribus cūmulatis. Postremò quū Scri-  
pturam vocas Delphicum gladium ob inopiam  
fabricatū, nisi adfint vestræ illæ locupletissimæ,  
scilicet, Traditiones, & nisi tui Pontificis acce-  
dat interpretatio: blasphemia vomis, quam(ni-  
*Apoc. 1.*  
si resipiscas) vlciscetur ille, quem vidit Ioannes  
emittentem ex ore gladium utrinque acutum.  
Rectè enim Scripturam thesaurum appellavit  
Chrysostomus, cui tu tamen inopiā obiūcis, cō  
*In Gen. hom. 3.*  
*Ad volus. Epist. 5.* quod tui Pontificis opibus aduersatur: sed illa  
vera est fidei nostræ regula, qua vt aliquādo di-

xit Augustinus, prava corrigitur, & parva nuntiatur ingenia: cui doctrinæ est inimicus, vel qui errando neficit eam esse saluberrimam, vel qui odit ægrotando medicinam. Hæc Augustinus, nobis verè Turrianicū ingeniū describens.

## TURRIANVS.

**D**icis, Antoni, eos qui vera fide amplectuntur Christum filium Dei viuentis, ita super Petram adificari. sed falsa est hæc interpretatio, & à Pag. 96. teinuenta.

*Qui dicit, inquis, fideles super fidem Petri fundari, id dicit, substantia super accidens fundari: vix tenereris sum potui, cum ad hunc locum veni. Quare abste, Antoni, confessio fidei in Petro, nonne fuit accidens? At dicis fideles fundari super confessionem fidei, quam edidic Petrus.*

## SADEEL.

**V**Eräm esse hanc interpretationē, nec à me inuentam, ex superioribus satis manifestum esse arbitror: ne superfluis repetitionibus lectorib. molesti simus: hic tantum adscribā quod Paulus dixit de firmitate fidei Colossensiū, quā non in Petro, sed in Christo collocabat, his verbis: Gaudens ac cernens soliditatem vestræ in Christum fidei: Sicut igitur accepistis Christum I sum Dominum, ita in eo incedite, radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, si eut edoceti estis, &c. Sed iamvenio ad risum tuū Sardonium, dum aīs te vix tenere risum potuisse,

r. ij.

260 AD REPET. TYRR. SOPHIS.  
quum legeres, quod scripsi de substantia super  
qualitatem non fundanda. Quia verò, (inquiet-  
bat aliquando Augustinus) sàpe ridétes phre-  
netici, nō aliis risum, sed fletum potius, & mi-  
sericordiam mouent, quippe quòd postquam  
de potestate exierunt, vim morbi sui non sen-  
tiant: videamus, Turriane, an ille tuus risus, quē  
vix tenuisti, ad illorū phreneticorū risum pro-  
ximè accedere videatur. Sic igitur, non iā ride-  
do, sed scriò me interrogas, anno existimē cō-  
fessionem fidei in Petro fuisse accidens. Cùm  
autem affirmem Ecclesiam ædificatā super cō-  
fessionem Petri, inde vis ex meis verbis effice-  
re, substantiam fundari super accidens. Scilicet,  
Turriane, præ risu nō potuisti mea legere, qui-  
bus ego ita apertè explicò sententiam meam, vt  
nihil loci reliquerim tuæ fallaciæ ~~ταπει την ομολογίαν~~, in quam identidem recidis. Sic enim scri-  
psi in principio solutionis: Ecclesia ædificata  
est super eam Petram, quam Simon Petrus cō-  
fessus est, id est, super filium Dei viuentis, non  
autem super ipsum Petrum, &c. Ex quibus pa-  
tet, te esse cornutum, & ridiculum Sophistam,  
qui, vt homonymiā falleres, confudisti confes-  
sionem Petri, vt fuit actio Petri confitentis,  
cum confessione Petri, hoc est, cū eo quod Pe-  
trus confessus est: quæ confessio, est Christus  
filius Dei viuentis. Nam ~~ομολογία~~, & ~~τα όμολογά~~  
sive ~~ομολογήσεις~~ longe differunt, quæ tu vel ig-  
norantia, vel dolo confudisti: dicitur enim una  
fides, hoc est, vna eadémque doctrina, quæ in  
Ecclesia

Ecclesia Dei creditur. Et Apostolus ad Heb. 4.  
braos, Teneamus, inquit, confessionem, hoc  
est, doctrinam quam profitemur, & multa alia  
consimilia, quæ non meministi, scilicet tum ni-  
mis in ridendo occupatus.

## TURRIANVS.

**O**b iis ita potius dicendum fuisse, Petrum de- XV.  
busse confirmare suos fratres, quia Petrafuit: pag. 100.  
at Gen. 17. Appellaberis Abraham, quia patrem  
multarum gentium constitui te: sic quia Simon Io-  
na erat futurus firmamentum Ecclesie, idcirco ap-  
pellatus est Simon Petrus, quasi Petrus Petraeus.

## SADEEL.

**T**V planè euertis ipsam structuram verbo-  
rum Christi. Nam si, quia Simon futurus  
erat firmamentum Ecclesie, vt dicens, idcirco ap-  
pellatus est Petrus, certè non sic Christus dice-  
ret, Tu es Petrus, & super hanc Petram. Sed ita  
potius: Super hanc Petram ædificabo Ecclesiā  
meam, idcirco tu vocaris Petrus: Aliud autem  
est, esse, aliud vocari. Siquis enim roget, cur  
multæ gentes natæ sint ex Abrahamo, num re-  
spödebis id factum, quia vocatus est Abraham?  
minime, credo: sed potius si rogem, cur voca-  
tus sit Abraham, tum rectè dices, id eo factum,  
quod esset futurus pater multarum gentium.  
Ceterum Simonem fuisse dictum Petrum, quia  
r. iii.

futurus erat Ecclesiæ firmamentū, sepe quidem dicis, sed nūquam probas, nec vñquā probabis, quantumvis licet vrgeas Petrum petræum, vt loqueris, pro vna, scilicet, petra, duas significās; ipse penè dum has petras versas, in petram omnis sensus expertem versus.

## TVRRIANVS.

XVI. **F**irmitas fidei Petri non transit iure successionis;  
 Pag. 101. **S**ed iure vicariæ ordinationis, & consecrationis:  
 102. quia qui ordinatur Episcopus in sede Petri, Charis-  
 ma fidei Petri accipit.

Pag. 102. **S**i ordinatio Lutheri Presbyteri donum personale  
 fuit, non potuit transire ad alios, vt inquis: si au-  
 tem fuit donum priuatae personæ, ad communem v-  
 tilitatem datum, cur idem nō dicemus de Petro, &  
 de Petri successore?

*Christus promisit adificaturum se Ecclesiam su-  
 per Petrum, non tantum dum vineret Petrus, sed  
 etiam post mortem eius: Ergo Charisma firmitatis  
 fidei Petri transit ad successores.*

## S A D E B L.

**H**ic tuo more narras tua somnia, & quod  
 grauius est, non dubitas ea reiicere, quæ  
 reliqui Pontificij adhuc tenuerunt, & omnibus  
 tenendum tradiderunt. Negas enim charisma  
 Petri transire ad Pontifices iure successionis,  
 sed, inquis, iure vicariæ ordinationis. O subtilē  
 disputatorem! Nimirum tollis genus, vt ponas  
 speciē. Quid est enim vicaria ordinatio? nōne  
 quū aliquis in vicē & locū alterius ordinatur? &  
 hac

hæc nōane est species successionis? Certè sublata  
 successione, tollitur vicaria ordinatio, quæ es-  
 send potest, nisi quis succedat & sufficiatur in  
 locum alterius. Cæterū iam sèpius dictum  
 est, firmitatem fidei Petri, & charisma Petri, &  
 cætera huiusmodi esse personalia, adeò ut tran-  
 fire ad alios non possint: virtus enim Petri, non  
 potest esse virtus Pontificis, quemadmodum  
 (est enim contrariorum eadem doctrina) vitia  
 vnius Pontificis non possunt esse vitia alterius  
 Pontificis, licet cōcurrant & consentiant sèpisi-  
 simè in iisdé vitiis. Porrò, quid tibi vis dum to-  
 ties nobis inculcas vicariam illam ordinatio-  
 nem? Vnde tamen illam ordinationem petis?  
 Vbi est verbum Dei? Vbi nā ordinatio ista vi-  
 caria instituta est? Quibus verbis? Quo præscri-  
 pto? Recurres fortasse ad tuam cantilenam: Tu  
 es Petrus, & super hāc Petram, &c. Sed ego ni-  
 hil hīc audio de ordinatione. Etenim nec Pe-  
 trus, nec Petra ordinationem significat. Præte-  
 rea si omnia tuæ causæ præsidia in vna illa vi-  
 caria ordinatione collocas: dic mihi, quo iure  
 Cardinales Pontificem ordinant Petri succes-  
 forem? Profer si potes aliquod Dei verbum: At  
 ego vel inde colligo Pontificem non esse Petri  
 successorem, quia Petrus ab hominibus ordina-  
 tuis non est, tuus autem Pōtifex ab hominibus,  
 (& quibus hominibus?) ordinatur (siquidē ver-  
 bum ordinandi locum habere potest in tanta  
 rerum perturbatione) & quidem sine verbo  
 Dei ordinatur.

De ordinatione Lutheri quid obiicias non intelligis, nec enim dicimus vel Lutheri, vel vi- lius cuiusquam Ministri ordinationem transire ad successores. Nam vocatio Lutheri, fuit Lu theri propria: quod idem de omnibus Ecclesiæ Pastoribus dicendum est: suam enim quisque ordinationem habet, quatenus est ordinatus Pastor Ecclesiæ. Nec verum est, quod a suis, donū ad communem utilitatem datum, transire ad successores. Nam donum sciætiæ, & intelligentiæ est quidem datum ad communē utilitatem his & illis Pastoribus, sed non propterea donū illud personale transit ad successores. Sed quia tu longè aliter existimas de tui Pōtificis ordinatione, quæro abs te, vndénam ista Pontificis ordinatio nata sit, & quo modo ad vos peruerterit, atque etiam in vestra maneat Ecclesia. Num ordinatio vicaria Pontificis transit etiā ad successores? At non potest: aut enim ordinatio eam significat, qua unusquisque Pōtifex ordinatur (quā Leo Papa Assumptionē vocat in suis sermonibus) & tunc eiusmodi ordinatio non transit ad successore: nec enim ordinatio Leonis est ordinatio Gregorij, vel Sixti, vel Anacleti. Aut significat ius ordinandi: quod quidem si dicas ad successorem transire, sequitur vel Cardinales esse Successores Pontificis, vel eos sine iure ordinandi, Pontificem ordinare, quod posterius est verissimum. Quare siquod ius ordinandi transiret ad successores (vt vultis) sequeretur solos Pōtifices habere ius ordinan di

di alios Pontifices, quod tamē contrā fit à vo-  
bis. Quinetiam miror qui possint ista conue-  
nire, quum dicitis Petrum ordinasse Clementē  
successorem, & tamen apud vos non Pontifex  
à Pontifice, sed à Cardinalibus ordinatur. Ex  
quo fit, vt Clemēs Petro non successerit in iu-  
re ordinandi: aut si successit, reliqui deinceps  
Clementi non successerint. Ius enim ordinan-  
di est penes solos Cardinales, & eo iure (vel hac  
injuria potius) iampridem vtuntur. Sed est &  
aliud valde exitiosum, tum vicariæ ordinationi,  
tum ipsi etiam charisinati, cuius tamen respe-  
ctu dicis Petrum Petræum appellatum. Nam  
quoties apud vos Pontifex è viuis sublatus est,  
dic, amabò, in illo vestro interregno, quū nul-  
lus adhuc successor ordinatus est, vbinam gen-  
tium manet & residet charisma Pontificale?  
Quum enim esse non possit, ex tua doctrina,  
nisi in Petro, & in eius successore: reuolatne ad  
Petrum in cœlum, quādoquidem non habet in  
terris, vbi conquiescat? At Petrus non iam po-  
test esse fundamentū illud visibile, quod quæri-  
tis: & nisi sit in terris istud charisma, nusquam  
erit: nec porrò potest esse in terris quandiu Pe-  
tri successor in terris non est. Quid igitur fiet  
de isto charismate? Vbinā erit? vbi delitesceret  
tantisper dum nouus Pontifex ordinatur? num  
obsecro in Pasquillo & Marforio, duabus im-  
motis Ecclesiæ vestræ columnis? Fatere igitur,  
Turriane, charisma istud vestri Pontificis, toto  
illo temporis spatio esse intermortuum, donec,

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
 Cardinalibus post numeratam pecuniam tandem conspirantibus, reuiuiscat. Quid verò de Antipapis dicemus? quām, obsecrō, tum misera est conditio charismatis Pontificalis, quippe quod modò in duas, modò in tres partes fēdē laceratum distrahitur? quām autem mīserior est Ecclesiæ vestræ conditio, quū pro vno tria habeat fundamenta, cāque inter se contraria & conflictantia, adeò ut vestrū istud ædificium valdè conquassatum esse oporteat.

Postremò quum aīs Christū promississe, se ædificaturum Ecclesiā super Petrum, non tantum dum viueret Petrus, sed etiam post mortē, tu tuo more nūgaris, & principium petis. Sed vel inde colligere debuisti, Ecclesiam non potuisse fundari super Petrum, quandoquidem Petrus erat mortalis, immortale autem esse oportet Ecclesiæ fundamentum.

## TVRRIANVS.

XVII. **D**ūplex est Petra: una per virtutem propriam  
 Pag. 108. solida, altera per participationem soliditatis prioris Petrae, ex Leone Pontifice. Leonis verba sunt: Ecclesie meæ cælo inserēda sublimitas, in buius fidei firmitate consurget.

Pag. 109. Petrus edificat Ecclesiam super Christum fundamentum virtutis propriae, Christus verò edificabit Ecclesiam super Petrum, alterum scilicet fundamentum virtutis, non propriae, sed communicatae. Super firmitatem ergo fidei, quam Petrus de Christo confessus est, & confitetur in suo successore, pro qua Dominus ne deficeret rogauit, permanet edifi-

S A D E E L .

I Stam distinctionem iam antè euertimus su-  
prà sect. 2. vnum addam, dictū istud Leonis  
intelligēdum esse de Christo filio Dei viuētis,  
in quem Petrus credidit, & quem conf. flus est:  
adeò vt Papa ille melius sit locut⁹, quām fortas  
se cogitarit. Nam introducēs Christū loquen-  
tem, & compellantem Petrum: Ecclesiæ mæ-  
cōlo inferēda sublimitas, inquit, in huius fidei  
firmitate cōsurget: hanc cōfessionē fidei portæ  
inferi non tenebunt, & super hanc fortitudi-  
nem æternum extruā templum. Hæc Leo: quæ  
proculdubio intelligēda sunt de fide Petri, hoc  
est de eo in quem credidit Petrus: alioqui esset  
ingens blasphemia <sup>Eph. 2.2</sup> αὐτοφατινῶς opposita his Pau-  
li verbis clarissimis, In quo, nempe Christo, in-  
quit, totum ædificium congruenter coagmen-  
tatum crescit, vt sit templū sanctum Domino.  
Præterea nihil tale cogitans Turrianus, suū Le-  
onē aduersus seipsum produxit: adeò vt iphius  
sententia ab isto Leone euersa, ac discepta esse  
videatur. Num enim oblitus est se negare Pon-  
tificem esse vel caput, vel fundamenū Ecclesiæ  
electorum? Sic tamen Leo: Ecclesiæ mæcōlo  
inferēda sublimitas: Loquitur ergo de Ecclesia  
in cœlum inferenda, ac proinde de Ecclesia E-  
lectorū. Quid porrò tibi vis, Turriane, his po-  
stremitis verbis? Super firmitatē fidei, inquis, quā  
Petrus de Christo confessus est, & cōfiteretur in  
suo successore, pro qua Dominus ne deficeret

268 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
rogauit, permanet ædificatio Ecclesiæ à Christo in Petro instituta. Nónne verò sic vna litura deles ea omnia, quæ hacten\* de Petri charismate disputasti? Fateris enim Ecclesiam esse ædificatam super firmitatem fidei, quam Petrus confessus est de Christo: nempe esse Christum filium Dei viuentis, quem propterea, velis nolis, cogeris admittere, esse fundatum illud Ecclesiæ, de quo ipse Christus apud Matthæum locutus est:

### TVRRIANVS.

XVIII. **E**rgo, inquis, Ministerium Petri, idem est quod Petrus: at Ministerium & Ministrans Relata sunt. Ergo Ministerium non est sine Ministrante. Quare Petrus cum Ministerio suo, sive Petrus Ministrans est fundamentum Ecclesiæ. Academiam tu appello, ut te ad descendas Aristotelis Categories relegeret. Sic ex arte tua licebit argumentari. Si Ioannes est Dominus, ratione habitudinis ad seruum, sequi similiter ut habitudo ad seruum sit idem quod Ioannes.

Negas fidem Petri idem esse quod Petrus habent fidem: Quis, nisi tu, ignorat, albedinem cum parieti; idem esse atque parietem album.

### S A D E E L.

**H**iccine est fructus diuturni tui silentij, Turiane, ut post tuas trium annorum meditationes, nobis tam egregie Relatorum naturam describeres? Nec te pudet Academiam meā appellare, ut me ad Aristotelis Categories relegeret? Utinam eas verò aliquando didicisses, ut ita me-

ta melius disputares! Ministerium, inquis, Petri,  
& Petrus ministrans Relata sunt: atque ita pro-  
dis, te nescire quid sit Relatio. Nec enim ea que  
sunt secundi genetis Relatorum confundenda  
sunt cū Relatis Tertij generis: qua de re in pri-  
mo Scripturæ loco sect. 14. fusiū à nobis tra-  
statum est. Etenim qui dicit Ministerium Pe-  
tri, esse Petri ministrantis Ministerium, ita ut  
ministerium ad ministrantem referat, ille adde-  
26. vt verbo Aristotelico vtar. Quamobrem ita  
dicendum est, ex verę Philosophię preceptis, nō  
ex inscitiæ Turrianicæ somniis: Ministerium  
referri ad ministrabile ( vt ita dicām ) seu ad id  
quod ministrari potest aut debet, in Tertio ge-  
nere Relatorū, vt sit τοῦ ἀλλεν πρὸς αὐτόν ( inquit Phi-  
losophus ) ministratēm verò referri ad id quod  
ministratur in Secundo genere Relatorum, vt τὸ  
πρώτον πρὸς τὸ δευτέρον οὕτως: alioqui, necessariò tibi  
constituendi sunt tres termini Relationis: nō pe-  
Ministerium, Ministrans, & id quod Ministra-  
tur, cum in Relatione duos tantum esse termi-  
nos oporteat. Sic Scientia non refertur ad sciē-  
tē, sed ad iunctū & quanquam verū est, Scientiā  
esse Scientiam: non tamē Sciētia ad sciē-  
tē refertur, vt dixi, sed ad scibile: adeò vt sciētis  
sciētia vnu terminū constituat, nō duos in hac  
Relatione. Quod quia nō intelligis, idcirco me-  
tiris naturā Relatorū, ex vulgato loquēdi more,  
vt que quotidiano sermone cōiungūtur, ea pu-  
tes vinculo Relationis esse cōiuncta. Nec minus  
ridiculum est quod dicis de habitudine domini

270 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
ad seruum, quasi Ministerium sit habitudo, quod  
tamen dicas Relatum esse, ac propterea ipsam  
Relationem, & ~~gēto~~ siue habitudinem (vt lo-  
queris) cum ipsis Relatis, hoc est cum ipsis  
Relationis terminis confundis. Sed de his ha-  
ctenus, ne extra metas instituti nostri vagari  
videamur. Venio ad tuam hāc propositionem:  
Petrus, inquis, cum ministerio, siue Petrus mi-  
nistrans, est fundamentum Ecclesiae. Omitta  
qua ian dixi de tuo errore circa naturam Rela-  
torum: Hoc nunc vrgeo, perperam dici Petrum  
Ministratēm esse fundamentū Ecclesiae: quum  
Petrus non sit amplius ministrans. Quare sic  
nos hoc tuum argumentum in te retoquemus.  
Si Petrus non potest esse fundamentum Eccle-  
sie, nisi ministrans, & cum ministerio, vt lo-  
queris: Ergo Petrus non est amplius fundame-  
num Ecclesiae, quia Petrus non est amplius mi-  
nistrans, nec cum ministerio. Neque mihi tuos  
Pontifices obiicias, quos dicas esse Petri succe-  
sores: quia Pontifex ministrans, non est Petrus  
ministrans, & vicissim Petrus ministrans, alius  
est à Pontifice ministrante: non tantum quia  
Petrus Christo ministravit, tui verò Ponti-  
fices suis cupiditatibus inscruiunt, & mini-  
strat: sed etiam quia Petrus ministrans, fuit v-  
nus numero.

Eiusdem est ~~etiam~~, quod addis, fidem  
Petri idem esse, quod Petrus habens fidem,  
quemadmodum albedo cum pariete, idem est,  
quod partes albus. Et quia logasti Academiam  
meam,

picam, ut me ad Categorias relegaret (cuius itineris te mihi socium adiungi valde è re tua fuerit) ego vicissim te relego primum ad illas ipsas Categorias, vt videas Substantiam esse à Qualitate distinguendam, deinde te relego ad τὰ πρὸ<sup>τα</sup>ντα: ut ibi discas, Accidentia non esse cum subjectis, sed in subjectis. Præterea non leviter peccas, dum substantia Accidens Substantiæ, quod contrà factum oportuit. Sic enim enuntias: Albedo cum pariete idem est, quod paries albus. Illa igitur quæ dicas falsa sunt, & ~~an~~alba omnia. Falsum est enim fidem Petri esse Petrum, & albedinem esse parietem, alioqui (vt iam tibi anteā obiecimus) Substantia non differt à Qualitate. Sed vos scilicet, quibus parietes derubati (de quibus loquitur Scriptura) tantoper placet, hæcere soletis in iis, quæ exteriùs apparent, vera rerum substantia neglecta. Quintam non animaduertis, te tuo more sententiam tuam funditus euertere, quum ita disputas. Nā quemadmodum albedo huius parietis, non potest esse albedo alterius, quia est in individuo: ita fides quæ in Petro est (non, cum Petro, vt planè imperitè loqueris) nō potest esse alterius fides: ac propterea fides Petri nō transit ad successorem. Atque hæc de tuis Philosophicis obiectionibus, quibus manifestè declaras, te, cùm ita de fundamento Ecclesiæ disputas, ignorare prima tum Theologiæ, tum ipsius Philosophiæ fundamenta.

## TVRRIANVS.

XIX.

Pag 112.

**D**icis nullum aliud ministerium in Apostolis  
fuisse, præter ministerium Apostolatus. De-  
mus hoc, sed quomodo probas non fuisse in ministerio  
Apostolatus principatum sive primatum Apostolici  
ministerij in uno tantum? Dici enim hac possunt,  
fundamentum Dei firmum stat, habens hoc signa-  
z. Tim.2. culum: Item, tu es Petrus, &c. Item, Rogani pro te  
Matth.16. &c. Item, pasce oves meas, &c.  
Luc.22.

## S A D E E L .

**Q** Vandoquidem fateris nullum aliud in A-  
postolis ministerium fuisse, præter mini-  
sterium Apostolatus: cōfecta res est. Nec te iu-  
uat hæc tua interrogatio: Quomodo probas,  
inquis, non fuisse principatum in ministerio A-  
postolatus? Imò verò, Turriane, quomodo tu  
probas fuisse? aut quomodo id probari vñquam  
possit? Sic enim ego te vicissim interrogo: iste  
principatus Petri in Apostolatu (quem tu fin-  
gis) èstne de ministerio Petri, nécne? Si non est  
de ministerio, cur ergo paulò ante dicebas, Pe-  
trum cum ministerio suo, sive Petrum mini-  
strantem esse fundatorem Ecclesiæ? Si est de  
Ministerio: Ergo nullus est alias principatus  
Petri, quàm reliquorum Apostolorum: quia fa-  
t eris (quod etiam negare non potes) Petri mi-  
nisterium non fuisse aliud, quàm ministerium  
Apostolatus. Constat autem reliquos Aposto-  
los habuisse illud ministerium Apostolatus, a-  
lioqui non fuissent Apostoli. Porrò locus quæ  
citas

citas ex Paulo ad rem non pertinet : denique  
in locis quos profers ex Matthæo, Luca, & Io-  
anne, nihil aliud quam principium petis.

## TURRIANVS.

**E**phe. 2. Superstructi super fundamentum Apo- XX.  
stolorum & Prophetarum &c. *Ait esse doctrinam Apostolorum & Prophetarum: at ego dico esse doctrinam Christi, ab Apostolis prædicatam. Non enim intelligit doctrinam Apostolorum, quæ est nōs, sed doctrinam Christi, quæ est didicis.*

## SADEEL.

**M**irum acumen ingenii tui, Turrianus! At quum dico doctrinam Apostolorū, intelligo doctrinam quam Apostoli tradiderunt atque docuerunt: & hæc doctrina, est doctrina Christi, quia Christum ipsum comprehendit, & nobis exhibet. Itaque hæc non pugnant, esse doctrinam Christi, & esse doctrinam Apostolorū. Sic enim locutus est Lucas: Erat, inquit, *perdurantes in doctrina Apostolorum: sed tu confundis didicis, cum didicisti quia neutram habes.* Atque ita disparuit tua fallacia *mata turri-*

*act. 2.*

**TURRIANVS.**

**L**apidem angularē, angulātōr, imum, pessimè XXI.  
interpretatus es: *Cur mōstra loqueris, & quod* Pag. 116.  
*est capitis, hoc pedibus tribuisti? Ecclesia habet fun-* & 117.  
*damentum sursum.* Apoc. 21. & Christus non est fun-  
damentum substratum alijs fundamētis, sed cui a-  
lia substernuntur. *Cur non aspexisti in locum Pauli*  
*ad Ephes. 4. vt crescamus, inquit, in illo per omnia,*  
*f.j.*

274 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
qui est caput, Christus. Si totum corpus compactum  
& connexum est ex capite Christo, & totum corpus  
non est sine capite, est igitur in toto corpore caput  
sub illo capite Christo.

Petras non est caput anguli in ædificio Ecclesiæ,  
sed caput Super quod, tanquam super Petram,  
virtute illius lapidis angularis surgit ædificium, &  
fabrica Ecclesiæ quæ Sub eo est.

S A D E H L.

Mar. 13. Non mea est interpretatio, sed doctissimo  
rum interpretum, à quorum autoritate  
tua me isthæc monstra, quæ loqueris, non di-  
uellent. Vocabuli Græci vim, miror te igno-  
rare, qui toties Græcissas, addo etiam, qui toti-  
es, saltem verbo tenus, philosopharis. Nam po-  
tuisti sexcenties videre apud Arist. ἀπόροις εἰ-  
Subiectū quām Attributum: nimirum ἀπόροις εἰ-  
extremum, quodcūque illud sit, siue summum,  
siue infimum, quod etiam patet ex Marco, (vt  
ad nostros reuertamur) his verbis: ἀπόροις γένεται  
τὸς ἀπόροις ἐργασία. Itaque spectanda est locorum cir-  
constantia. Cùm autem hīc usurpetur similitu-  
do ædificij, & Christus dicatur lapis ἀπόρων, in  
in quo ædificium crescit (inquit Apostolus ver.  
21) certè verbum crescendi postulat, vt hīc ἀπόροις  
significet imum: ædificium enim non dicitur  
crescere deorsum versus. Singularum autem si-  
militudinum rationes obseruandæ sunt in The-  
ologia, adeò vt licet verba maximè repugnare  
videantur, tamē res una eadēque intelligen-  
da sit. Nam Christus dicitur caput, & funda-  
mentum, varia similitudine: quatenus caput,

summus est; quatenus fundamentum, imus est;  
& tamen ita summus est & imus, ut sit vita, vir-  
tus & firmitas Ecclesiæ. Iuxta hanc similitudi-  
nem fundamēti, quod imum est, dicuntur fide-  
les superstrui & superædificari in Christo.

Nec verum est quod ais, fundamentum Eccle- *Eph. 2.*  
siæ ita describi ab Ioanne in Apocalypsi, vt sit *Coloff. 2.*

sursum: imò contrà, ita describit fundamēta, vt  
sint ima non summa, sicut existimas. Itaque præ-  
clare Chrysostomus hunc Apostoli locum ita *In Epist.*  
aliquando explanabat. Paulus, inquit, Christū *ad Eph.*  
nunc quidem superne totū corpus continentē, *Hom. 6.*  
& conseruantem, nunc verò infernē, & structu-  
ram sustinentem, & radicem existentem indu-  
cit. Hæc ille: quē si legisses, non ita quasi men-  
te incitatus exclamassis, me monstrā loqui.

Ego enim non alia monstra loquor, quām quæ  
aliquando Chrysostomus locutus est. Sed vi-  
deamus monstrāne potius loquaris, qui funda-  
mentum supra tectum collocas. Ecce enim bel-  
la tua & secū consentiens ratiocinatio. Petrus,  
inquis, est caput, super quod, tāquam super pe-  
tram, virtute lapidis angularis, surgit ædificium  
Ecclesiæ, quæ sub eo est. Certe si Petrus, vt di-  
cis, est secundaria illa Petra, quæ in ædificio  
Ecclesiæ est sub Christo, & fundamentum Ec-  
clesiæ est sursum, vt vis: sequitur ipsam Eccle-  
siam esse etiam sub Petro. Quid igitur hacte-  
nus fecisti, mi homo, qui centies hæc mihi ver-  
ba Christi obiecisti: & super hanc Petram æ-  
dificabo Ecclesiam meam. Et Petram illam,

dixisti esse Petru: ita ex teipso efficitur, Petru  
esse sub Ecclesia, si Ecclesia est super Petrum.  
Petrus igitur non est intermedium inter Chri-  
stum & Ecclesiam, quādoquidē est sub Chri-  
sto, & sub Ecclesia: nisi fortē existimas esse du-  
plex fundamentum, ynum super ædificium, alte-  
rum sub ipso ædificio: itēmque vnius corporis  
duplex esse caput, vnu super reliqua membrā,  
alterū sub ipsis pedibus. Hæc sunt monstra sci-  
licet, quæ loquitur Turrianus, & quæ refellit  
Antonius. Porro nōne ipse millies dixisti, Ec-  
clesiam ædificari super Christum, tanquam su-  
per fundamentum virtutis propriæ? atque ita  
nōne Ecclesiæ Christum substernis, vt ab eo  
Ecclesia fulciatur? Sed tibi s V P E R & S V B , quā  
tum video, idem sunt. Seruate vobis istam rati-  
onem ædificandi, Turriane, vos enim Ecclesi-  
am à summo ad imum ædificatis, hoc est, Eccle-  
siam, quantum in vobis est, demolimini atque  
diruitis.

## T Y R R I A N V S .

X X I L . *Q*Mnes Apostoli fundamenta sunt Ecclesia,  
Pag. 119. quatenus omnes in predicatione verbi, Chri-  
stum posuerunt fundamētum. *Quid autem prohi-*  
*bet, quin vnum ex istis fundamentis fuerit Petrus,*  
*super quam Christus Ecclesiam suam ædificauerit?*  
*vt ait Basilius in Esa. cap. 2. Ecclesia, inquit, Dei,*  
*viventis, cuius fundamenta sunt in montibus san-*  
*ctis, ædificata est super fundamentum Apostolorū*  
*& Prophetarum: vnu ex his mōtibus fuit Petrus,*  
*quem Petram appellauit propter firmitatem maxi-*  
*mam*

mam fidei, propter infractum robur animi, ad non  
cedendum inflictis plagiis temptationum: super quam  
Petram promisit ædificare Ecclesiam suam.

## SADEEL.

**A**gnoscis omnes Apostolos esse funda-  
menta Ecclesiæ, quatenus Christum po-  
suerunt fundamentum. Quid? nōne Petrus  
Christum etiam posuit fundamentum? cur igi-  
tur alio modo dicetur fundamentum, quām a-  
lii Apostoli? Verūm, inquis, quid prohibet quin  
vnum ex istis fundamentis fuerit Petra, super  
quam Christus Ecclesiā suam ædificauerit? Mi-  
ra argumentandi ratio! Si vera est tua sentētia,  
hic non tibi dicendum est, Quid prohibet? sed  
docēdum, ita omnino necesse esse, ita Christū  
verbis expressis declarasse, ita Apostolos om-  
nes agnouisse: atque hoc loco euoluenda sunt  
omnia tuæ causæ præsidia. Verūmenim uero, si  
tibi omnia concederemus, nihil aliud sequere-  
tur ex tua argumentatione (nempe ex tuo illo  
loquendi genere, Quid prohibet?) quām fieri  
posse, ut Petrus sit illa Petra, de qua Christus lo-  
cūtus est. Si fieri potest ut sit, ergo fieri potest  
ut non sit (hæc est natura  $\tau\bar{\nu} \delta\bar{\nu} \alpha\bar{\tau}\bar{\nu}$ ) atque ita sci-  
licet ad exitū perducta est præclara tua demon-  
stratio, ex rebus necessariis collecta, qua tu an-  
te gloriatus es. Sed redeo ad illud tuum, Quid  
prohibet? Nēpe hoc prohibet, quod natura non  
patitur, idē vni soli, & pluribus simul tribui. Si  
Petrus esset fundamentum, esset igitur ratione  
ministerij, ut suprà agnouisti. Et rursus, non a-

liud fuit ministeriū Petri , quām aliorum Apo-  
stolorum, vt etiam fassus es. Ex quo efficitur, Si  
Petrus eff t fundamentum , hoc ipsum habere  
cum aliis Apostolis commune. Ceterū mira-  
ri satis non possum tuum istud loquendi ge-  
nus, quo ædificij ministros , cum ipsius ædificij  
fundamēto confundis, vt tibi obieci in mea so-  
litione. Ecce enim, Christus ædificat Ecclesiā,  
nēpe adhibitis ministris huiuscæ ædificationis.  
Eiusmodi imprimis fuerunt Apostoli. Quis  
ergo non videt ita dicendum esse? Christus æ-  
dificat Ecclesiam per Apostolos & Ministros  
suos: non autem, super Apostolos & Ministros  
suos. Sed tu nobis scilicet objicis Basiliū af-  
firmantem, Ecclesiam esse ædificatam super  
fundamentum Apostolorum & Prophetarum:  
quid autem hoc ad Petram illam Petri, quam  
tu illi peculiariter tribuis? Nimirum, inquis,  
quia subiicit Basilīus, vnum ex illis montibus  
fuissc Petrum: quasi verō id excludat alios. Sed  
quia locum Basiliū non satis bene conuertisti,  
& nos (vt identidem repetis) Græcis delecta-  
mur, reponamus tibi verba Græca Basilīi, quæ  
nobis recitasti : ἐν ταῖς ὁραῖς οὐκ Πέτρος. Vnus ex  
his montibus fuit etiam Petrus. Et paulò pōst  
εφ̄ ισ̄ ρει πέτρος, super quam etiam Petram pro-  
misit Dominus se ædificaturum Ecclesiam  
suam. Hec ille: vbi vides particulam ρει, à te  
bis prætermissam (quod ea te forte non dele-  
ctaret) manifestè declarare mentem Basilīi, qui  
non Petrum constituit peculiare aliquod fun-  
damen-

ANTON. SADEEL. RESPONS. 279  
damentum, sed eum simul cum aliis funda-  
mentis coniunxit, nempe cum aliis Apostolis.

TURRIANVS.

**O**bseruemus locos, qui magis in promptu sunt, XXIII.  
Pag. 120.  
121. 122.  
in quibus aliquid dictum sit <sup>ag. 7</sup> i<sup>o</sup>xv de Pe-  
tro. Marc. 16. Dicite discipulis eius, & Petro ( non  
ignoro quid hic canillari possis, si canillatione qua-  
lemeunque venaris. ) I. Cor. 13. vifas est Cepha, &  
post hoc undecim. ( nempe tanquam principi & ca-  
piti Apostolorum.) Galat. 1. veni Hierosolymam, ut  
viderer Petrum, i<sup>o</sup>p*o*n*o*w*i*, de quo verbo suprà. Act.  
15. In nobis elegit Deus per os meū audire Gentes  
Euangelium. Luc. 22. Aliquando conuersus confir-  
mafratres tuos. Luc. 22. Reges gentium dominan-  
tur eorum, vos autem non sic, sed qui maiorem in  
vobis, fiat sicut minor. Si nemo in Apostolis futurus  
erat maior, neque habiturus i<sup>o</sup>xv, non debuit Do-  
minus sic dicere, sed potius prohibere, ne quis esset,  
aut haberetur maior & primus. In eandem senten-  
tiam scribit Marcus. cap. 10.

*Vos Pontifici tyrannidem obiicitis : At ille fuit pag. 126.  
tyrannus, qui fidei vestre dominatus est, Lutherus  
dico i<sup>o</sup>yannum & homicidam.*

S A D E E L.

**D**ixi in hoc Mat. loco nihil dici <sup>ag. 7</sup> i<sup>o</sup>xv de Pe-  
tro: tu vero in alias locos excurris. De loco i  
f. iiiij.

Marci, si praeuidisti me aliquid posse dicere, cur  
 igitur non occurrebas? Sed maluisti nihil vena-  
 ri, quam frustra laborare. Quis enim non videt  
 Petro post lapsum opus fuisse peculiari reme-  
 dio, eiusque fidem fuisse magis magisque cōfir-  
 mandam? Quinetiam Hieronymus existimauit,  
 Hieron. in his verbis significatū fuisse, Petru suō lapsu in-  
 16. cap. dignū se reddidisse Apostolatu. Sic enim Chri-  
 stus, dicite discipulis meis, & Petro. Obiicis ver-  
 1. Cor. 15. ba Pauli, Christum fuisse visum Gephæ, tanquā  
 principi Apostolorum, inquis. Ridiculum ca-  
 put: siccine argumentaris à nō dñe luxu? At Chri-  
 stus sese prius patefecit mulieribus, quam Apo-  
 stolis: num propterea mulieres sunt principes  
 Apostolorum? De locis Gal. 1. & Act. 15. iam su-  
 pra egimus. Luc. 22. hæc verba, Tu aliquando  
 conuersus confirma fratres tuos, hoc tātū ha-  
 bent peculiare pro Petro, quod fœdissimè lap-  
 sus fuerit, ac propterea aliquando conuerter-  
 d. Pomittit igitur Christus, fore ut ex illo lap-  
 su resurgat, ac non tantū confirmetur ipse,  
 sed alios etiam sit confirmatus, nempe Euan-  
 gelij prædicatione. Iam si negas, hoc reliquis e-  
 tiam Apostolis conuenire, ut fratres suos con-  
 firment: aut si negas Petrum ipsum fuisse à Pau-  
 lo sustentatum, & confirmatum, quū in simula-  
 tionem prolabi videretur, negas meridie luce-  
 re. Quod loquēdi genus tibi quidem displicet,  
 vt vidi in tua defensione, sed tamen verum est.  
 Iam expēdo paralogismum tuum ex verbis Lu-  
 cæ: Reges Gentium dominantur eis, vos autem  
 non

non ita, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Ergo, inquis, erat quidam futurus maior, nempe Petrus. Ecquis ferat istum Scripturæ corruptorem? Audi, Turriane, Matthæum, tuum illum paralogismum ita dissoluentem: Quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit *Matt. 10.* vester minister, inquit Christus, & quicunque voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Et Marcus (quem etiam profers) hoc interdi-  
*Mario.*  
 ctim Christi recitat totidem propè verbis cum Matthæo. Ergo apud Lucam esse maiorem: est, velle esse maiorem: idque Matthæo & Mar-  
 co ita verba Christi exponentibus. Porro, quid hoc ad Petrum? nobis enim initio promiseras, teproducturum ea quæ *ηγετέοντα* de Petro di-  
 cuntur: scilicet h̄ic ne Petrus quidem nomina-  
 tur. At hoc, Turriane, dictum est *ηγετέοντα* ad-  
 uersus vestrū Pontificem, qui dominatur ut  
 Reges Gētium, & Romanum Episcopatum in  
 Imperium Romanum convertit. Sed illucescat  
 aliquando ille dies, atque adeò iam illuxit, quū  
 Christus solus Rex Ecclesiæ, solum caput, &  
 solum Ecclesiæ fundamentum, efficacitate sui  
 Verbi pessundabit, & euertet quicquid extol-  
 litur aduersus cognitionem Dei: vt qui voluit  
 esse omnium maximus, fiat minimus omnium,  
 quemadmodū Christus ipse pronuntiauit. Lu-  
 therus autem nō dominatus est fidei nostræ, si-  
 cut conuictiādo & calūniādo, h.e.mōre Turria-  
 nico, dicens: sed hoc vnū cōtēdit, vt tui Pōtificis,  
 qui cōtra ius fāsq; tyrannidem in conscientias.

282 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
vsurpauit, iugum à nostris ceruicibus depelle-  
ret. Atque hoc sanctissimum Lutheri studium  
non fuisse vanum, vos ipsi cum dolore ac fre-  
mitu quotidie videtis, atque in posterum ma-  
gis magisque, quantumuis excæcati, visuri  
estis.

### TVRRIANVS.

XXIII. Pag. 124. **C**hristus super Petrum Ecclesiam ædificauit,  
quod nihil aliud est, quam fecisse ut exordium  
unitatis esset Petrus caput eius, & ipse cathedram  
teneret, in qua nemo sederet, qui non esset hæres  
dei eius nunquam deficiens in cathedra, & succes-  
sore: nec aliter poterat fieri, quod Dominus dixit in  
Euangelio. Erit unum ouile, & unus Pastor.

### SADEEL.

**C**Vm antè dixeris, Ecclesiam esse ædifica-  
tam super Petrum ministrantem, si ædi-  
ficare super Petrum, nihil aliud fuit, quam fa-  
cere ut Petrus esset exordium unitatis, quem  
admodum nobis definis, sequitur ædificationē  
super Petrum, nihil ad tuum Pontificē perti-  
nere: quia in exordio non est successio, nisi ve-  
lis Ecclesiæ ædificationem perpetuò subsistere  
in exordio, & nullos esse huiuscæ ædificationis  
progressus. Atque ita tua successio euanescit.  
Quod si loquaris de eo vinculo, quo unitas Ec-  
clesiæ colligatur & connectitur, absit ut funda-  
men-

mentū huiusc vnitatis, alibi quām in Christo collocemus, qui propterea dicitur tūm caput Ecclesiæ, tūm fundamentum, & lapis angularis. Ac miror cur nolis exordiū vnitatis in Christo potius, quām in Petro, constituere: quandoquidem vel te assentiente, Petrus ipse à Christo pendet, & in eo habet suum exordium: atenim quod oritur ab alio, exordium propriè dici non debet, sed id vnde cætera oriuntur. Ex quo sit vt non Petrus, sed Christus sit vnitatis exordium: quod quidem, nisi tua somnia verbo Dei anteferres, facile disceres ex iis locis, qui loquuntur de piorum vnitate. Sic enim Christus: *Vt omnes, inquit, vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt et ipsi in nobis vnum sint.* Item: *Ego in eis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum.* Et Paulus: *Omnes vos, inquit, vnum estis in Christo Iesu.* Et alibi: *Vt ex duobus illis conderet in semetipso vnum nouum hominem.* Cui etiam consentaneus est locus, quem pro nobis aduersus tuam sententiam produxisti. Erit, inquit Christus, vnum ouile, & vnum Pastor. Nam vnu ille Pastor non est Petrus, vt existimas, sed Christus verus ille, & bonus Pastor, quemadmodum Christus ipse exponit toto illo capite. Cui assentiūtur testimonia Prophética, de vno illo Pastore vero Messia, & Redemptore Ecclesiæ, qui ex Iudæis & Gentibus vnu ouile constituit. Sic Chrysostomus locum illum Ioannis de vno Christo exposuit.

*Ioan. 17.**Gal. 3.**Eph. 2.**Ioan. 10.**Ez. 37.**34.**Esa. 40.**¶.**In Ioan.**hom. 59.*

*In Ioan. tract. 46.* Augustinus autem verba illa Christi nobis explicans. Si omnes præpositi sunt Pastores, inquit, quomodo unus Pastor, nisi quia sunt isti omnes unius membra Pastoris, cuius sunt oves propriæ? Et alibi: Etiam quū adhuc ipse Petrus erat, & quum adhuc ipsi Apostoli erant in hac carne, & in hac vita, tunc ait ille unus, in quo omnes viuum: habeo alias oves, quæ non sunt de hoc ouili: oportet me, & eas adducere, ut sit unus gressus, & unus Pastor. Sint ergo omnes Pastores in uno, & dicant vocem Pastoris unam, quam audiant oves, & sequantur Pastorē suum, & non illum, aut illum, sed unum: & omnes in illo unam vocem dicant, diuersas voces non habent. Sic Augustinus olim exordium Unitatis, non in Petro, quemadmodum Turrianus, sed in Christo quarebat, unius ouilis uno Pastore.

## TVRRIANVS.

*Pag. 124.* **V**IT lex humana regnum temporale super Regem edificat, ita Lex Evangelica Regnum spirituale, quod est Ecclesia, super Petrum, & eius successorum edificauit.

*Pag. 133.* **Q**uod si optimum regni genus est, in quo regnum, ut tuus Arist. ait, administrationis domestica ordinem amulatur, consequens necessario est, ut Ecclesia id genus regni sit, cui unus praesit. Quare quum promisit Dominus se edificaturum super Petram, Petrum compellas, simul promisit edificare super successorem Petri, primi patris familiæ in domo sua.

SA

## SADEEL.

**I**Vxta illud: Reges Gentium dominantur eis: *Matt. 20.*  
 I vos autem non sic. Nónne te pudet, Turria- *Marc. 16.*  
 ne, petere similitudinem ab ea re, in qua nomi-  
 natim Christus dissimilitudinem esse voluit ac  
 præcepit? **Q**uod quum Paulus intelligeret, neq;  
 vana illa legis humanæ, & regni temporalis si-  
 militudine duceretur, mentem potius Christi  
 tenens, & vim Apostolatus expendens, profite-  
 batur se nihilo fuisse aliis Apostolis inferiorē: *2.Cor. 12.*  
 quem locum tibi obieceram, & quia nihil res-  
 pondes in tua defensione, tibi locum eundem  
 repono. Loquitur enim Paulus vniuersaliter,  
 quum se negat aliis inferiorem, *καὶ οὐ εργάζεται.*  
 Quinetiam Petrus non tantūm vetat Presby- *1.Pet.5.*  
 teros dominari cleris, sed se ipse etiam *συμπεσ-*  
*τύπον* appellat. Verumen iuxta quia tibi pla-  
 cet similitudo familiæ, & Catholicā Ecclesiam  
 cum familia cōparas, velim ex te rescire, Tur-  
 riane, cur non Christus paterfamiliās tibi sati-  
 faciat, sed ad Petrum potius reccurras. Multæ  
 sunt parabolæ in quibus Ecclesia significatur  
 familiæ similitudine, sed nomen patrisfamiliās *Matth. 13.*  
 nusquam alij, quam Deo, & Christo tribui vi- *& 20. &*  
 demus. Ac, ne mihi singuli loci commemoran- *21. &c.*  
 di sint: Si ipsum patremfamiliās Beelzebub vo- *Matth.*  
*10.*  
 cauerūt, inquiebat Christus, quantò magis do-  
 mesticos eius? Tu verò non veritus es vocare  
 Petrum, primū patremfamiliās in domo Dei,  
 nónne sentis te blasphemū esse aduersus Chri-  
 sum, quem si possis, libenter de solio deturbes,

vt rem tui Pōtificis augeas? Petrūmne primum patrem familiās in domo Dei? Quo igitur ordine Christum numeras? Quāquam quid tibi vis, dum primi patris familiās mētionem facis? Itāne apud vos familię constitutæ sunt, vt habent  
 1. Timoth. multos patres familiās? At Ecclesia est domus  
 3. LUC. I. Dei, vna non plures: ac propterea vnum patrē familiās habet. Item, est vnum regnum, non multa: ac proinde vnum regem agnoscit. Abi-  
 gitur inepte, qui nunc te prodis æquè ignarum cœconomum, ac antē imperitum architectum,  
 & quod grauius est, pessimum Theologū. Iam quod Aristotelem aduocas, ridiculè facis, qui de humana terrenāque politia differens, de rebus cœlestibus nō cogitabat: nisi fortè velis ti-  
 bi proponam hæc eiusdem Aristotelis verbas, à  
 πολιτ. γ. μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἀρχεσ, δοκεῖ κελεύειν ἀρχαῖς τοῖς  
 θεοῖς, καὶ τοῖς νόμοις. Regnet igitur Iesu Euangelica in Ecclesia, vt in illa regnet Deus. Tui vero Pōtificis regnum contra legem Euangelicam cō-  
 stitutum, funditus ac radicitus extirpetur.

## TVRRIANVS.

XXVI. Fundamentum Ecclesiæ Ministeriale, funda-  
 Pag. 125. mentum ministrans est, qui est Petrus: Doctri-  
 Pag. 127. na autem Apostolorum non est fundamentum mi-  
 nisteriale: quia non ministrat, sed ministratur.  
 1. Cor. 3. Dei edificatio est is: Ibi exposuit Paulus, quod Christus dixit edificaturum se Ecclesiam super vnum, qui esset origo, & exordium unitatis Ecclesiæ.

## SADEEL.

Am de fundamēto Ministeriali paulò latiūs  
 idisseris, quām antea, nec melius tamen. Ita  
 enim definis, vt Petrus sit fundamentum mini-  
 strans: quod quum scriberes, miror te risum te-  
 nere potuisse, cui tam facile nostra risum mo-  
 verunt. Cūm enim agamus de ædificandæ Ec-  
 clesiae fundamento, & hanc similitudinē Chri-  
 stus usurparit, seruanda certè fuit ædificij ana-  
 logia. Ecquis autē ita vñquam, vel locutus est,  
 vel loquentem alium audiit, præter Turrianum  
 nouum in omnibus artibus hominem, vt dice-  
 ret in ædificio esse fundamentum ministrans?  
 Quid audio? Multos quidem fundamenti iaciē-  
 di artifices, vel, si mauis, ministros esse posse,  
 perspicuum est: sed ipsum fundamentum esse  
 ministrans, ne fando quidem auditum est. Ve-  
 rum, obsecro, noue architecte, istud tuum  
 fundamentum ministrans quid ministrat? i-  
 plum scilicet fundamentum. Cur igitur non  
 potiū dicas Petrum fuisse, non funda-  
 mentum, sed fundamenti iaciendi ministrum?  
 Atenim ædificium non ædificatur super mi-  
 nistros ædificij, sed potiū per ipsos ædificij mi-  
 nistros. Quare Ecclesia nō potest ædificari su-  
 per fundamentum ministrans, sed super funda-  
 mentum ministratum. Cæterū ecquid erit  
 causæ quamobrem reliqui Apostoli non sint  
 etiam censendi ministri fundamenti Eccle-  
 sia, non autem Petrus solus? Te verò ma-  
 nifeste refellit Paulus, qui se Corinthiorum *1.Corr.*

Rom. 15.

Ecclesiæ fundementum iecisse profitetur, & a libi affirmat se super alienum fundementū non ædificasse. Quòd addis doctrinam Apostolorum non esse fundementum ministeriale, pugnat cum eo, quod suprà dixisti doctrinam Apostolorum esse διδαχήν: nam ipsa διδαχή ad ministerium pertinet. Quòd si nomine doctrinæ intelligas non διδαχή, sed διδαχὴν (vt Act. 2. vers. 42.) tunc Apostolorum doctrina est verum Ecclesiæ fundamētum, nempe Christus filius Dei viuentis: quod fundementum dicit Paulus se posuisse, quemadmodum & reliqui Apostoli fecerunt. Sed nos rursus reuocas ad naturā Reatorum, in qua te mirificè versatū iam sepe deprehendimus. Si Ecclesia, inquis, fundata est super doctrinam à Petro annuntiatam, ergo fundata est super ipsum Petrum. Quamobrem, obsecro? quandoquidem, inquis, doctrina à Petro annuntiata, & Petrus doctrinam annuntians idem resunt, ratione tantum differunt. Vtinam verò tu aliquid rationis habeas, ne tam absurdè ratiocineris. Itáne confundis doctrinā, hoc est, actionem Petri docentis, quæ est διδαχή, cum doctrina, hoc est, cum re ipsa quæ docetur, quæ est διδαχὴ? Vtrum te hoc loco peritiorem ostēdisti, linguae Græcæ, an Latinæ? Ergo iam audi & senti, bellam hanc tuam fallaciam homonymiæ in caput tuum reiectam. Si Ecclesia est ædificata super Petrum docentem, ergo non potest esse ædificata super tuos Pontifices: quia actio Petri, non est actio tuorum Pontificum (siqua

(siqua potest esse actio eorum, qui nihil agunt)  
& Petrus docens, non est idē quod Pontifex nō  
docens, imò etiā si daceret, tamen persona Pe-  
tri docētis, non esset persona Pontificis docē-  
tis, ipsa natura reclamante, ac te iampridem ex  
Philosophorum theatro explodente. Quis por-  
rò, vel tantulum in Philosophia versatus, audi-  
tis tuis istis monstris nō ingemiscat? Téne Phi-  
losophi nomē affectare, qui Actionem in sub-  
iecto individuo re ipsa cum ipso subiecto &  
cum ipsa prima Substantia confundis? Sed hæc  
haec tenus, ne tuas nugas aliquanti facere videa-  
mur, dum in iis refellendis sumus longiores.  
Denique hæc verba Pauli (*Dei ædificatio estis*)  
quū exponis de Petro, super cuius fundamen-  
tum Paulus ædificauerit (qui super alienum fun-  
damentum non ædificauit, & qui solum Chri-  
stum posuit pro fundamento, ut ille ipse testa-  
tatur) hoc iam nō est somniare, sed delirare, aut  
eò etiam aliquid deterius.

Rom. 15.

T V R R I A N V S .  
S equitur in libro tuo omniū nugarū & malitia-  
rū enarriculo, Natura, inquis, nō patitur ut idē Pag. 129.  
sit minister ædificationis & fundamentum. At non  
intelligis quod loqueris: nam minister ædificationis  
& fundamētum ministeriale ædificationis idē sunt,  
sicut tunica & vestimētū, qua idem sunt subiecto &  
ratione, ut tradit tuus Aristot. lib. 3. Phys. Nam  
esse Petrū fundamētū ædificationis Ecclesiæ, est esse  
Ministrū Christi, super cuius ministerium ædificat  
Christus Ecclesiā sua. Itaq; Petrus ædificauit super  
t.j.

290 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
Christum, & Christus super Petrum: sed tu omnia  
confundis, omnia turbas & misces dum non intelli-  
gis qua loqueris, neque de quibus affirmas.

S A D E E L.

**L**ibrum meum, quādo ita vis, patior esse nō  
omnium quidem, sed tuarum saltem nu-  
garum & malitiarum euerriculum: cuius voca-  
buli vim magis perspectā habere debuisti, qui  
aliquando Iurisconsultos in hāc causā vocas.  
Nam iudicium de dolo malo, Cicero malitia-  
rum omnium euerriculum appellavit. Tu verò  
nihil tale cogitans, meum librum cum iudicio  
de dolo malo comparasti, quo euerrantur &  
eiificantur tuorum sophismatum malitiæ. Quòd  
si dolus tuus est adeò malus, & ipsa tua malitia  
adeò tenax, vt ex te euerrī non possit, spero ta-  
men oīv ἡμῶν futurum, vt fallaciæ tuæ ex eorum  
animis, qui libros tuos legerunt, eiificantur: nisi  
sint ex eorū numero, quibus magis placet mē-  
daciūm quām veritas: de quibus Augustinus:  
*Conf. lib. 2. cap. 25.* Multi amant suam sententiam, inquit, non tan-  
quam veram, sed tanquam suam. Pergis autem  
sogniare de fundamento illo tuo ministrante,  
de quo paulò antè locuti sumus. Nec tegit tuos  
errores tunica illa, & vestimentum ex Aristotele  
citatum, quæ duo dicis esse idem (quod falsum  
est, nec tu verba Aristotelis rectè intellexisti)  
licet enim sint quædam vocabula, quorum ea  
est natura vt rem vnam eandemque significet,  
vt indumentum & vestimentum, & consimilia:  
tamen hoc nihil habet communē cum Petra  
mini-

ministeriali fundamento: h̄c enim nullum est vocabulum, quod non suam ac distinctam habeat significationem. Iam accipe quomodo à te ipso discrepes: suprà dixisti doctrinā à Petro annunciatam, & personā Petri doctrinam annuntiantis re idem esse, ratione tātūm differre. Nunc dicis ministeriale fundamentum & ministerium ædificationis esse idem subiecto & ratione, vt tunica & vestimentū: quod quām conuenienter dictū sit, ipse apud te cum otio considerabis. Non sunt autem affingendæ nouæ ac proslus alienæ significationes vocabulis. Non enim rectē dicitur, Christū ædificare super ministerium, sed per ministerium: atque id conuenit tam Petro, quām reliquis Apostolis, vt antè à nobis dictum est. Quamobrē dum ais me omnīa confundere, turbare & miscere, me profectō depingis tuis coloribus, qui didicisti cum dīazī, qualitatē cum substantia, actionē cum opere, ministerium vt est actio ministrantis cum ministerio, vt est officium, misces & confundis. Deniq; qui misces & confundis Petru agētem cum Pontificibus inertibus & otiosis: Petrum docentē cū Pōtificibus mutis: Petru ædificantē cū Pontificibus diruētibus: Petru ministrātem cum Pontificibus regnātibus, magnāque ministeriū ac satellitū multitudine stipatis, adeōq; reges ipsos ad pedis osculū ad gentibus. Sic tu, Turriane, tuīq; Pontifices iam pridē omnia cōfunditis, omnia turbatis ac miscetis.

## TVRRIANVS.

XXVIII.

Pag. 130.

¶ 131.

**Q**uidam Petri ministerium non potuisse esse per-  
petuum: at gratulor tibi quod non ignoras  
successores, & eum cui succedunt unum dici: nam  
unum dicuntur, quorum ratio quae substantiam ex-  
plicit eadem est, inquit Aristoteles lib. 5. prima Phi-  
losophia. Pontifices autem nec ut homines,  
nec ut Pontifices à Petro, nec inter se diffe-  
runt: una enim & eadem ratio charismatis Pon-  
tificalis est. Esse enim maiorem aut minorem san-  
ctitate, non facit quin unum sint, ut triangulus  
maior & minor si sunt unius speciei, unum dicuntur.

## S A D E L.

**R**ursus ad tuam confusionem, tuumque il-  
lud chaos revolueris, qui Ministerium of-  
ficium cum Ministerio, ut est actio ministran-  
tis, confundis. Obieci & rursus obiicio (neque tu  
meā obiectionē dissoluisti, nec dissolues, quia  
fortissima est veritas) Petri ministerium non po-  
tuisse esse perpetuum, quounque tandem mo-  
do ministerium intelligas, siue de ministrantis  
actione (ut facis) siue de officio, hoc est, de Apo-  
stolatu. Nec enim perpetuō ministrat Petrus,  
atque ita, cessante Petri actione, cessauit quo-  
que ministerium Petri ministrantis. Deinde i-  
psum Apostolatum non esse perpetuum ante  
probauimus. Quid tu hīc autem? Scilicet mihi  
gratularis quod non ignorem successores, &  
eum cui succedunt unum dici. Ex quo fit ut  
Pontifices nec à Petro, nec inter se differant.  
Absit vero à me inepta & imperita illa scien-  
tia

tia de qua mihi perperam gratularis. Nam vnde tandem colligis me illud non ignorare quod ponis, hoc est, me socium esse ac participantem ignorantie tuae? nempe ex his meis verbis: Respondit Turrianus Petrum non per se quidem esse perpetuò in terris, sed in successore suo, videlicet Romano Pontifice. Agnosco equidem mea verba, sed tuā interpretationem longè à me reiicio, nec ullus vñquam id quod mihi imponis ex meis illis verbis colliget. Atque ut mittamus stolidam illam tuam gratulationem (quam tibi reuocandam censeo, ut alibi fecisti pag. libri tui 155.) Quorsū ista tua regula ab Iurisconsultis potius quam à Theologis petitā, Successores & eum cui succedunt, vnum dicitur. Nam ut ministerium ministrantis Petri, sic ministerium Pontificis, necesse est illos non vnum dici, sed vnum esse numero, quod fieri non potest, ac propterea nihil te iuuat ista tua regula de successoribus. Præterea tu principium petris, qui perinde loqueris de Petri successoribus, ac si ego concederem tuos Pontifices esse Petri successores. Tu verò egregiè, scilicet, probas Petrum & Pontificem vnum esse, quia Pontifices sunt homines, vt Petrus fuit, & habet charisma Pontificale, vt Petrus habuit. Garris, mihi homo, non disputas, qui toties Pontificale charisma nobis repetis, non Petro tantum & reliquis Apostolis, sed omnibus Veteribus, adeo que tuis Patribus Scholasticis incognitū. Charisma autem Petri cum sit donum planè perso-

AD REPET. TVRR. SOPHIS,  
nale non magis potest esse charisina Pontificis,  
quam Petrus ipse potest esse hic vel ille Pōtifex  
Romanus. Nec verò (vt id scias) rectè dicitur,  
Petrū esse vel in suo successore, vel suum ipsius  
successorem. Hoc enim loquēdi genus (nisi me-  
taphorice & καταχρησινāς usurpetur) contradic-  
tionem implicat. Nam successio infert necel-  
fariò absentiam eius cui succeditur. Nec porrò  
tua triangula moror (sic enim me à Theologia  
ad Mathematicos reuocas) quandoquidem licet  
inanis & in pariete depictum triangulum, voce-  
tur triangulum, longè tamen differt ab auro  
triangulo, cuius usus potest esse maximus. Quā-  
tò igitur mágis differunt tui Pontifices à Petro,  
cùm illi nomen tantùm ministerij Apostolici,  
& eius titulum adumbratum depictumque ha-  
beant, non autem veram eius definitionem?  
Quamobrem miror eò te in scitiæ, vel astu di-  
sputationis, vel ipsa ingenij tui levitate raptu,  
ut Petrum, & Pontifices compares cum trian-  
gulis, qui dicuntur vnum, eò quod sunt vnius  
speciei. Sic enim Apostolatum constituis spe-  
ciem, cuius Petrus & Pontifices sint individua.  
In nunc, Turriane noue specierum, & triangu-  
lorum fabricator, & posthac aude nobis repro-  
nere istud tuum singulariter, quod de Petro to-  
ties inculcas. Atque vt uno verbo transfigam,  
nego tuos Pontifices esse cum Petro vnum nu-  
mero (sic autē Christus, Tu es Petrus, inquit,  
vnum numero significans): nego esse vnum ra-  
tione: nego Pōtifices esse vel Petri successores,  
vel

vel Apostolos: nego deniq; esse veros Episcopos Christi ministros. Quid ergo? Certè quoniam ita vis) sint per me licet inania, & inutilia triangula in parietibus depicta.

## TVRRIANVS.

**D**icis in extrema pag. libelli tui, Petru nullum  
ius in reliquos Apostolos habuisse, & si ha-  
buisse ad successorem transmittere non potuisse: I-  
taque differis in utramque partem & dicas idem esse  
& non esse: At nos no quærimus probabilia sed ne-  
cessaria.

XXIX.

Pag. 131.  
132.

**S**icilicet necessaria quæris: hoc est, ea quæ ti-  
bi videntur ad tuendam tui Pontificis au-  
thoritatem necessaria, quæcunque tandem illa  
sint, ea quæris, ea comminisceris, nequé in ea re  
tibi quidquam nefas esse ducis. Malè autem exi-  
stimas me in utramque partem disputare, dum  
tui medijs falsi partes, omnes falsas esse conuin-  
co & demonstro, qua de re nos alio in loco lo-  
quuti sumus. Atque hanc disputandi rationem  
signoras, consule super hac re tuam Acade-  
miam, siquam habes.

## TVRRIANVS.

**A**Is nullum verbum esse in loco Matthæi de  
successore Petri: Respondemus nihil referre Pag. 132.  
virū verbum successoris ibi sit, an aliud verbum in 133.  
quo vis successoris insit: num enim Christus seculo  
tantū Petri consultū esse voluit? Ex his efficitur Cū  
dixit Christus Tu es Petrus & super hāc Pétram,  
&c. in illa Petra successores Petri comprehendisse  
t. iiiij.

## SADEEL

**C**hristus noluit seculo Petri tantum esse consultum, ac propterea noluit Ecclesiam ædificare super Petri personam, ut tu vigilans somnias, sed voluit Ecclesiæ fundamentum manere perpetuum: manere, inquam, per se, non per successores, quemadmodum differimus in Summa huiusc disputatio[n]is. Quia vero in his Christi verbis haeres, Ædificabo Ecclesiam meam: nunquāmne intelliges eum qui ædificat, non semper iacere fundamenta Petri & reliquorum Apostolorū temporibus iacta sunt Ecclesiæ fundamēta, inde surgit ædificiū, & crescit atque augetur, ut inquit Paulus. Ipsū autem fundamentum semel positum non dicitur crescere. Expendamus igitur verbum ædificandi, atque ita dicamus in eo duo considerari, nempe artificē & opus ipsum. Artifex est Christus: sic enim ille, ædificabo, inquit: nec locum relinquit successori, de se enim dixit perfuturum tempus, ædificabo (hoc enim soles inculcare) Opus autem est ædificium ipsū, in quo non consideratur successio, sed incrementum, ut patet ex illo Pauli loco, quem attuli: alioquin fundamentum Ecclesiæ esset in perpetuo flu xu, quod absit. Itaque vides verbum istud Christi, Ædificabo, non esse ad ipsa fundamenta restringēdum, sed pertinere etiam ad ipsum progressum ædificationis. Ac propterea ad tuā illam Pontificum & fundamenti successionē nō posse pertinere. Mirum est autem quod addis, pon

Pontifices fuisse nomine Petræ comprehēso. Quod si ita est, Petra igitur est nōmē collectiūm. At tu sapissimē repetis Petro dictum fuisse singulariter, Super hanc Petram, &c. Si singulariter, ergo non collective. Quid porrò sibi vult particula demonstratiua, hanc? Tibine videtur posse conuenire cum eo quod collective dicitur? Quidni autē, cum nihil tam absurdū sit quin id tibi placeat, modò ad tuam tuīque Pontificis rem facere videatur?

## TVRRIANVS.

**C**ed tabulas, inquis, de Petri successore, planis, XXXI. expressis & dilucidis verbis. At non legisti in pag. 135. 2. Peresse quedam difficultia intellectu, quæ indotti & instabiles deprauāt, &c. Percontor à te qua-re illa difficultia intellectu non fuerint in epistolis Pauli & in ceteris Scripturis, planis, expressis & dilucidis verbis explicata. Aut quanam est alia ratio intelligendi quæ in Scripturis de dogmatib[us] obscurè scripta sunt, quam traditio Ecclesie à sanctis Apostolis relicta? Præterea habes verbum, licet nō ita planum & expressum in loco Matthai: hoc verbum est, Petra: cùm enim Petra firmitudinem significet & Petrus qui erat hæc Petra, morte permanere non posset, consequens erat ut alijs succederent, qui essent specie hæc eadem Petra.

## SADEEL.

**L**ocum Petri nec bene intelligis, nec com-modè applicas. Petrus dicit quædā esse in epistolis Pauli difficultia intellectu, sed nō omnia: quinetiam remedium ipse Petrus adhibet,

AD REPET. TVRR. SOPHIS,  
nempe ut crescamus in cognitione Christi;  
quod proculdubio fiet ipsis Scripturis piè &  
attentè perlegendis: quod vestri Canones ne-  
gare non ausi sunt, saltem in eo loco quem ti-  
bi obieceram, & quem silētio præterire malui-

*Can. Relat. tū. dist. 37.* sti. Ex ipsa Scriptura (inquit vester Canō, à quo  
lōngè receditis) oportet capere sensum verita-  
tis. Et Augustinus admonet locos difficiliorēs

*De Refut. carn.* ex aliis Scripturæ locis dilucidioribus esse ex-  
plicandos. Tertullianus autem, Äquum est, ait;  
obscura de manifestis præiudicari. Qua de re  
tota ac de tuis Traditionibus, quas tu nobis hīc  
obtrudis, scilicet accōmodatas ad exponēdos  
locos obscuriores Scripturę fusē egimus in Di-  
sputatione nostra De verbo Dei scripto aduer-  
sus humanas traditiones. Vnū hīc dicā: te per-  
peram, hoc est, tuo more ita cōcludere. Si qua-  
dam sunt difficilia in epistolis Pauli, idcirco lo-  
cū Matthæi, de quo disputamus, esse difficilem:  
ad eō vt si tibi credamus, nobis ad Traditiones  
Apostolicas, id est, ad Anacletum, Leonem, &  
reliquos Rom. Pōtifices recurrentum sit, vt ex  
impuris eorum fontibus purā huius loci intel-  
ligētiā hauriamus. Ecquod enim est istud dis-  
serēdi genus? Quēdā sunt obscura in Pauli scri-  
ptis, ergo hic locus Matthæi est obscurus. Audi-

*Ad Volu-  
fiā. Ep. 3.* saltē Augustinū ita distinguētem, vt licet mul-  
ta sint (inquit) in Scriptura multiplicibus myste-  
riorū umbraculis opaca, tamen ad ea quæ necel-  
laria sunt saluti, nō tanta perueniatur difficultate. Item: In iis quæ aperte in Scriptura posita

*De doct.*

*Chr. l. 2.*

*c. 9.*

sum

sunt, inueniuntur illa omnia quæ continet fidem  
moræque viuendi. Hæc ille: Tu vero, Turriane,  
nihil aliud nobis occinis in tuis libris quam  
Romani Pontificis principatum esse adeo ne-  
cessarium Ecclesiæ, ut sine eo Ecclesia esse non  
possit. Hoc igitur præcipuum fidei nostræ caput  
(si Turrianum audimus) non extare dilucidis at-  
que expressis Scripturæ testimoniis: ipsumne i-  
ta latere in solo vocabulo Petri, quod Christus  
stus apud Matthæum usurpauit, ut nullus Apo-  
stolus re tanti momenti inde nobis unquam in  
suis scriptis eruerit, & in clarissima cognitionis  
luce ante omnium oculos constituerit? Sic igi-  
tur accipe, Turriane, siquæ sunt difficultia apud  
Paulum, ea non pertinere ad hanc quæstio-  
nem, quam ipse Paulus verbis hisce apertissimis  
definiuit. Nemo, inquit, potest ponere aliud su-  
damentum præter id quod positum est, quod  
est Iesus Christus: ne mihi sint alii loci comme-  
morandi, facillimi, clarissimi, expressissimi, quos  
nihilominus corrumpere falsis interpretatione-  
ibus conamini: eò videlicet iniquiores illis  
hæreticis, de quibus loquitur Petrus, quod il-  
li locos obscuriores detorquabant suo ipso-  
rum exitio: vos autem locos Pauli quantum-  
vis licet planos atque perspicuos in alienum  
sensu detorquetis. Venio ad verbum Petri, quo  
gloriaris & affirmas esse expressum illud verbum  
Dei, quod abs te flagito: quia Petra, inquis, si-  
gnificat firmitudinem. Imò vero vel ea ra-  
tione colligo Petram nihil ad tuum Pontificem

1. Cor. 3.

pertinere, quandoquidem nec in illo nec in eius causa aliquid firmi reperio, nisi forte hanc Petræ firmitatem illi tribuis, eò quod in sublimi folio sedens & defixus manet, tanquam Marpesia cautes, interim dū alij ad eius genua prouoluuntur. Putas fortasse me ridere, Turriane, sed ego ita loquor fretus etiam tuis verbis, dum ais tuos Pontifices esse eandem Petram species quod loquendi genus vides quid significet: mihi sanè permirum visum est, atque, sat scio, nouum admodum videbitur omnibus Philosophiæ candidatis, quibus nunquam persuadebis, quum dicitur *Hec Petra*, Petrā posse esse species, cùm sit *rodes*. Sed tu scilicet ita maluisti tuos Pōtifices ad Petræ, quam ad hominis species, referre. Nos verò Petræ firmitatem in ipso Christo constituimus, quē propterea Scriptura sēpe nomine Petræ significat, & quem suam à Pontificibus firmitatem mutari absit ut dicamus. Atque hēc de Petræ firmitate, & de infirmissimo Turriani argumento.

## TVRRIANVS.

XXXII.

Pag. 136.

**A**D Hebraos 7. quod morte prohiberentur permanere, &c. cur non idem dices in novo Testamento? Respondebis fortasse quod sequitur in contextu, Christum quod manet in aeternum, perpetuum habere Sacerdotium: At si Christus satis est, quomodo putatis habere vos sacerdotes à Lutherò ordinatos?

Si que-

*Si queram, Antoni, ubinam de Sacerdotibus & Pag. 137.  
eorum successione in Scriptura nova scriptum sit: res-  
pondebis. I. Cor. 12. Deus dedit primum Apostolos  
&c. Et ad Ephes. 4. Alios dedit Apostolos, quosdā  
autem Prophetas, &c. At hic non dixit, posuit Do-  
ctores & successores eorum.*

## SADEEL.

**R**ECTE præuidisti meam responsionem, quam non tollis tua obiectione. Nec enim dicimus nos egere alio Pontifice quam Christo, & vos, quod id affirmetis, vestrisque legibus sanciatis, reiicimus, & ad vnicum illius Pontificis simul ac Regis æterni iudicium remittim⁹, qui proculdubio vestris erroribus, vestrisque Pontificibus euersis, eternum suum Pontificatum asseret. Pastores autem nostros non eo loco habemus, quo vos vestros sacrificulos habetis. Nam apud nos Christus in suo verbo auditur, ac fide percipitur, cum eum vos, quoad eius fieri potest, sacrificare, certè in suis membris mactare soleatis. Cæterum objicis quod Paulus ad Ephesios. 4. dixerit Pastores & Doctores, non autem successores eorum. Nimirum non hos vel illos Pastores & Doctores, nominatim significauit. Itaque quem dixit Pastores & Doctores, eos significauit qui fuerunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, ita postulante loci circumstātia. Nam Pastorum priorū successores, sunt Pastores, nomine non mutato. At vos (ita cogēte sci veritate) vestros illos successores, vel Apo-

302 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
stolos, vel Prophetas, vel Euágelistas nunquam  
appellare ausi estis. Qua de re plura iam alibi à  
nobis dicta sunt. Quid autem hoc pertinet ad  
Matthæi locum, & ad nomen Petræ de quo dis-  
putamus? Petrum enim Christus nominatim  
compellat, adeò ut si locus hic ad successores  
esset porrigidus, proculdubio dicturus fuerit,  
super te & super tuos successores, quod non fe-  
cit, licet id vestris argutiis probare conemini,  
& quidem frustrà.

#### TVRRIANVS.

XXXIII. **P**ortæ inferi non preualebunt aduersus eam, in-  
Pag. 137. **quit: quibus satis declarat successores Petri in**  
**hac Petra contineri, quia nulli Imperatores Roma-**  
**ni, nulli Tyranni, nulli heretici cathedralm Petri in**  
**successore Petri delere potuerunt.**

#### S A D E E L.

**I**mò verò hinc colligimus Ecclesiam Roma-  
nam non esse illam Ecclesiam de qua Christus loquutus est, cùm aduersus eam iampridem  
innumerabiles errores (qui etiam nomine por-  
tarum inferi significantur) prævaluerint. Miror  
autem quî fieri potuerit, vt in hoc argumento  
tu Romanorum Imperatorū memineris, quo-  
rum sedem Pontifices Romæ euerterunt, vt suā  
illam Petri cathedralm Romæ collocarent.

TVR.

## TURRIANVS.

**N**on negamus communicatam fuisse potestate XXXIII  
clanum regni celorum cum ceteris. *Aposto-* Pag. 141.  
*lissed dicimus illis fuisse cōmunicatam per Petru,*  
*vt dicit Leo Papa.*

*Quod singulariter dictum est Petro, tibi dabo  
claves, &c. id ipsum singulariter unicuique successo-* Pag. 142.  
*ri Petri dictum est: Petrus enim & eius successores  
unum sunt.*

Dicis Apostolos omnes interrogatos ore unius Pag. 143.  
Petri, respondisse ergo quod factus est Petrus os om-  
nium Apostolorum, argumentum est fuisse caput  
& principem Apostolorum, in quo tanquam in ca-  
pite illorum sententia continebatur.

## SADEEL.

**N**os verò nec tibi nec tuo Leoni Papè cre-  
dimus, sed credimus Ioanni qui narrat  
Christum ipsum per se, non per Petrum fuisse  
in Apostolos, & dixisse, Accipite Spiritum san-  
ctum, si quorum remiseritis peccata, remittuntur  
eis, &c. Cæterum, si singulariter Petro dictum  
est, certè nō dictum est communiter cum aliis.  
Hæc enim pugnat, vt alibi copiosius nobis di-  
ctum est, ne mihi sint vrgenda hæc Christi ver-  
ba, Tibi dico: Item: Tu es Petrus: quæ ad tuam  
illam communem singularitatem, & singularē  
cōmunitatem referri nullo modo possunt. Nū-  
quā. n. facies vt vnū indiuiduū multa indiuidua  
cōprehendat. Quòd postremò argumētaris ab  
ore ad caput, dign⁹ es cui posthac os obturetur,  
nisi velis melius ratiocinari. Apostoli dicuntur

ore Petri respōdisse, quia ratam habuerunt eius  
 responcionem & confessionem: quod ni ita ef-  
 fet, eos profectō Christus denuō interrogasset.  
 Eos autem quorū sermonem ratum habemus,  
 esse capita nostra, nemo præter te vñquam di-  
 xerit. Nec verum est quod addis, reliquorum  
 Apostolorum sententiam in Petro, tanquam in  
 capite fuisse comprehensam & contentam. Quī  
 enim hīc aḡretur de fide, vniuersusque' fides  
 in ipsius animo cōtinebatur. Iustus enim, in-  
 quīt ille, ex sua fide viuet: necdum reperta erat  
 vestra illa fides implicita rudiorum, quam vultis  
 in capite vestri Pontificis contineri, & que ho-  
 minum animos ignorantiae, & dubitationis la-  
 queis reuera implicauit. Sed heus tu, Francisce,  
 mihi hoc loco nō parua subit dubitatio, quam  
 ego à te, si possis, sublatam velim. Affirmas Pe-  
 trum fuisse os omnium Apostolorum, & reli-  
 quos Apostolos ore Petri fuisse locutos, Chri-  
 stōque interroganti respondisse. Rursus ais eā  
 ob causam Petrum fuisse Apostolorum princi-  
 pem, tuosque Pontifices esse Petri successores.  
 Quī fit igitur vt Episcopi illi maiores & mino-  
 res ex tua distinctione, non loquantur ore Pó-  
 tificis perpetuō tacentis, (præsertim quoties a-  
 gitur de Christo confitendo) sed ille contrā so-  
 leat aliorū ore loqui? vt ipse met infrā dicis pag.  
 lib. tui 180. qua in re nullū vel successionis, vel  
 similitudinis vestigium reperio. Tu si perspica-  
 cior es, nobis illud si placet commonstrabis.

TVR-

## TVRRIANVS.

**C**VR dissimulasti quod Matthai cap. 17. ad XXXV. prestantiam Petri supra reliquos Apostolos <sup>Pag. 144.</sup> plane pertinet. Qui didrachma accipiebant, accesserunt ad Petrum potius quam ad alios, nempe quem videbant ab aliis Apostolis iam honorari, ut is Christum de tributo soluendo admonereret: tum Christus Petrum rogauit quid ei videretur: Porro Petrum sibi annumerauit, inquiens, Ne autem scandalizemus eos: Denique Christus iubet Petro, ut pro Christo ipso & pro se soluat: Da, inquit, eis pro me, & te, Itaque Petrus soluit tanquam caput aliorum Apostolorum. Erat fortasse tributum eiusmodi, ut qui pauper esset didrachma pro se solueret, & alterum tantum profamilia eius, sed de hoc coniecta vt voles.

## SADEEL.

**Q**VIA planis expressisque locis videt se destitutum Turrianus, ad allegoricas expositiones reccurrit: quæ quantum valere debeant in tractationibus Theologicis iam alicubi à nobis expositum est. Quod si velim sequi Hieronymum, locum hunc allegoricè tractatam, dic Matt. 17: peccatore, cum Christus peccatum non fecerit; verum locus hic (vt ipsius Hieronymi verbis <sup>Ibid.</sup>) simpliciter intellectus edificat auditorem. Ehi autem nobis permittit Turrianus coniecare vt volemus, malum tamen à curiosis ac vanis coniecturis abstinere, quam committere v.j.

ut sententia nostra non argumentis, sed conie-  
cturis niti videatur, quemadmodum fecit Tur-  
rianus. Quamobrem allegorica interpretatio-  
ne valere iussa, respondeo nihil h̄c esse quo vel  
Petri vel Romani P̄tificis cōmētitius ille prin-  
cipatus fulciatur. Cūm enim Christus saepe Ca-  
pernaū ventitaret, atque in ipsa etiā Petri do-  
mo ut plurimū versaretur, nihil mirum si Ca-  
pernaitæ qui didrachma accipiebāt Petrum cō-  
ueniunt & admonent de didrachmis persoluē-  
dis. Itaque nouum videri non debet si Chri-  
stus iubet non tātū pro se, sed etiam pro Pe-  
tro solui, cum quōd eum nominatim conuene-  
rant, tum quōd in illa vrbe domiciliū habebat:  
nihilque causæ video quamobrem Turrianus  
velit Romanum Pontificem principem decla-  
rari Publicanorum Capernitarum suffragiis.  
Sed etiamnum ridiculum est, ex eo Petri digni-  
tatem colligere, vel quōd ab eo didrachma exi-  
gatur, vel quōd ipse cum Christo didrachma  
soluerit: quod subiectionis fuit, non domina-  
tionis indicium. Atque id facile cognosci po-  
test ex ipsius Christi verbis. Iam si cum Christo  
didrachma soluere ad exiāiam autoritatē per-  
tinebat (ut vult Turrianus) nā istam autorita-  
tem cum multis iisque infimis hominibus cō-  
municatam fuisse necesse est, qui didrachma nō  
minus quām Petrus, & quām Christus ipse per-  
soluebant. Verū menim uero, Turriane, non te-  
tuosque Pontifices pudet velle Pontificalem  
dignitatē ex eo afferere, quōd Petrus didrach-  
ma

ma soluerit, cum tamen omnem operam tui Pontifices dederint, ut non solum essent a vestigalibus pendendis immunes, sed etiam vndeque tributa tum a viuis, tum multo magis a mortuis corradarent, nedium velint aliis tributa persolueret. Atque haec de didrachmali (ut ita dicatur) Romani Pontificis autoritate, quam Turrianus hac argumentatione sua tantidem assertimare vides est.

## TURRIANVS.

**A** Is nihil esse in verbis Christi quo ceteri Apostoli excludantur. Argumentaris ex Ne-  
gantibus. Nihil est inquis, quo ceteri Apostoli ex-  
cludantur: Ergo super ceteros Apostolos adficata  
est Ecclesia, ut iam quae una est, duodecim capita  
 habeat, & una dominus, duodecim Patres familias,  
& unum Regnum duodecim Monarchas spiritua-  
lis potestatis, & duodecim clauigeros regni coelestis,  
qui nullum inter se primum clauigerum agnoscant.

## SADEEL.

**A** Is me ex negantibus argumentari, quod  
falsum est, sed ipse nego quod tu male  
affirmas, atque etiam meae negationis ratione affe-  
ro, cum tu nulla afferas tuę affirmationis. Ac pro-  
fecto videris, ut multa alia, ita & hoc in Philoso-  
phia ignorare, esse negantes aliquas demonstrationes.  
Itaque negavi atque etiam pernego, aliquid esse  
in his Christi verbis apud Matthaeum, quo reli-  
qui Apostoli excludantur. Tu id probare nun-  
quam potuisti, nec unquam poteris. Porro  
addidi, constare ex aliis Scripturae locis, id

quod Petro dictum fuit ad reliquos etiam pertinere. Tu verò tuo more nugaris, dū exclamas magnam à nobis fieri iniuriam Ecclesię Dei, quæ vna est eius domus, quum in ea duodecim Patresfamiliās constituimus. Absit autē à nobis ut plures vno Patrefamiliās in domo Dei agnoscamus teipsū argue & cōdemna potius, qui in yno corpore duo capita, in vna domo duos Patresfamiliās, in vno regno duos Monarchs esse, non tantū ipse somnies, sed nos omnes iubeas etiam tecum somniare.

## TVRRIANVS.

XXXVII

Pag.146.

Pag.147.

148.

**E**rras dum dicis quod dictum fuerat Petro nūmero singulari: *Quicquid ligaueris &c. postea repeti numero multitudinis: vide Leonem Papam.* Constat etiam ex *Luc.24.* multos discipulos tum interfuisse cum Christus dixit: *Quorum remiseritis peccata &c.* Itaque sequeretur 72. discipulos aquales fuisse Apostolis. Itaque datae sunt claves Petri singulariter & ceteris Apostolis cōmuniciter, sed per Petrum. *Vide Dionysium in Eccl. Hierarch.*

## SADEEL.

**M**alo Christum audire, quam tuum Leonem pro suo illo principatu decertantē. Sic enim Christus, *Quęcunque ligaueritis in terra &c.* Rectè igitur Augustinus: quando Petrus dictum est (inquit) Tibi dabo claves regni cœlorum &c. vniuersam significabat Ecclesiā &c.

In Ioan.

tra.2.24.

Idem de

doct.Chr.

libt.c.18.

&c. Dum autem hoc discrimen statuis, quod in  
cap. 16. singulariter Petro datæ sint claves, & in  
cap. 18. datæ sint cōmuniter, tu semper tuo, hoc  
est, Sophistarum more, principiū petis. Quine-  
tiā cū agnoscas reliquos Apostolos (omnes  
enim Christus interrogauit) ore Petri respon-  
dissē, cur non etiam id quod Petro dictum est  
cōmuniter quoque aliis dictū existimas, quē-  
admodum fuit cōmunitatis omnium responsio,  
cōmunitatis omnium confessio, vnius Petri  
ore, nomine omnium edita? Quantum attinet  
ad locum Ioannis, vbi dicis hæc verba Christi,  
Quorumcūque remiseritis peccata, remissa sūt  
&c. ad septuaginta discipulos esse quoque refe-  
renda, quippe qui tum intererant, vt dicis con-  
stare ex Lucæ cap. 24. Primū dico te perperā  
id colligere ex Luca, qui vnam & alteram tan-  
tū apparitionē Christi post eius resurrectionē  
commemorat. Ioannes autem Christum səpi  
apparuisse testatur. Quamobrē illi duo loci  
non sunt confundendi, quemadmodum facis:  
sed circumstantiæ loci apud Ioannē ex illo ipso  
Ioannis loco petendæ sunt. Nomine autē Di-  
scipulorū Apostolos intelligi patet ex Matth.  
cap. 28. Undecim, inquit, Discipuli profecti sūt  
in Galilæā, &c. Sed quid opus est multis? Quis  
enim tibi assentiatur quod concludis, si inter-  
fuerunt 70. discipuli, propterea sequi, eos cum  
Apostolis suisse exæquatos? Quasi verò non  
satis distincti essent Apostoli, præclara illa &  
eximia sui munera dignitate, quæ potissimum

340 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
elucescit ex his verbis: Sicut misit me pater, ita  
& ego mitto vos ( nequid dicā de eo quod sta-  
tim sequitur apud Ioannem: Thomas, inquit,  
vnum ex duodecim non erat cum eis, quando  
venerat Iesus. ) Fac igitur tú plures alios quam  
Apostolos interfuisse, nego propterea sequi-  
septuaginta discipulos fuisse Apostolis & qua-  
les. Quinetiam nō dubium est quin hodie per-  
cipiamus fructum huius præstantissimæ pro-  
missionis, quæ non restricta fuit ad Apostolos:  
sed ad Ecclesiam Dei usque ad consummatio-  
nem seculi, pertinebit. Num igitur propterea  
Pastores nostros dicemus Apostolis æquales  
esse? Minime gentium. At longè aliud de Petro  
Apostolo, & de reliquis Apostolis dicendum  
est, quorum vnum idemque fuisse Ministerium  
antè confessus es ( scilicet quum id non posset  
negare) pag. lib. tui 112. Adeò ut hoc theorema  
verum sit: Quicquid vni Ministro dicitur, quod  
ad eius Ministerium atque officium pertinet,  
id quoque ad alios eiusdem Ministerij socios at-  
que participes pertinere. Iam quod addis per  
Petrum datas fuisse aliis claves, non tantum est  
falsissimum, sed est etiam eiusmodi, ut ne illud  
quidem nobis vñquam explicare queas. Quo-  
modo enim Christus dedit reliquis Apostolis  
claves, & potestatem remittendi peccata per  
Petrum? Si tanquam per principem aliorum,  
ergo necesse fuit Petrum hanc potestatem ac-  
cepisse, quam ille postea reliquis concederit.

At

At Christus ipse dedit illā potestatē Apostolis, Petrus autē nō dedit: Christus omnibus Apostolis simul affluit Spiritum sanctum: non autem affluit reliquis per Petrum. Denique ilam potestatē omnes simul Apostoli exercuerunt, siquidem scriptis Apostolicis fidem habemus. Ac ne planè Romanos Episcopos, Turriane, obliuisci videamur, nunquamne te mouerunt hæc Hieronymi Presbyteri Romani verba? Vbicunque fuerit Episcopus, inquit, siue Romæ siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rheygij, siue Alexandriæ, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Hæc ille Romanus Presbyter, quem non minus audire debes, quā vel Leonem vel Dionysium, addo etiam Clementem illum tuum, cuius constitutionibus tātopere delectaris.

## TVRRIANVS.

**N**on dixi soli Petro datas fuisse claves, sed soli Petru<sup>xxxviii.</sup> tanquam primo: Dedit claves Petro <sup>Pag. 151.</sup> tanquam Petre, non ita aliis dedit. <sup>153.</sup>

Si dictum est Petro, tibi dabo claves Regni cœlorum, quia universæ Ecclesiæ personam gerebat, siue totam Ecclesiam significabat, totam autem Ecclesiam significabat propter primatum Apostolatus, ut pater Augustinus affirmat: In Iohann. agitur propter primatum Apostolatus, dictum Tract. est ei, Tibi dabo claves, &c. Hoc connexo ita <sup>124.</sup> v. iiiij.

*irretitus teneris, ut te inde explicare nequeas. Nam  
si concesseris superius, ratio connexi cogit inferius co-  
cedere.*

## SADEEL.

**A**T Christus non dixit: *Tibi soli tanquam primo, dabo claves regni cœlorum: sed tantum, Tibi dabo.* Quare quum Christus dedit claves regni cœlorum omnibus Apostolis simul, tunc Petro etiam dedit. *Quinetiam quum Petro promisit, reliquis etiā promisit: quia Petrus aliorum nomine Christo respōdit, ac professus est se credere in Christum filium Dei viuentis, vt səpius à nobis dictum est, quando tuum istud singulariter iā toties iugulauimus.* Ac vide quām infirma sit tua isthæc ratiocinatio: *Si tum absentes fuissent reliqui Apostoli, & Christus solum Petrum interrogasset, & soli Petro promisisset se daturum regni cœlorum claves, non ptopterea sequeretur idem planè ius cādémque potestate non fuisse postea reliquis Apostolis datam.* Quamobrēm? inquis: quia tantūm sequeretur, Christum prius promisisse Petro quām aliis: quod tamen ex æquo omnibus postea datum est. *Quis igitur non facile deprehendat vitium huiusc conclusionis?* Si Christus promisit claves Petro priusquam aliis, Ergo Christus dedit claves Petro tanquā primo. Nam istud primūm, vel, priūs, ad tépus, non ad ordinem & dignitatem personarum referuntur.

ferendum esset. Amplius dico: Si dixisset Christus Petro priusquam aliis: *Tibi do claves: non propterea inde effici Petrum esse primum in clavium potestate exercenda, sed tantum fuisse primum in accipienda: & tunc illud, primum, fuisse ad tempus referendum: quodquidem verum esse non tantum verborum significatio, verum etiam ipsa rei de qua agitur natura postulat.* Loquimur enim de potestate spirituali remittendi peccata: quae ut propriè ad Christū pertinet, ita exercetur per Euangelij prædicationem. At spiritualis hæc potestas, quia spiritualis, diuisionem recipere non potuit, sed singulis in solidum data est. Quare nec Petrus magis potuit remissionem peccatorum annuntiare & applicare per Ministerium Euangeliū, quam Paulus: nec vicissim id magis potuit Paulus quam Petrus. Quamobrem tua illa: Dedit Petro soli, tanquam Petri: Dedit Petro solo, tanquam primo: Dedit Petro singulariter: mera sunt commenta & somnia, quae pugnant tum cum verbo Dei, tum cum ipsa rei natura de qua disputamus. Sed accedamus ad istum tuum laqueum, quo dicis nos esse adeò irretitos, ut nos inde explicare nequeamus. Obiicis Augustinum, qui (ut plerique alij vetercs) Petrum Apostolorum primum appellauit. Nam agens de peccatorum remissione: Hoc, inquit, agit Ecclesia spe beata, in hac vita ærumnosa; cuius Ecclesiæ Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum, gerebat, figurata ge-

neralitate , personam. Quod enim ad ipsum propriè pertinet , natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idémque primus Apostolus : sed quando ei dictum est: Tibi dabo claves regni cœlorum, &c. vniuersam significabat Ecclesiam quæ in hoc seculo diuersis temptationibus velut imbris, fluminibus, tempestatisque quatitur & non cadit: quoniam fundata est super Petram , vnde & Petrus nomen accepit , &c. Hæc Augustinus. Iam huic & plerisque similibus argumentis satisfecimus in solutionibus Sophismatum Turriani : & nominatim hunc Augustini locum ex eodem Augustino exposuimus , qui alio in loco satis aperte nobis explicat quomodo dixerit Petrum fuisse primum. Petrus inquit, in Apostolorum ordine primus, in Christi amore promptissimus , sæpe vnus respondit pro omnibus, &c. Ex quo appareat Augustinum de primatu ordinis , non de primatu potestatis loquutum fuisse. Dic enim obsecro Turriane, ausis ne inficiari controversiæ illi toties inter Apostolos agitatæ, Quis eorū maximus, id est, cæteris superior esset, nullum fuisse locum relatum , si talem aliquam in suos collegas auctoritatem ac potestatem Christus Petro attribuisset? Petrum autem ordine primum Veteres esse crediderunt , vel quod esset ætate maior, vel quod cum Andrea fratre Christum statim initio sequutus sit , vel quod in eo eluce-

*De verb.  
Domini  
ser. 13.*

rent magna imprimis pietatis & amoris erga Christum indicia. Et certe vix aliter fieri potest quin aliquis ordo personarū in omni cōtu locū habeat, quantūvis alioqui sint officio ac dignitate pares. Sed quia Scriptura id nominatim de Petro non testatur, & ex isto vocabulo occasionem arripuerunt Pontifices ( licet perpetram) sui primatus afferendi : fateor nos ita loqui non solere de Petro, vt eum primum numeremus: & ausim affirmare nec id etiam facturos fuisse illos Veteres, si de iis cogitassent, quæ postea contigerunt. Sed omnino, Turrianus, nego Petri primatum illum ordinis, de quo loquitur Augustinus ( ne nunc nobis de illo vocabulo disputandum sit) ad Regnum Pontificium pertinere, alioqui tot erunt Reges, quot erunt primi ordine: quod quām absurdum sit nō ignoras. Vbi est igitur nodus ille Gordianus, vel potius Turrianicus, quem nunquam nos dissoluere poterimus? Nimirum, inquis, in hoc Cōnexo, in quo si concesseris superius, cogeris inferius concedere.

Connexum est huiusmodi: si dictum est Petro: Tibi dabo claves regni cœlorum, quia universæ Ecclesiæ personam gerebat, gerebat autem personam Ecclesiæ propter primatum Apostolatus: ergo propter primatū Apostolatus dictum est ei: Tibi dabo claves, &c. Hiccine est tuus ille labyrinthus inextricabilis? At qui ego hic Soritē video, nō Syllogismū à modis excludo, quādo à

primo ad ultimum concludis: quod ratiocinadi genus, vitiosum, (inquit ille) & captiosum, iam à pueris ipsis exploditur. Et profectò si vel summis labbris τερπον μαδέας vnquam attigisses, Soriten in hac disputatione non adhiberes. Respicce enim ἀνυπότητα argumentationis ( siquidem hæc argumentatio dicenda est) in illo ipso Augustini loco quem citavi: sic enim paulò post *De verb.* differens de his Petri verbis: Domine si tu es, Dō. Serm. iube me venire ad te super aquas: in Petro, inquit, in quo figurabatur Ecclesia, utrumque genus significandum fuit, nempe firmi & infirmi, quia sine utroque non est Ecclesia: hæc ille. Ex quibus ego formabo Soriten tuo simillimum, hoc modo: Si firmos & infirmos significavit Petrus, quia totam Ecclesiā significabat, & totam Ecclesiam significabat propter primatum Apostolatus: ergo propter primatum Apostolatus firmos & infirmos significabat: quod nisi vides quam ineptum sit, persequar etiam argumentum hoc modo. Quandoquidem in Ecclesia sunt primi & ultimi: si Petrus vniuersam Ecclesiam significauit, certè non tantum primos, sed etiā ultimos significauit. At Petrus, quia erat primus Apostolus, Ecclesiam vniuersam significauit: Quare Petrus significauit etiā ultimos in Ecclesia, quia erat primus: quod nihil magis ridiculum dici vnquam possit. Itaque mihi Franciscus, vides, aut certè alij vident fallaciam tui Soritæ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον. Nā quando dicit Augustinus, Petro gerenti personam Ecclesiæ, & Eccle-

Ecclesiam ipsam significanti, datas fuisse claves regni cœlorum, aperte declarat ipsi Ecclesiæ das fuisse claves. Nā quod dicitur de signo propter rem significatam, id propriè rei significatae conuenit. Atque ita facile disrupta sunt illæ retia tui paralogismi, quo dicebas nos ita irretitos teneri, vt nos ex eo nunquā explicare possemus. Sed iam videamus, an tu potius has plagas contra te ipsum texueris, & sis adeò his Augustini verbis irretitus, vt te inde explicare nequeas. Sic enim Augustinus: Petrus, inquit, Ecclesiæ gerebat figurata generalitate, personam. Inde, Turriane, vicissim ego meū connexū officio, postquam tuum dissolui, atque ita ratione. Si Christus dixit Petro: Tibi dabo claves regni cœlorum, eò quod Petrus Ecclesiæ gerebat, figurata generalitate, personam, inquit Augustinus: ergo Christus hoc dixit, non Petro singulariter, sed Ecclesiæ generaliter: quādoquidem in Petro erat figurata generalitas: atque ita tuum illud singulariter toties à te inculcatum, vel ipso iudice Augustino, damnatū est, & iussum procul ab hac disputatione exultate confundis. Sed cur, non ego superius illud tuum connexum propriùs etiam considero, vt te errantem, vagantem, fugitantem coniiciam in tuas plagas, & in eas tendiculas, quas nobis obiecisti? Etenim si dictum est Petro, *Tibi dabo claves, &c.* Propter primatum Apostolatus, hoc est, quia erat primus Apostolus (vt dicis)

consequitur profectò, his Christi verbis primatum non fuisse datum Petro, sicut existimat: ratio est, quia ex ipso tuo argumento sequetur Petrum iam tum fuisse primū Apostolum, quum Christus dixit ei, *Tu es Petrus, & Tibi dabo claves, &c.* Causam enim esse naturā suo effecto priorem fortè nō ignoras. Iam vide, Franciscus Turriane, aut si auerso vultu id iam videre non sustines, tui sodales videant, quām insulte, atque adiutoriis, atque adeò sine ratione ratiocineris, qui cùm velis probare Petrum habuisse primatum inter Apostolos, quia Christus dixit ei, *Tibi dabo claves: tu scilicet proponis, Christum dixisti Petro, Tibi dabo claves,* quia Petrus habebat primatum inter Apostolos, tuam ita sententiam non confirmans, sed id affirmans potius, quod est tuæ sententiæ contrarium. Atque hæc de tuo illo laqueo autorem suum irretiente, nobis dicta sint.

## TVRRIANVS.

XXXIX **T**uā*versio* est Sophistica propter homonymiā:  
Pag. 151. **T**uā*versio* est Sophistica propter homonymiā:  
ea potestate primatum habeat qui accipit, qui est  
Petrus solus: aut dare non sic, ut primatum habeat  
qui accipit: sic sunt date aliis Apostolis & Discipulis.  
Aut sic: Duplex est dare claves: dare ut is cui  
dantur sit causa dandi aliis: sic sunt Petro date:  
aut ut pér eum dentur cui primum & principaliter  
date sunt, & sic alias sunt date. Ut ignis, inquit,  
tunc

ANTON. SADEEL. RESPOND. 349  
tius Aristoteles, calidissimus est qui ceteris est  
causa caloris, similiter fit in genere potestatis spiri-  
tualis.

### S A D E E L.

V hanc homonymiam singis, & princi-  
piū petis in hac tua distinctione, quā nec  
ipse quidem nobis explicare potes, quippe qui  
modò te in hanc, modò in illam partem con-  
uertas, nec satis hab eas constitutum vbi pedem  
figas. Hoc enim in disquisitione positum est:  
Petrus ne habuerit eum primatum quem tu  
communisceris. Tu quidem aīs, nos autem ne-  
gamus. Vt autem probes tuam sententiam, pro-  
ponis Petro datas fuisse claves regni cœlorum:  
Ego verò respondeo, regni cœlorum claves re-  
liquis etiam Apostolis fuisse datas. Hic tu con-  
stituis duplex esse dare claves (vt inquis) vnum  
sic, vt qui accipit claves priūatum habeat: &  
hoc modo dicis Petro fuisse datas. Quod, mi-  
homo, perinde est, vt si ita dicas, Petrus prima-  
tum habuit, quia priūatum habuit Petrus. Mi-  
rificum certè concludendi genus, & verè Tur-  
ianicum. Idem dico de tuo illo igne quem per-  
peram & ἔπειρον ex Aristotele accendis: nega-  
mus enim ignem illum potestatis spiritualis  
magis in Petro quam in aliis Apostolis fuisse.  
Atque ita in te quadrat quod mihi tam sāpe,  
vt Augustinus Parmeniano, obiicis: Dicis &  
non probas.

## TVRRIANVS.

XL. Pag. 152. **P**ecca ipse παρὰ τὸ ἐπόθησθαι. Nam existimas ut  
quia Christus promittendo singulariter claves  
Petro, eidem dedit singulariter potestatem remitti-  
di & retinendi peccata: similiter sequi, ut cum de-  
dit ceteris Apostolis communiter potestatem remit-  
tendi & retinendi peccata, tunc dederit & Petro  
communiter cum illis eandem potestatem.

## SADEEL.

Ioan. 20. **D**um meum illud peccatum παρὰ τὸ ἐπόθησθαι  
(quod comminisceris) vis explicare, tu  
tuam prodis culpam, non meam. Nihil enim di-  
xi eorum quae singulis me dixisse, immo ne cogita-  
ui quidem. Nam non existimo aliquid singula-  
riter datum fuisse Petro (quod mihi imponis)  
neque dixi ceteris Apostolis datam fuisse com-  
muniter potestatem remittendi peccata: sed di-  
xi, omnibus: & affirmo consecrarium esse, si  
Christus dedit communiter omnibus Aposto-  
lis potestatem remittendi peccata, ut patet ex  
diffe.

## TVRRIANVS.

XLI. Pag. 153. **O**bseruas post Lutherum Christum dixisse,  
Dabo, dedisse autem Ioannis. 20. cap. Atqui  
non ibi dicit, Do, presentis temporis: sed, quorum re-  
miseritis, &c. quod est etiam futuri temporis.  
Dicis porro, omnes Apostolos plenè fuisse consecrati  
ministerio Apostolico. Sed plenitudo Apostolici mi-  
nisterij

misterij est in primatu Apostolat<sup>o</sup>, qui primatus datus est Petro. Quomodo igitur plenè consecrari reliqui Apostolico ministerio potuerunt? Item dicis eodem modo & ritu fuisse consecratos, quod falsum est, quia soli Petro dictum est, Tu es Petrus, &c. Item: Dabo tibi claves, &c. que verba non sunt apud Ioannem.

## SADEEL.

**M**ira narras, Turriane, Christū apud Ioānem non dixisse, Do: certè, sed dixit, Accipite. Sic enim Christus, Accipite, inquit, Spiritum sanctum, si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quare nisi neges eum dare qui dicit, accipe, fatere huius tuæ objectionis vel imprudentiam, vel impudentiam, vel vtrámque potius. Porro reprehendis quod dixrim Christum apud Ioannem Apostolos plenè conse- Ioan. 20.  
crasse Apostolico ministerio: quandoquidem, inquis, plenitudo Apostolici ministerij est in primatu Apostolatus, qui primatus Petro datus est. Nimirum eandem cantilenam canis, qui perinde loqueris de commentitio illo primatu Petri, ac si de eo satis inter nos constaret. Hic autem peto abs te an fuerint Iacobus, Ioannes, Andreas, & reliqui Apostoli plenè consecrati ministerio Apostolatus, nécne. Et num solus Petrus fuerit plenè consecratus? Si Christus nō plenè consecravit omnes Apostolos ministerio Apostolatus, quid igitur sibi volunt hæc verba Christi? Sicut misit me pater, ita & ego

mitto vos, & afflavit & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum, &c. Quid desideras, Turriane, in his verbis, quò minus Apostoli plenè fuerint suo ministerio consecrati? Tu verò somnians dicis, plenitudinem ministerij esse tantum in Petro: quia apud Ioānem hæc verba non sunt: Tu es Petrus, &c., Tibi dabo claves, &c. Ex quo sequeretur reliquorum Apostolorum, ministerium non fuisse plenum, & aliquid in co requiri, hoc est, uno verbo, fuisse imperfectum. O blasphemiam non ferendam! Num igitur imperfectè missi sunt quos ita Christus misit, ut ipse à Patre missus est? Atenim si, quid sit ministerium Apostolicum, intelligeres, non existimares Petrum fuisse planè consecratū suo ministerio ex his verbis, Tu es Petrus, &c. Item: Tibi dabo claves, &c. quæ omnia spectant ad futurum tempus: sed potius ex his verbis: Mitto vos, inquit Christus, Item: Accipite, Spiritum sanctum. Nam si Petrus plenè fuerat consecratus, cur denuo à Christo apud Ioannem vñā cum aliis suo ministerio consecratus est? Quid, quod antè confessus es, Petrum non habuissē aliud Ministerium quam Ministerium Apostolatus? Agnosce igitur eiusmodi Ministerij candē quoque consecrationem, & vocationem esse oportere.

## TVRRIANVS.

XLII. Pag. 156. **D**Icis locum Matthei intelligendum de Eletorum Ecclesia: ego verò affirmo agi de Ecclesia

ANTON. SADEEL. RESPOMS. 353  
elesia visibili, his rationibus: Porte inferi, inquit, no  
praeualebunt aduersus eam. ergo Ecclesia oppugna  
tur, & visibiliter oppugnatur, ergo est visibilis. Nec  
obstat quod quedam particulares Ecclesia deficiunt,  
quia tota Ecclesia, quæ una est, non deficit: ut partes  
terre singula corrumpi possunt, tota verò terra cor  
rumpi non potest.  
III. C.

*Illi super quos descendit Spiritus sanctus Act.  
erat Ecclesia Electorum, & illa Ecclesia erat vi-  
sibilis, quia ignis qui sedet supra singulos eorum, vi-  
sibilem fecit: Ecclesia igitur Catholica quae nuno-  
est, & que illis successit visibilis est. Petrus in epist.  
lavit, ut per bona opera certam vestram vocationem  
& electionem faciatis: Ergo Ecclesia Electorum est  
visibilis.*

S A D E E L.

**D**E Ecclesia tum visibili, tum inuisibili super  
præ egimus in primo Scripturæ loco, & in  
summa huiusc disputationis: quare quæ illic di-  
cta sunt mihi non videntur esse repetenda. Bre-  
uiter tantum tua isthæc argumenta excutiam.  
Ecclesia, inquis, de qua loquitur Christus apud  
Matthæū, est visibilis. Primum dic nobis, Tur-  
riane, nōne Christus locutus est de illa etiam  
Ecclesia, quæ fuit Apostolorum temporibus?  
non negabis. At illa non est visibilis, quippe  
iampridem ex hominum oculis sublata. Rursus  
quæro, tum quum Christus hæc diceret: su-  
per hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,

354 · AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
& portæ inferi non præualebunt aduersus eam:  
nōnne etiam de illa Ecclesia loquebatur, quæ  
futura est vsque ad consummationem seculi?  
Certè. Atenim illa quoque visibilis nō est. Iam  
si & quæ fuit, & quæ est, & quæ futura est Eccle-  
sia, vno Ecclesiæ Catholicæ nomine compre-  
henditur, define tandem dicere Catholicam  
Ecclesiam esse visibilem: cuius licet partes suis  
temporibus, & sint, & fuerint, & futurae sint vi-  
sibiles, ipsa tamen Catholica Ecclesia ante no-  
uissimum diem visibilis esse non potest: qua de  
re suo loco plura à nobis dicta sunt. Verume-  
nimuerò profers hanc tuæ sententiae rationem:  
visibiliter, inquis, oppugnat Ecclesia, ergo  
est visibilis. Sic enim Christus: Portæ inferi non  
præualebunt aduersus eam. Itane concludis?  
At ego portas inferi non existimo esse visibiles:  
nec puto Ecclesiam visibiliter tantum oppu-  
gnari: sed potius inuisibilem oppugnationem  
esse credo longè vehementissimam, atque e-  
tiam periculosisssimam. Audi enim Paulum ita  
de Ecclesiæ oppugnatione loquentem, Non  
est, inquit, nobis lucta aduersus sanguinem &  
carnem: sed aduersus imperia, aduersus potesta-  
tes, aduersus mundi dominos tenebrarum se-  
culi huius, aduersus spirituales malitias in cœle-  
stibus. Et Petrus: Aduersarius vester Diabolus  
tanquam Leo rugiens obambulat, inquit, quæ-  
rens quem deuoret: & plerique loci consimi-  
les. Quamobrem, Turriane, si valet hoc tuum  
argumentum: Ecclesia est visibilis, quia visibi-  
liter

Eph. 6.

I. Petr. 5.

liter oppugnatur, valebit hoc quoque: Ecclesia est inuisibilis, quia inuisibiliter oppugnatur. Sed nostrum erit etiamnum fortius argumen-  
tum hoc modo. Soli Electi non superantur, i-  
mò superant inferorum portas, idque non visi-  
biliter, sed inuisibiliter, fides enim est victoria  
nostra, inquit Ioannes, quæ quidem fides est <sup>1. Ioan. §.</sup>  
inuisibilis. Quare Ecclesia de qua Christus lo-  
quebatur est E lectorum Ecclesia. Porrò di-  
ctum est suprà quatenus Ecclesia electorum di-  
catur inuisibilis. Tu verò falleris qui dicis par-  
tes eius Ecclesiæ, de qua Christus locutus est,  
posse superari: sic enim Christus, Porte, inquit,  
inferorum non præualebunt aduersus eam: de  
tota Ecclesia loquitur, ac propterea de omni-  
bus eius partibus, ut alibi dicit Christus, nullam  
ex ouibus suis esse peritoram. Inepta est igitur  
tua similitudo de terræ partibus quæ corrumpuntur ex Philosophia petita: ex qua etiam tibi  
profero longè conuenientiorem de cœlo, quod  
nec totum corruptitur, nec partes eius cor-  
rumpi possunt, quemadmodum Philosophi  
censuerunt. Ecclesiam super quam descendit  
Spiritus sanctus, & visibilem & electorum Ec-  
clesiam fuisse dicis: atque inde colligis Eccle-  
siam Catholicam esse visibilem. Nolo hīc afferre  
quod plerique doctissimi sentiunt, super so-  
los Apostolos Spiritum sanctum die illo Pen-  
tecostes descendisse. Hoc tantum dico, me nū-  
quam negasse Electos esse visibiles in hac vel il-  
la Ecclesia, cuiusmodi fuit Ecclesia Hierosoly-

mitana, & reliquæ eiusmodi. Quamobrem per-  
peram admodum colligis, Ecclesiam Catholi-  
cam esse visibilem, eò quòd illi super quos de-  
cendit Spiritus sanctus erant visibiles: quemad-  
modum ferendus non esset, si quis ita conclu-  
deret: Illi super quos descendit Spiritus sanctus  
erant in vno loco, atque adeò in vno cubiculo  
continebantur: ergo Ecclesia Catholica, quæ  
illi Ecclesiæ successit, est in vno loco, & in vno  
cubiculo continetur. Non enim rectè dicitur  
argumentum ab accidentibus individuorum  
ad τὸν καθ' ὄλον. Verum, Turriane, ut aliud ex alio  
incidit, non satis feliciter huiusc rei fecisti me-  
tionem. Nos enim hīc de Petro disputamus,  
quem tu Apostolorum principem constituis:  
ego verò Apostolorum socium, & Petro reli-  
quos Apostolos æquales fuisse affirmo. Iam si  
Petrus erat princeps, ubinam, obsecro, magis  
elucere debuit iste principatus, quam in pre-  
claro hoc miraculo, quando Spiritus sanctus  
super Apostolos descendit? At qui (ita comme-  
morante Luca) sedit super vnumquenque eo-  
rum, & omnes repleti sunt Spiritu sancto, nec  
aliquid dicitur de Petro κατ' ιχεῖν, nec etiam  
dicuntur reliqui Apostoli accepisse Sp̄ritum  
sanctum aut per Petrum, aut in Petro, que-  
madmodum soles nobis dicere in tuis distin-  
ctionibus.

Denique dum subiicis ex Petro per bona o-  
pera vocationem, & electionem certam esse  
façien-

faciendam: ac proinde electorum Ecclesiam esse visibilem, nec Petrum intelligis, nec te ipsum audis, qui in superiori disputatione multa dixisti de inuisibili electorum Ecclesia. Nos autem, (vt saepius diximus) electos in terris versantes esse visibiles non negamus, licet reuera, ipsa electio nostris oculis non sit exposita: quod vel ille Petri locus satis significat, dum iubet nos dare operam ut possimus coram hominibus nostram electionem testari. Nec propterea sequitur Catholicam Ecclesiam, quam dicimus esse electorum Ecclesiam, esse visibilem: non enim Catholica electorum Ecclesia in terris versatur, sed eius tantum pars. At nos de tota disputamus, quae non est Catholica nisi tota sit. Sed de hac re hactenus, ne superfluis repetitionibus lectores onerare videamus.

## TURRIANVS.

**H**ie promissio apud Matth. similis est pro XLIII.  
missio facta Abrahae, semen tuum possidebit Pag. 157.  
portas inimicorum tuorum: Paulus vero ait eos esse Gen. 17.  
Israëlitas, non qui filii sunt carnis, sed qui filii  
sunt promissionis: Ergo Ecclesia electorum quae constat ex istis nunquam vincendis, est visibilis.

Apostolus Paulus in 2. ad Corinthi. ait se in Pag. 158.  
carne ambulare, qui antea in carne ambulant  
sunt visibiles.

Huc spectat de Sacerdotio non superando Denter. 33. (de Leni) Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum non consurgant: quod quam verum fuerit in summo sacerdote noui Testamenti qui est imago Christi, ipsa Germania testis esse potest. Sed de his parcus dicendum est, ne viciis, & conatus suo frustratis insultare videamur.

## S A D E E L.

Rom. 4. **F**Ac tandem, Turriane, ut ab aliis dissidens, tecum saltem ipse consentire videaris. Tu cap. 2. libri tui, pag. ii. & sequentibus omnem mouisti lapidem, ut in me impetum faceres qui dixerā, in plerisque Scripturæ locis nomen Ecclesiæ esse de electorum Ecclesia intelligendū, & contendebas illos ipsos Scripturæ locos esse de visibili Ecclesia intelligendos, atque ita visibilem Ecclesiam opponebas electorum Ecclesiæ. Hic verò electorum Ecclesiam affirmas esse visibilem. Itaque tua scripta, tua argumen- ta, vel tuę nugę potius, more Andabatarum, se- cum pugnant atque conflictantur. Quid autem tibi vis dum citas factam Abrahamo promis- sionem de superandis hostibus? Nimirum, in- quis, eam promissionem ad electos pertinere, ex hac Pauli sententia, Non filij carnis, sed filij promissionis cēsentur in semine. Recte id quidē, sed nōnne animaduertis Paulum in tota illa disputatione hoc imprimis agere: non esse de semine Abrahā iudicādū ex reb<sup>o</sup> externis, & ex iis

Ex iis quæ humanis oculis patent? Sic enim postea profert diuinū illud responsum. Feci ut remanserint mihi septem millia virorum, qui nō flexerunt genu imagini Baal. Atqui illa septem millia non erant visibilia Eliæ Prophetæ, qui se relictum solum esse conquerebatur. Et quanuis homines illi essent visibles, quatenus homines, non tamen erant in Ecclesia visibili & conspicua, alioqui Prophetæ oculos fugere non potuissent. Vides igitur, vel ex ipso loco à te producto, non esse consecratio, si singuli electi sunt visibles quatenus homines, electorum Ecclesiam esse propterea visibilem. Itaque sentis iacere tuam illam obiectiōnem. Sed (ut aliquid de illa etiā promissione dicam quæ Abraham facta est) quero quomodo intelligas quæ ibi dicuntur de portis inimicorum possidēdis, & quomodo inde efficias electos Israelitas fuisse visibles. Nam si de hac victoria iudicas ex oculorū sensu, dic mihi obsecro, vbinam conspicua sit ista Iudæorum Victoria, qui & ante Christum natum, identidē victi, fracti, superati & in exilium abducti sunt: & post Christum exhibitū, per vniuersum terrarum orbem dissipati vagantur: non inimicorum portas possidentes, sed intra portas inimicorum conclusi, inimicis ipsis seruientes. Dices te de electis Israelitis loqui: ac proinde ego concludam electos Israelitas non esse ex oculorum sensu metiēdos. Quintam adeò inuisibilis est electorum Ecclesia, vt cùm maximè superari

videntur tum maximè virtute ac robore fidei;  
victores etiādant. Quamobrem ex promissione  
facta Abrahamo, noli colligere electos esse vi-  
sibles (quauis sint naturā visibles, quatenus  
homines, non quatenus electi) sed conclude po-

*Gal. 3.* tiū vim illius promissionis (quam recte Paulus  
in vno Christo constituit) esse inuisibilem, &

*2. Cor. 10.* de ea iudicandum contrà quām videant oculi,  
& quām humana ratio possit cogitare. Addis

*1. Cor. 5.* Paulum dicere se in carne ambulare, ac propte-  
rea Paulū esse visibilem. Verū Paulus nō te-  
stabatur suam electionē, quatenus in carne am-  
bulabat, sed potiū (vt ille ipse dicit in eadem e-  
pistola) quatenus per fidem ambulabat & non

*Heb. 11.* per speciē, siue, per aspectum. Fides enim, vt a-  
libi dicitur, est demonstratio eorum quā non  
videntur. Quinetiam in eo loco à te citato eos  
reprehendit, qui æstimabant ipsum perindeat si

*2. Cor. 5.* secundum carnem incederet, & qui ex sensu o-  
culorum de ipso iudicabāt (vt facit Turrianus.)  
Quā ob oculos sunt, aspicitis, inquit, Et paulò  
antè, In carne incedētes secūdū carnē bellū nō  
gerimus: arma enim militiæ nostræ, nō carnalia  
sunt, sed diuinitus valida ad subversionē muni-  
tionū, &c. Hæc, Turriane, hæc, inquā, sunt ele-  
ctionis Pauli testimonia, nō autē quod aliquan-  
do in terris versatus sit, & in carne ambularit.

*Bon<sup>us</sup> 33.* Denique profers quod Leuitico sacerdotio  
promissum erat his verbis apud Mosem: Bene-  
dic Domino fortitudini eius, & opera manuum  
illius suscipe. Percute dōrsa inimicorum eius &  
qui

oderūt eum, ne cōsurgāt. Et, scitē scilicet, hanc  
 promissionē ad tuum Pōtificē extendis. Quasi  
 verō Christus solus ēternus Sacerdos & Pōtifex  
 cōfessionis nostrę (vt loquitur Apostolus) nō is  
 sit ad quē legales ceremoniæ, & ipsum Leuiticū  
 sacerdotiū spectarit, atq; etiā in quo desierint,  
 vt docet idē Apostolus: qua de re pluribus egi-  
 mus in libro nostro superiore, in loco Scripturę  
 ordine 8. Sed poteras facile ab hac tua sentētia  
 reuocari, siquidem attendisses ad ea quæ apud  
 Mōsem paulò antē præcedūt. Hi, inquit, custo-  
 dierunt eloquiū tuum & pactū tuum seruauen-  
 tū: docuerunt indicia tua & legem tuam, &c.  
 Quum autē Pōtifices non custodierint eloquiū  
 Dei, nec pactū eius seruauerint, nec docuerint  
 iudicia & lēgē Dei, sed sua placita, edicta, decre-  
 ta iampridē flammis crudelissimis & piorū ho-  
 minū sanguine sancuerint, nihil habent causæ  
 quamobrē ad se rapiant præstantissimam illam  
 promissionē. Nec tu etiā Turriane, aliquid ha-  
 buisti cur inepta illa tua reticentiā Germaniam  
 perstringere debueris, quā si vel percussam, vel  
 victam esse existimas, longè profectō falleris, &  
 tuus ipse Pōtifex lōgē fallitur, quē suæ artes sui-  
 que conatus hactenus frustrati sunt, atque etiā  
 in posterū frustabūtur. Mirare nobiscū & ado-  
 ra summum illud & imperuestigabile Dei iudi-  
 ciū, summam atque inuitissimā eius potētiam,  
 quæ in Germania eluxit, & sāpe alias, & tum  
 maximē quum Euāgelicam doctrinam ample-  
 xa est, eānque retinuit inuitis hostibus omni-  
 bus, adeōque tuis Hispanis, quantumuis licet

Heb. 3.2

Dēut. 33.8

quasi parta victoria exultantibus. Lege histo-  
riam illius temporis, vt statim obmutescas, ac  
vera sit, nō ficta tua illa reticentia. Cæterum de  
hisce rebus sermonem à Germanis ad Belgas;  
Gallos, Anglos, Scotos atque alios innumer-  
ables transferre debuisti, & nobis commemo-  
rare quemadmodum aliquot ab hinc annis, in  
illis omnibus regionibus dorsum tui Pontificis  
percussum sit, atque etiā quotidie percutiatur,  
nimirum instantे, vrgente, pœnāsque repeten-  
te Dei iudicio : Tu verò non incautè illa o-  
mnia reticere maluisti. Atque hæc de tua reti-  
centia. Iam redeo ad tuas obiectiones.

## TVRRIANVS.

XLIII.

*Pag. 158.* **D**icis proprium esse electorum non posse supe-  
rari à portis inferorum. sed hoc commune est  
Ecclesiæ permixtæ, vt August. vocat lib. 3. de Doct.  
Christ. Semper enim usque ad consummationem se-  
culi erit Ecclesia tanquam area in qua necesse est  
esse paleas & triticum, quousque veniat is qui per-  
mundabit aream & congregabit triticū in horren-  
pal eas autem comburet igni inextinguibili.

## SADEEL

**Q**uàm loc⁹ Augustini à te fuerit corruptus;  
exposuimus in superiori loco Scripturæ,  
sectione. 8. Nec ullo modo stare potest quodais  
promissionem hanc Christi ( Portæ inferi non  
præualebunt aduersus eam ) non ad solos ele-  
ctos, sed ad permixtam Ecclesiam, hoc est, ad e-  
lectos simul & reprobos pertinere: quod qui-  
dem sine contradictione dici non potest. Nec  
enim

enim sunt reprobi, si aduersus eos portæ inferi non prævalent: & miror te hīc oblitum esse tui Leonis (cuius tamen toties soles facere mētionem) qui quum hæc verba Christi tractaret de Ecclesia super Petram ædificanda, aduersus quam portæ inferi non præualebunt: Ecclesiæ, inquit, cœlo inferenda sublimitas, &c. tantum abest ut de reprobis præmissionem Christi intelligeret. Sed minus etiam quām nugaris, dum addis, futuras paleas cum tritico, donec comburantur igni inextinguibili. Atenim, mi homo, comburi igni inextinguibili, est, superari ab inferi portis: nec etiā video cur tu portas inferi ad vitam præsentem restringas, quæ sunt potius ad futurum seculum ac mortem æternam referendæ. Ex quo fit ut aduersus paleas, hoc est, reprobos portæ inferi præualeant, tum in hac vita, tum potissimum in futura, ac propterea hæc præmissio Christi ad reprobos non pertineat, quemadmodum existimas.

## T V R R I A N V S.

**A** Is nos non habere successores Apostolorū. At Matt. 28. dixit Apostolis: Ego vobis cum sum usque ad consummationem seculi: quomodo erit cū Apostolis si Apostoli nullo modo sunt? Ergo sunt in successoribus.

Non intelligo quomodo Apostolorum successores facias cum ordinarijs Pastoribus etiam Laicos quos vocas fideles ipsos, qui Apostolicā doctrinā retinet. Non minus fuit necessaria cathedra Petri in Euā - Pag. 163.

Die an-  
niuers. aff.  
ser. 3.

gelio, quam cathedra Mosis in Lege: Deuter. 17.  
&c. Vide de 70. Senioribus Num. cap. II.

Pag. 165. Si nunc non sunt in Ecclesia successores Apostolorum: quia Deus Apostolos sine ministerio hominis posuit in Ecclesia: igitur nullos Pastores habetis, cùm Apostolorum successores negetis.

## S A D E E L.

**D**ixi Apostolis in Apostolat<sup>m</sup> munere successum non fuisse: nō autem ita generaliter locutus sum, ut planè negare vlos esse Apostolorum successores in re aliqua. Imò ipse tibi potius quam mihi contradicis, dum mihi paulò post obiicis, me non solum ordinarios Pastores, sed etiam laicos facere Apostolorū successores: ubi etiam te falsariorum deprehendo, qui omiseris quod adscripsoram in meo libro: nēpe, nārā n: hæc enim sunt mea verba, quibus intelligo fideles ipsos dici posse quodammodo Apostolorum successores, quatenus Apostolorum doctrinam retinent, & Apostolicis vestigiis insistunt. Atque ut ad Matthæi locum veniā, cum male ad Apostolos restringis, quemadmodum fusè explicauai in superiore meo libro, in loco Scripturæ ordine 10. neque hic repetam quæ illic à me dicta sunt. Quare quum Christus promiserit se perpetuò ad futurum, non solis Ecclesiæ Pastoribus, sed toti suæ Ecclesiæ: sequitur

tur tuam illam obiectiunculam instar nubeculae disperuisse. Iam addis de Petri Cathedra non minus necessaria (inquis) quam olim fuerit Cathedra Moysi. Ut te refellam, non exponam multis verbis quid sit sedere in Cathedra Mosis, nempe docere legem Dei, inquit Augustinus: *In Ioan. Tra. 46.*  
 nec queram ex te cur non Aaronis, sed Mosis Cathedra dicatur: hoc tam velim resciscere, quid nam intelligas nomine cathedrae Petri. Nam si de doctrina Evangelica & Apostolica loqueris, non video cur eam Petro potius quam aliis Apostolis tribuas, nisi semper tuo more principium petens. Si vero Romanam illam cathedralm intelligis, quam vos cathedralm Petri vulgo appellatis, & cuius nomine festos etiam dies agitis: quero quisnam vobis illam cathedralē fabricarit, non cum labore docentibus, sed cum otio ac voluptate sedentibus accommodatam. Quorum igitur de Mosis Cathedra ac de septuaginta senioribus Israelis verba facis? Nam ut omniam priscis illis temporibus sapientem interruptum fuisse exteriorem ordinem à Deo per Mosem institutum (qua de re nos alibi plura diximus) certè longè alia est conditio Ecclesie post Christum exhibitum, quam anteā fuerat. Nam Ecclesia certis tunc locorum finibus circumscripta, nunc, sublati locorum & gentium differentiis, longè latèque per universum terrarum orbē diffusa est: ac proindenō potest alligari ad sedem illam & cathedralē quam

266 AD REPET. TVRR. SOPHIS,  
vos Romæ defixa esse vultis. Denique Pastores  
nostros nō negamus posse dici Apostolorū suc-  
cessores, non in ipsius Apostolatus Ministerio:  
sed quatenus illi legitimè ex verbo Dei vocati  
sunt ad ordinarium munus Ecclesiastici Mini-  
sterij, & illud rectè atque ita ut decet exercent.

TVRRIANVS.

XLVI.

Pag. 167.

**D**icis nullos esse Apostolorum successores, quia  
nulli sunt ad quos pertineat quod Apostolis  
praeceptum est, Ite, docete omnes gentes. Mirum est  
esse te tam obtusum, ut non intelligas aliud opus po-  
stulasse illud tempus cum nondum erant Ecclesie  
constitutæ, aliud cum iam erant. Missi sunt Apo-  
stoli ad ædificandas Ecclesias quæ non erant: adifi-  
catis autem Pastores præficebant, ut Titum Paulus  
Cretenſi Ecclesiæ præfecit. Negas autem Tui Mi-  
nisterium fuisse Ministerium Apostolatus. Menti-  
tus est igitur Apostolus cum Epaphroditum Philip-  
penſium Apostolum vocauit, fuit enim eorum Epi-  
scopus: mihi tamen probabilius videtur non fuisse  
Episcopum Philippensem.

Pag. 170.

Audi Dionysium in Epistola ad Demophilum  
Monachum: Tibi præscribant Diaconi, & Dia-  
conis præscribant Sacerdotes, & Sacerdotibus Epis-  
copi, Episcopis Apostoli & Apostolorum successores,

Pag. 172.

Si hodie videres aliquem Episcopum ire ad pra-  
dicandum infidelibus, & cum opus esset fieri ab eo  
miracula secundum voluntatem Dei, quid diceres,  
concederēsne esse successorem Apostolorum?

S. 5.

## SADEEL.

**A**TENIM Francisci, non sum adeò obtusus,  
vt variam temporum rationem non faci-  
lè animaduertam: sed demiror te imprimis acu-  
tum hominem non eò potuisse penetrare, vt ex  
illa ipsa temporum varietate ac différētia quam  
michi obiicis, colligeres officium Apostolatus,  
primis illis temporibus necessarium, non sem-  
per locum in Ecclesia habere debuisse: quemad  
modum copiosius exposuimus in superiori lo-  
co Scripturæ. Egregie verò probas Titum ha-  
buisse ministrium Apostolatus, eò quòd Pau-  
lus Epaphroditum vocauit Apostolum: quem  
fuisse Philippensium Episcopū modò ait, mo-  
dò negas. Atenim aliud est de Tito loqui, aliud  
de Epaphroditō. Verùm, inquis, Epaphroditus  
fuit Episcopus, & tamen nominatur Apostolus.  
Si fuit Episcopus, cur igitur id negas, Turria-  
ne, pag. 167. tui libri? Ego verò non proferam  
quām variè hac de re senserint veteres: nec vr-  
bo quod doctissimis video placere, & meri-  
to, ibi nomine Apostoli legatum significari ex-  
iis quæ sequuntur in illa ipsa epistola, Accepi, in-  
quit, omnia, & abundo, expletus sum acceptis  
ab Epaphroditō quæ à vobis missa fuerūt, &c.  
Tantum dicam, Apostoli nomen latè quidem  
posse usurpari: sed me nomine Apostolorum, in  
hac disputatione, primos illos tantum intellige-  
re, qui fuerunt Apostolorum ministerio cō-  
secrati. Dixi autem eos fuisse (vt alia omittam)  
duabus imprimis notis ab aliis distinctos, tum

Philip. 4.

y.j.

368 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
quod missi fuerint ad omnes Getes, tum quod  
fuerint à Christo immediate electi, & vocati.  
Hanc meam sententiam quomodo adoraris  
iam videndum est. Primum iubes me audire  
Dionysium: quasi verò vel te, vel tuum Dionysium  
audire debeam. Verum enim uero hanc à te in-  
eamus gratiam, & tuum Dionysium parumper  
audiamus, atque catenus audiamus, quoad ipse  
tuam sententiam refellet. Tu, inquit Dionysius  
(Demophilum autem Monachum alloquitur)  
præscribe cupiditati & iræ (quod quidem non  
facis, Turriane monache, nec ipse tuum Dio-  
nygium audis, qui scriptis Thrasonicis ac viru-  
lentis in nos emitendis cupiditati & iræ indul-  
ges) tibi Diaconi, Diaconis Sacerdotes, Sacer-  
dotibus Episcopi, Episcopis Apostoli & Apo-  
stolorum successores. Hæc tuus Dionysius. Ex  
quibus scilicet vis probare, Episcopos esse A-  
postolorum successores. Verum, Francisci,  
cum iubeat iste Dionysius ut Apostolorum suc-  
cessores præscribant Episcopis: hinc colligo  
Episcopos non vocari Apostolorum successo-  
res. Nam qui præscribunt, alij sunt ab iis quibus  
præscribunt. Respondes nomine successorum  
intelligi Archiepiscopos: atq[ue] ita ex hac tua in-  
terpretatione soli Archiepiscopi essent Apo-  
stolorum successores. Verum addis, Episcopos  
quoq[ue] esse successores, sed Archiepiscopos esse  
Apostolis similiores & propinquiores: hec qui-  
dem dicis, mi homo, sed quia voluisti me audi-  
re, non te, sed Dionysium, repudiata tua addi-  
tione,

tione, concludo, ex Dionysij verbis, Episcopos non esse Apostolorum successores. Sed est & aliud quod te magis vrat in Dionysij verbis & in isto catalogo quem recenset. Nam ego Dionysium audiens nihil audio de tuo Pontifice, quandoquidem in Apostolis & Apostolorum successoribus conquiscit, idque agens de iis quorum erat aliis praescribere. Quare cum(vel ex tua interpretatione) ita nominat Archiepiscopos ut illis superiorem gradum non adscribat, nec faciat unius Pontificis mentionem qui praescribat Archiepiscopis, efficio ex Dionysio, nihil loci tuo Pontifici relictum esse. Et hac in re libenter nos Dionysium audimus.

Sed iam queris a nobis quid simus dicturi si Episcopum videamus ad infideles proficisci tem ut illis praedicet Euangelium. Egregia vero interrogationem & Turriano dignissimam! Certe si de tuis Episcopis intelligis(ut facis) perinde interrogas ut si ita quereres, Quid si cœlum ruat? At tu instas: quid dices, inquis: Imo vero Turriane quid ipse dices, qui ita scripsisti pag. libri tui 241: Non licet, inquis, Episcopo ubique legatione fungi, ut Paulus licet, nisi tantum in diocesi sibi assignata. Credo tua haec verba agnoscis, quæ mirificè & Turrianicè congruunt cum hac tua sententia. Sed mihi video odorari quid velis: nempe tuos scadates commendare, qui ad Indos, vestrae sodalitatis miraculis instructi, profecti sunt: illic scilicet, futuri Episcopi Antarctici,

qui in hoc terrarum orbe Episcopi esse non potuerunt. Ut autem de re ipsa respondeam, de ordine tecum agimus quo sibi voluit Dominus Ecclesiam ad nouissimum usque diem aggredare, & affirmamus Apostolatum cum Apostolis, desiisse: minimè tamen Deo terminos illos ipsius misericordiae extra ordinem exercendae intuentes, quod & vos ipsi experimini. Sed aut vos alios fieri sanè necesse fuerit, aut quod tu mihi proponis, tunc demū cueniet, quā ex ipsis Dæmonibus instauratores sui ædificij sibi se liget Dominus.

## TVRRIANVS.

**XLVII.** *D*icis Apostolos apóstolos ab ipso Domino electos  
Pag. 173. fuisse. verū qui ministerio hominum ordinantur, an minus à Spiritu sancto ordinantur? Act. 20. Posuit vos Spiritus sanctus regere Ecclesiā, &c. Item, Aaron fuit consecratus per ministerium Moysis. Denique in electione Matthiae aliquid Ministerij intermedij fuit, Act. 1.

## SADEEL

**H**æc scripsisti ipse pag. libri tui 177. Quia Apostoli primi erant Euāgeliū omnibus Gentibus annuntiaturi, & per verbum eorum primum Gentes ubique credituræ, illorū fuit proprium eligi, tametsi in Matthiæ Apostoli electione aliquid ministerij hominū, ut antea dixi, adhibitum est. Hæc sunt tua verba, quibus soluis ipse tuam obiectionem de electione

lectione Matthiae : ne mihi proferenda sit loci  
circumstantia, & hæc imprimis verba, Tu, Do- Act. i.  
mine, qui corda omnium nosti, ostende vtrum  
elegeris ex his duobus: vt magis magisque re-  
sellaris. Nam quod obiecisti, eos rectè ordinari  
qui adhibito hominum ministerio ordinan-  
tur, planè inceptum est & extra rem. Nos enim  
non quærimus, quid sit rectè & legitimè ordi-  
nari, sed quæ sit vocatio & ordinatio Ministri-  
tij Apostolici: nec de Aarone, sed de Apostolis  
loquimur. Quare illa omnia tua sunt *τέλος λόγιος*.

## T R R I A N V S.

**D**icitis Pontificem, sibi Apostolatum vendicare, XLVIII.  
pag. 175.  
quia est Romane sedis Episcopus: sed sumis  
falsum. Non enim successor Petri est propter Eccle-  
siam Romanam ut tu fatuè dicis, sed potius quia  
Pontifex Romanus est successor Petri principis A-  
postolorum, idcirco in principe & matrice omnium  
Ecclesiæ sedet, quæ est Ecclesia Romana: nec re-  
pugnat vni Ecclesiæ Romane & omnibus simul  
Ecclesiæ prefectum esse. Vide Synodum Chalcedon.  
Can. 17. cum interpretatione Nicolai Papæ, & eius  
epistola ad Michaelem Imperatorem: ubi exponit  
Primatem diœceseos, hoc est, diœceseon, quemadmo-  
dum scriptum est, Fons ascēdebat de terra, irrigans  
uniuersam faciem terræ, id est, multi fontes terram Cen. 2.  
uniuersam irrigantes. Hactenus Nicolans Papa.

## S A D E E L.

**R**emitto te ad Ecclesiam Romanam, ut illa  
te ad palinodiam adigat, qui de magnifica  
y. iii.

ipsius autoritate detrahere non dubitas ut tuo  
Pontifici blandiaris. Papa, inquis, non est suc-  
cessor Petri, quia Romanus Episcopus, sed quia  
est Petri successor, idcirco sedet in Romana Ec-  
clesia. Hic ego rursus quero, cur Pontifex sit  
successor Petri, Respondes, quia eligitur & or-  
dinatur ut sit successor: Sed, à quibus eligitur?  
Nempe à Cardinalibus Ecclesiae Romanae, à  
qua etiam suos habent titulos. Non iam quero  
quo iure, sed hoc tantum colligo: si Pontifex à  
nullis aliis potest quam ab Ecclesiae Romanae  
Cardinalibus ordinari, Pontificem ab Ecclesia  
Romana, non Romanam Ecclesiam à Pontifi-  
ce pendere. Quae si non admittis, saltem con-  
ueniat tibi cum testimonio Innocentij Ponti-  
ficiis quod mihi obiecisti, tui oblitus pagi libri  
tvi 224. Quis nescit (inquit Innocentius, citan-  
te Turriano ex Decreto Gratiani) id quod in  
Principe Apostolorum Petro Romana Eccle-  
siæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab  
omnibus debere seruari? neque introduci ali-  
quid, quod autoritatem debeat generalem ali-  
unde accipere, vel exemplum, &c. & paulò post,  
Oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana  
custodit, à qua principium eos accepisse nō du-  
biū est, &c. Hæc ille Pontifex, non sibi, sed  
Ecclesiæ Romanae autoritatem tribuens. Quid  
dicam de tuo Anacleto, qui præcisè primatum  
in urbe Roma includit? vide Cano. Sacrosancta  
dist. 22. & aude in tuum Papam insurgere. Sexcēta  
fuit eiusmodi, quæ commemorare piget, ne vi-  
deat

dear Ecclesiæ Romanæ causam suscepisse. Sed omnino tu Pōtificiis autoribus manifestè contradicis: adeò vt mox expectem⁹ futurū, vt, quē admodū Christus dicebat, regnū cōtra se diuisum desoletur. Atq. vt à Pōtificiis discedamus, aduersarios etiā habes omnes veteres qui ita de Apostolicis sedib. loquuti sūt, vt nō eas alligariant ad ipsarū Episcopos: alioqui manifestū est, cōstare non posse quænā sedes Apostolicæ dici debeant. At Veteres sic definiūt sedes Apostolicas, nempe in quibus ipsi Apostoli docuerunt, & in quibus Episcopos constituerunt, adeò vt nō sit penes Pontificē nouas cōstituere sedes Apostolicas. Sic enim Augustinus de Eccl. Apostolicis locut⁹ est, & Irenæus de ipsa Romana Ecclesia, quēadmodū ipse alibi nobis obiecisti, nunc à te ipso dissentiens. Sic etiā Tertullianus quem sāpe testē aduersus nos citasti: Hoc modo, inquit, Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorū Ecclesia habēs Polycarpum ab Ioanne collocatū refert: sicut Romanorū Clementē à Petro ordinatum edit: Proinde vbiique & cæteræ exhibent quos ab Apostolis in Episcopatū constitutos Apostolici seminis traduces habeant. Et paulò pōst Percurre Ecclesiæ Apostolicas apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur (nota, Turriane, suis locis, inquit) apud quas ipsæ authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem & repræsentantes fāciem vniuersiisque. Habes Corinthum, habes

Epist. lib.

162. &amp;

i70. Ad-  
uer. heret.

l.3.c.3.

De pre-  
script. ad-  
uer. heret.

374 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
Philippos, habes Thessalonicenses, habes E-  
phesum: habes Romanum, vnde nobis autoritas  
præstò est: fœlix Ecclesia cui totam doctrinam  
Apostoli cum sanguine profuderunt, &c. Sic  
ali quando Tertullianus Ecclesiam Romanam &  
alias Apostolicas commendabat, quum diceret  
eas Apostolica voce personare, hoc est, Aposto-  
licam doctrinam ex Apostolorum scriptis hau-  
stam & de promptam conseruare ac tueri. Ita-  
que earum autoritatem opponebat hæreticis  
illis qui veros Scripturæ libros negabant, falsos  
supponebant, & doctrinam Apostolicæ doctri-  
næ planè contrariam obtrudebant. Sed longè  
aliud de Ecclesia Romana diceret Tertullianus,  
si hodie in viuis ageret, videretque doctrinam  
illam quam dicit Apostolos Romæ olim cum  
sanguine profusse, Romæ nunc accensis in  
Euangelicam doctrinam flammis, penitus ex-  
ruisse. Cæterum falsum est quod dicis non re-  
pugnare, Vni Ecclesiæ Romanæ & omnibus si-  
mul Ecclesiis præfectum esse. Quæro enim, ha-  
beatne Roma suum peculiarem Episcopum,  
nécne? Si non habet, ex tua definitione Eccle-  
siæ, non est Ecclesia, quandoquidem Ecclesiæ  
formam intimam (ut loqueris) in Episcopo col-  
locasti. Si particularem habet Episcopum, & is  
sit Romanus ille Pontifex, sequetur, Pôtificem  
esse Episcopum vniuersalem & particularem  
simul: quæ nisi repugnat, tu nobis si placet de-  
finies quænam sint ea quæ repugnare dicuntur.  
Porrò Synodus Chalcedonensis à te producta  
planè

plane tuam cuerit sententiam. Siquis, inquit, Episcopus vel Clericus habet querelam aduersus eiusdem prouinciae Metropolitanum, petat Primatem dioeceseos, aut sedem regiae urbis Constantinopolitanæ. Hic vides Turriane, tui Pontificis autoritatem tunc temporis non eminuisse supra reliquos Primates. Nec moro lepidam illam acridiculam Nicolai Papæ interpretationem, qui singularem numerum in pluralem conuertit, nempe ut sic pluralem singulare addiceret. Quām verò acutè locum Gene-  
seos exponat, nihil attinet dicere, ubi vocabu-  
lum *fontis* intelligit de fontibus omnibus, no-  
num quendam fontem Catholicum introdu-  
cens. At Hebraicus contextus non fontis men-  
tionē facit, sed vaporis. Itaque iam Nicolaum  
Papam Synodi Chalcedonensis corruptorem,  
& quod grauius est, Scripturæ malum & ine-  
ptum interpretem, valere inbeamus.

## T V R R I A N V S.

**Q**uod Apostoli fuerunt electi à uero referen-  
tia est ad Primitias Spiritus, quas Apo-  
stoli receperunt, ad Rom. 8. Nos Primitias Spiritus  
habentes, &c. Primiti vocat copiosora charisma-  
ta spiritualia. In illis Primiti Ponifex Romanus  
non est successor Petri, nec Episcopi sunt Apostolo-  
rum successores, sed in potestate ligandi & soluendi,  
ut diximus.

XLIX.  
Pag. 176  
& 177.

## S A D E E L.

Primitias, de quibus loquitur Paulus, male  
restrigis ad solos Apostolos, & quod pe-

Rom. 8.

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
 ius est, ad extraordinariam eorum vocationem  
 refers. Perspicuum est enim Paulum loqui de piis  
 omnibus in terris versantibus, & ad quietis ex-  
 terna portum aspirantibus. Idque patet tum ex  
 antecedentibus, tum ex subsequentibus. Acce-  
 pistis, inquit, Spiritum adoptionis per quem cla-  
 mamus Abba, Pater. Item, Qui Spiritus testa-  
 tur vna cum spiritu nostro nos esse filios Dei.  
 Item, & ipsi qui primitias Spiritus habemus a-  
 pud nos metipso suspiramus adoptionem expe-  
 cantes, redemptionem corporis nostri. Nam  
 spe seruati sumus. Item, Spiritus interpellat pro-  
 nobis suspiriis incenarrabilibus, qui verò scruta-  
 tur corda nouit quis sit sensus Spiritus, quia se-  
 cundum Deum interpellat pro sanctis, &c.  
 Quæ omnia si quis de solis Apostolis exponat,  
 ille planè ab Apostoli Pauli sententia recedet.  
 Quamobrem rectè Ambrosius hunc locum ex-  
 plicans, Post creaturam mundanam, inquit, ad-  
 iecit etiam nos hoc expectare & ingemiscere ad  
 Deum, ut hinc liberemur cuncti destinati ad  
 vitam, quia Christianis mundus hic pelagus est.  
 Et paulò post: Tunc erit liberatio corporis no-  
 stri, hoc est, omnium Christianorum. Hæc il-  
 le. Tu verò longè aliter, qui de vocatione A-  
 postolorum facta ~~accētus~~ locum intelligis. At-  
 enim, nisi contextum Apostolicum discerpis  
 (quod tibi identidem vnuuenit) vides istas pri-  
 mitias Spiritus esse cum æterna electione con-  
 iunctas, vt manifestum est ex vers. 29. illius ca-  
 pitis:

*In Epist.  
ad Rom.  
c.8.*

pitis; Quos præscivit, inquit, eosdem prædestinavit, &c. nequid dicam de ipso primitiarum vocabulo, ex quo ita argumentatur idem Apostolus paulò post: Si primitiæ, inquit, sanctæ Rom.11: sunt, & massa. Quare qui primitias illas Spiritus, de quibus loquitur Paulus, habent, illi sunt ab ipso Spiritu obsignati, cuius efficacitate tandem fiunt æternæ vitæ participes. Verùm eligi apud à Christo non infert illam Spiritus sancti obsignationem: vt palam factum est ex Iuda proditore, qui fuit quidem vocatus à meos, sed nihilominus erat diabolus ( quemadmodum Christus loquutus est) tantum abest, vt verum illud pignus Spiritus sancti in corde suo obsignatum habuerit. Ex quo fit vt Iudas ille primicias spiritus, de quibus Paulus agit, non habuerit. Quum addis Pontificem esse successorem Petri, & Episcopos Apostolorum successores in potestate ligandi & soluendi, iam digrederis ab iis quæ sunt Apostolatus propria, de quibus hic disputamus: eam enim potestatem ad omnes Ecclesiæ Pastores pertinere non dubitamus, neque pij Veteres dubitarunt. Porro ius illud ligandi & soluendi non soli Petro, sed omnibus Apostolis ex æquo fuisse datum ex Matth. 18. & Ioan. 20. antè demonstravimus: adeò vt verum sit quod scripsit Ambrosius. Quod, inquit, Petro dicitur, Tibi dabo claves, In Ps.38. &c. omnibus dicitur.

L.

Pag. 180.

## TURRIANVS.

**O** Biicis Romanum Pontificem sedere in sublimi solio, nullamque docere gentem, neāum omnes. Hoc ilsum est, scaturiens ex contentione & liuore tuo atque odio Pontificis. An tibi videtur is requiescere qui de omnibus Ecclesiis solicitus est? Nonne est quoddam genus docendi omnes gentes, prouidere ut omnes Ecclesia Catholicos Episcopos habeant? Nonne pascebat Petrus quum absens scribebat ad Episcopos Ponti, Galatiae &c. Pascite gregem Dei? Ego vero profero tabulas non diuini iuris, que hic locum non habent, sed registra & volumina literarum Pontificalium. Item, Testis est Senatus, quem vocant Consistorium Cardinalium, quos fecit sibi oculos, aures, manus & pedes, ut tuus Aristoteles de Regibus dicit, lib. 3. de Rep. Quomodo potest cessare, immo respirare qui tam multa, tot oculis videret tot auribus audit? tot manibus agit? tot pedibus perambulat? Aut si nec his testibus credis, sit tibi testis locupletissimus, breuitas ipsius vite, quam ferè degunt tot curis & negotiis ac solicitudinibus uniuersae Ecclesie confecti.

Pag. 181. *Regula iuris civilis & canonici est, qui facit per alium, per seipsum facere videri.*

## S A D E L.

**E**Pistolæ Petri nihil habent commune cum Registris & epistolis Pontificalibus: & vt verbis tuis utar, tabulæ diuini iuris in illis locum non habent: neque hic locum habere potest regula iuris à te producta, ubi agitur de officio

ficio personali (vt dicunt.) Reliqua verò omnia quæ dicis, Turriane, scaturiunt ex illa tua Gna thonica assentatione, qua tu Pontificis gratiam aucuparis, vt tibi, ni fallor, ad Episcopatum viam munias. Ergo nobis ingētes ac continuos Romani Pontificis labores, curas innumerabi les, assiduas vigilias, intentum ac nunquam remissum studium commemoras, ex quibus omnes Gentes docere videatur. Ac testem citas Senatum Cardinalium, scilicet clarissima Apostolatus ipsius indicia, longéque alia quām quæ Paulus Corinthiis proferebat. At quia nos hīc <sup>1. Cor. 9.</sup> agimus de ministerio Apostolico, quod quidē <sup>2. Cor. 12.</sup> Euangelij prædicatione imprimis continetur, nihil eorum audio quæ tu nobis valde <sup>in impetu</sup> amplificas. Nam itāne sperasti nos posse pasceret tuis commentis & Apuleianis fabulis de tuo Pontifice, quem tot oculi vident, & de quo tot aures audiunt? Satis iam satis, Francisce, spectati sunt & cogniti tui Pontificis labores: satis, inquam, omnes sciunt atque etiam persentiunt, non de Euangelio prædicādo, sed delendo potius, in tuo illo Cardinalium Senatu consilia agitari. Tui Pontificis isti oculi quo stū nobis narras eō collimant, ad id patēt illæ aures, hoc illæ manus agunt, eō pedes illi toto impetu fertuntur, vt, nempe, exortam lucem Euangelij suis artibus, si fieri possit, extinguant. Nos autem pium laborem Euangelicæ prædicationis querimus, & ea quæ (vt de Apostolatu taceam) Episcopum Rom. decerent. Nam quid attinet

380 ANTON. SADEEL. RESPON<sup>S</sup>.  
istos oculos, pedes, aures, manus proferre, qui-  
bus Pontifex suum munus exerceat? Itane per-  
sestertens, alienis oculis vigilat? iacens ips<sup>s</sup>e, a-  
lienis pedibus incedit? surdus, audit alienis au-  
ribus? otiosus, alienis manibus operatur? Ve-  
rum enim uero istos tuos Cardinales nihil  
magis vel videmus operantes, vel Euangelium  
audimus annuntiantes. Num igitur h<sup>ec</sup> etiam  
ab Episcopis mutuantur? Ac ne ipsi quidem  
Episcopi pedes habent quum ad ipsorum diœ-  
ceses proficiscendum est (nisi forte animi vel  
lucri gratia) nec os habent, quum proponenda  
est Euangelica prædicatio. Quid ergo? nimi-  
rum ad vos Monachos omnium infirmos (vt  
nobis paulò ante ex Dionysio recitasti) res re-  
diit, qui estis & Pontificis, & Cardinalium, &  
Episcoporum, & Parochorum oculi, os & pe-  
des: addo etiam nares, dum vos, instar canis ve-  
natici, omnia piorum vestigia odoramini (in  
Italia præsertim & Hispania) vt eos in vestr<sup>a</sup>  
Inquisitionis retia coniiciatis: sed vnum deest,  
quod vobis dolet: non enim estis eorum ma-  
nus. Etenim vos huc & illuc cursitatis, & cla-  
matis quidem satis supérque, sed Cardinales  
& Episcopi accipiunt suis ipsorum manibus  
opinorum Sacerdotiorum vestigalia. Quis  
igitur non obstupefacat, Turriane, quandoqui-  
dem reliquis tacentibus, vos Monachi, hoc  
est, omnium infirmi, & pedes magni illius ve-  
stri Catholici corporis, vos, inquam, propè,  
soli

soli loquimini, adeò ut Romanus Pontifex, quem dicas esse summum & vnum Ecclesiæ Catholicæ visibile caput, non iam ore, sed pedibus loqui videatur? Cùm autem in humano corpore singula membra in suis quæque locis acquiescant: in vestro illo corpore, pedes cura esse volunt: crura, brachiorum locum affectant: brachia, in caput euadere contendunt.

Sed tu maximum tādem argumētum proposis, nempe vitæ breuitatem, quæ in tuis Pontif. perspicitur. Atqui, si fides habenda est vestris historiis, in promptu est alia ratio istius breuitatis: de qua tamen tu videris, vel potius ipsi Pontifices viderint, quorum præcipue res agitur. Vtvt est, miseret me tuorum Pontificum, Francisce, qui tot curis ac negotiis sudantes & anhelantes, hoc est, otio, delitiis & omni voluptatum genere confecti, dies Petri (quemadmodum vulgo dicitis) videre non possunt.

Atq; hæc de Pōtificis ore, oculis, & pedibus: hoc est, Cardinalibus (interprete Turriano) qui sibi faciunt Pontificem caput, dum eum eligunt & ordinant, & quos ipse sibi vicissim Pontifex facit oculos, aures, manus & pedes, vt nobis Turrianus exposuit.

## TVRRIANVS.

LI.

Pag. 182.

&amp; 183.

**Q**um Apostolus ad Timoth. iubet ut Episco-  
pus sit didictrix, non iubet ut omnino pradi-  
cet: nam illud significat teneri studio & cupiditate  
docendi, quod conuenire Romano Pontifici testatur  
Collegia ab eo amplissime dotata, ut Collegium  
Neophytorum, in quo Neophyti literas Hebraicas  
& Latinas discunt, ut postea bene eruditii Christum  
Iudeis ex Lege & Prophetis demonstrent: alijs Ara-  
bicam linguam discunt, ut apti sint ad docendum  
doctrinam Euangeli Turcas.

## SADEEL.

**I**Táne tandem nobis vocabulum illud Gr.  
cum interpretari? Debebas proferre saltem  
vnum testimonium quo tua illa interpretatio  
niteretur. At quum præcipit Apostolus, ut Epi-  
scopus sit didictrix, nō cum intelligit qui tenea-  
tur discendi studio, sed qui polleat docendi fa-  
cilitate. Nam velle docere non idem est ac do-  
cere posse. Quare, Francisce, quum aīs Pontifi-  
cem aliquot Collegia instituisse, vt ita se didic-  
trix præbeat, tu te ipsum ridiculum præbes. Ac  
censo vt adeas Collegium illud quod Neophy-  
torum vocas, & illic discas propriam signifi-  
cationem vocabuli didictrix: quod si recusas, certe  
neutra vocabuli significatione es didictrix: nec  
ēa quę propria est, nec illa etiam quam finxisti:  
quippe qui nec docere possis, nec velis discere.

TVR.

## TVRRIANVS.

**D**icis si Pontifex non habeat plus iuris in Episcopos, quam Petrus in Apostolos, inde sequi Episcopos à Romano Pontifice nec vocandos, nec confirmandos. Fateor Petrum nec vocasse, nec confirmasse Apostolos in munere Apostolico: sed hoc pertinet ad illas primitias Spiritus, de quibus antea. Nos autem loquimur de potestate clauium, quam dedit Christus Apostolis per Petrum, sicut Anacletus & Leo primus, Pontifices Romani dixerunt.

## SADEEL.

**S**Emper principium petis, Frācise, cum tuo Anacleto & Leone: nec id mirum, qui omnibus veris præsidiis sis destitutus: immo si istæ primitiae de quibus loqueris, reddiderūt Petri conditionē præstantiorem (vt æquū est) quī fit igitur, vt hac in parte cedat Pontif. Romanis? Nam Pontifices ordinant & confirmant Episcopos, Petrus autem nec ordinavit nec confirmauit Apostolos. Digrederis ad potestatem clauium, de qua hīc sermo nobis non est, sed de vocatione & ordinatione ministerij Apostoli. Num igitur oblitus es huius tuæ cantilenæ toties inculcatæ, Petrum ministrantem, & Ministerium Petri idem esse? Item: Petrum & Pontificem re idem esse, ratione tantum differre? Si ergo Petrus ministrans nec elegit, nec confirmauit Apostolos, cur Pontifex tuus Episcopos eligit, ordinat & cōfirmat? Quid quod parūm consentanea dicis? Suprà enim nobis voluisti

z.j.

LII.

Pag. 184.

persuadere Paulum fuisse ad Petrum profectum, ut ab eo confirmaretur: nunc verò negas Apostolos fuisse à Petro confirmatos in munerē Apostolatus.

## TVRRIANVS.

LIII.

Pag. 185.

186. 187.

**Q**uasi verò, inquis, si Petro successum fuerit, necesse sit Episcopum Romanum esse Petri successorem. Quorsum istud? Tu velut in utramque partem disputans, negas tamen Episcopum Romanum esse Petri successorem, quia hic frēnum mordes. Addis, Quia Romæ docuit. At hoc est commentum tuum: non enim dicimus esse successorem Petri, quia Petrus Roma docuit, sed quia ut in cathedra Petri, & capite Ecclesiarum succederet, ordinatur & consecratur, ut patet ex orationibus, quae tum adhibentur.

Poscist tabulas diuini iuris: En tibi, Tu es Petrus super hanc petram, &c. Dabo tibi claves, &c. Pascenes meas. Quia verò haec tabula obscura tibi videntur, alias tabulas exhibui, nempe traditiones Apostolicas, id est, νόμιμα ἀγραφα, sic enim Basilius, & alij Patres vocant ista sine scripto tradita.

## S A D E E L.

**E**go verò nec in utrāque partē dispuo nec frēnum mordeo qui Turrianum effrenatum & per humana somnia ac vanas hominum Traditiones excurrentem, tanquam in gyrum

rum Scripturæ compello. Nec mirum sanè si  
 cum Scriptura non conueniat qui secum ipse  
 constare non potest, neque cum reliquis Pon-  
 tificiis cōsentire. Quid enim tibi vis, Turriane,  
 hac tua exceptione: Pontificem non dici suc-  
 cessorem Petri, quia Petrus Romæ docuit? at-  
 que hoc meum esse commentum obiicis. Lege  
 ergo quæ nobis vulgò ipsi obtruditis ex Vete-  
 rum scriptis in laudem Romanæ Ecclesiæ de-  
 prompta: expende vbinam locorum & gen-  
 tium Veteres sedem Petri collocarint: attende  
 quæ dicit Tertullianus, ut Romanam Ecclesiam  
 commendet: nempe Apostolos, Paulum vide-  
 licet & Petrum totam ibi doctrinam cum san-  
 guine profudisse, ac fatere, nisi illa fama obti-  
 nuiisset, Petrum olim Romæ docuisse, tantam  
 futuram non fuisse tui Pontificis autoritatem.  
 Quinetiam explica nobis, cur tantopere Mar-  
 cellus Pontifex laborarit, ut cathedram Petri  
 Antiochia Romanam traheret. Quid opus erat  
 festo illo die, quem vos eam ob causam cele-  
 bratis? Nonne vos etiam Pontificij hoc habe-  
 tis constitutum, & tu ipse (qui mihi obiicis me  
 frænum mordere) nonne hoc dogma mordi-  
 cus retines, non alium quam Episcopum Ro-  
 manum, Pontificem maximum esse posse?  
 Porro (dicendum est enim s̄epius) ecquæ-  
 nam est ista ratio? Pontificem esse Petri suc-  
 cessorem, quia sic ordinatur & consecratur? à  
 quibus obsecro? quo iure? quo præcepto?  
 Vnde ius illud Cardinalium prodiit? antequām

*De p̄f̄se.*

verò essent Cardinales, quomodo vester ille  
Pontifex consecrabatur? Si non legitimè, cau-  
sa decidisti? Si legitimè, cur illa ratio mutata  
est? Atque omnino, isti quos hodie vos tam au-  
gusto nomine Pontifices Maximos appellatis,  
nonne olim Episcopi Romani vocabantur?  
nonne ab Ecclesiæ Romanæ Clero, accedenti-  
bus ipsius plcbis suffragiis ordinabantur? Quod  
si ita est, dic nobis, quid iuris habuerit Eccle-  
sia Romana, ut suum Episcopum vniuersæ Ec-  
clesiæ præficeret? Illi sanè licuerit suum sibi E-  
piscopum eligere: eum verò constituere totius  
Ecclesiæ Christianæ Episcopum, quo tandem  
iure potuit? vnde tanta in omnes Ecclesiæ au-  
toritas? audebisne proferre Petri successionem?  
At tu ipse negas, ius illud successionis esse in Ec-  
clesia Romana, atque tu ipse tibi istud frænum  
inieciſti, quod videbis qua ratione exutias.  
Nam quod attinet ad illas orationes quas di-  
cīstum adhiberi, quum tuus Pontifex conse-  
cratur, nisi firmiora habeas argumenta, parūm  
illę nos insurrate precatiunculae commoue-  
bunt. Verùm, quia toties iactas electionem &  
ordinationem tui Pontificis, & profers illas  
precatioñes Cardinalitas, ego tibi vicissim  
profero non huius ætatis vitia, quibus ad eius-  
modi ordinationem peruenitur, sed veterum  
Episcoporum Romanorum ambitionem, qua  
sibi ad Episcopatum obtinendum aditum com-  
parabant: ita ut se odiosos & ridiculos ipsi e-  
tiam Ethnicis præberent. Audi enim quid de  
hac

hac re olim scripsit Ammianus Marcellinus  
 (quem auctore tibi obiicio, ut te magis pudeat)  
 Damasus, inquit, & Ursicinus supra huma-  
 num modum ad rapiendam Episcopalem se-  
 dem ardentes, scissis studiis asperrim cōflicta-  
 bantur adūisque mortis vulnerūque discrimi-  
 na adiumentis utriusque progressis. Cōstatque  
 in basilica Siccini, ubi ritus Christiani est cō-  
 venticulum, uno die centum trīginta septē re-  
 perta cādauera perelevatorum: efferatāmque diu  
 plebem ægrē postea delinitam. Hæc illæ. Cæ-  
 terum, ut discedam à tuis illis orationibus con-  
 secratoriis, dum reponis eos Scripturę locos, de  
 quibus nunc instituta est disputatio, ut probes  
 Pontificis successionem, principium petis. At  
 vero ita succuriis: quādo quidem, inquis, hæ ta-  
 bulæ tibi vidētur obscure, alias tabulas exhibui,  
 nempe tabulas Traditionum, hoc est, *volumen* *æ-  
 xiphæ*. Rectè sanè Turriane, vocas illas tabulas  
*ævædæs*, in quibus nihil scriptum est: videlicet  
 tabulas, nō tabulas, quas vobis relinquimus ve-  
 tis Scripturæ tabulis contenti.

Amm.  
 Marcel.  
 lib.27.

## TVRRIANVS.

**N**os Petrum Romæ docuisse ex tabulis divini LIII.  
 iuris ita demonstramus ad Rom. I. cap. Deside - Pag. 190.  
 ro venire ad vos ad confirmados vos: quia inquit & sequet,  
 Theodoreetus, Petrus primus Doctrinam Euange-  
 ly illis tradiderat. Vide Clementem discipulum  
 Petri de const. Apost. I. 6. Et Hieronymus testatur  
 z. iii.

388 AD REPET. TVRR. SO PHIS.  
venisse Petrum Romam anno secundo Claudi, ali  
anno quarto.

Pag. 194. Alius locus Act. 18. Paulus inuenit Iudaū quen  
dam nomine Aquilā, qui nuper venerat ab Italia  
eō quod praecepisset Claudi⁹ discedere omnes Iudeos  
à Roma: fuisse autem Aquilā & Priscillā uxorem  
Christianos constat. I. Cor. 16. Age verò, Antoni, cū  
nondum Paulus tum fuisset Roma, quis alius Apo  
stolus Roma tum docuit præter Petrum, cum de nul  
lo alio fama sit præter Petrum. Si dicas hac non esse  
Pag. 196. certissima Scripturæ testimonia: obiicio tibi regulā  
iuris: Non expressa non nocere: Item alteram, Eum  
qui tacet non fateri, sed tamen verum esse eum non  
negare. Ita te ad sanandum redarguimus, sic enim  
tunc Aristoteles ratiōne dicitur X. iacobi.

#### S A D E E L.

R Idiculus es, Francisce, qui dum polliceris  
nobis exhibitrum tabulas divini iuris, tu  
Theodoretum, Clementem & Hieronymum  
commemoras, eosque non satis inter se consta  
tes. Imò si, vt ex historia colligitur, Concilium  
Hierosolymitanum habitum fuit circiter an  
num decimum Claudi, cui Petrus interfuit,  
qui fieri potest, vt anno secundo Claudi Romā  
fuerit profectus? Nam ita Hieronymus de hac  
profactione loquitur, vt ab eo tempore exi  
stimet Petrum Romæ fuisse ad mortis usque  
tempus. Item constat ex secundo capite ad Ga  
latas, circa id tempus Petrum fuisse Antiochiæ  
à Paulo reprehensum. Veteres autem memoriae  
pro-

prodiderunt Petrum non fuisse Romæ, nisi re-  
licta plane Antiochia: adeò vt hæ tabulæ quas  
proponis vix possint cum veteris historiæ au-  
toribus conuenire. Verum ne nihil ex Scriptu-  
ra proferre videaris, tu locos aliquot citas ex  
quibus præclarè, scilicet, & ~~amplius~~ argumē-  
tari. Tua argumenta proponam, ac nihil præ-  
terea: ipsa enim satis pro nobis respondent.  
Desidero venire ad vos ad confirmandos vos,  
inquit Paulus: Ergo Petrus Romæ docuit, in-  
quit Turrianus. Item, Paulus inuenit Aquilam  
Iudæum, quem & Priscillam vxorem Christia-  
nos fuisse constat: Ergo Petrus Romæ docuit.  
Item: De nullo alio fama est primum Romæ  
docuisse, quam de Petro: Ergo Petrus Romæ  
docuit, nempe, ipsa fama, hoc est, tabulis diui-  
ni Iuris, inquit Turrianus. Verum addis regu-  
lam non iam diuini, sed humani iuris: Non ex-  
pressa non nocere: & ex Paulo Iurisconsulto:  
Eum qui tacet, non fateri, sed tamen verum es-  
se, eum non negare. Ex quibus ita struo tuum  
argumētum: Scriptura tacet ac proinde non fa-  
tetur, nec etiā negat, Petrum Romæ docuisse:  
Ergo Petrus Romæ docuit: idque ex tabulis di-  
uini Iuris, inquit Turrian⁹, qui se tabulas diuini  
Iuris producturum nobis promiserat. Atenim  
ego tuis Iurisconsultis oppono dictum hoc  
Chrysostomi: Siquid dicitur absque Scriptu- In ps. 91:  
ra, inquit, claudicat auditorum cogita-  
tio. Ex quo efficitur tuam illam tuorūmque  
Pontificiorum de Petro cogitationem valde

390 AD REPET. TVR. SOPHIS,  
claudicare, nec satis sanam esse : <sup>τετων δι ταλ-</sup>  
<sup>χος λαρισ.</sup>

T V R R I A N V S.

L V.  
Pag. 198. **N**Ostrum concludendi genus, hoc est: Christus  
promisit singulariter & primū Petro adi-  
caturum se Ecclesiam supereum & daturum ei cla-  
ues Regni cælorum, & hoc quod ei promisit præsti-  
tit, ergo fuit singulariter primus Episcopus, id est,  
habuit primatum inter omnes Apostolos, & quot-  
quot in Petricathedra ordinantur successores Petri  
in eodem primatus sunt, non quia Roma ordinatur,  
& Romani Episcopi sunt, sed quia in locū Petri or-  
dinantur ut ei succedat in potestate quam Christus  
singulariter & primū eis dedit.

Pag. 199. Petrus fuit episcopus Romanus, id est, omnium  
Christianorum Imperij Romani, non quatenus A-  
postolus, sed quatenus singulariter Petro dictum  
est, Tu es Petrus, &c. In hac potestate succedit E-  
piscopus Romanus.

S A D E E L.

**P**RINCIPIUM sine fine petis: nec vñquam a-  
liud nobis proponis quām id quod est in  
quæstione positum: fortè quia putas tuam sen-  
tentiam sæpius repetitam fore meliorem, quod  
longe secus est: fit enim nescio quomodo, vt i-  
pis repetitionibus crescat magisque pateat tuę  
ratiocinationis imperitia. De tua fallacia in vo-  
cabulis, Primo, &, singulariter, sæpius à nobis  
dictum est. Nunc tantùm expendo egregiam  
istam conclusionem. Christus singulariter pro-  
misit Petro, & quod promisit, præstitit. Ergo  
Româ-

Romani Pontifices habent in omnes Ecclesias principatum. Imò verò, Turriane, ita conclu-  
dendum esset potius: Christus singulariter pro-  
misit, & quod promisit, præsttit: Ergo singula-  
riter præsttit. Et vi consequentis nihil præsti-  
tit tuis Pontificibus: quia nihil illis promisit,  
quippe qui singulariter Petro promisit, nec  
singulariter Petro præsttit, si tuis quoque Pon-  
tificibus idem præstetur. Cæterum nobis affers  
nouam Episcopi Romani definitionem, de qua  
nostandiu celatos minimè oportuit. Pontifex  
igitur est Episcopus Romanus, hoc est, non  
Ecclesiæ Romanæ, ut ignari Pontificij hacte-  
nus existimarent, sed omnium Christianorum  
Imperij Romani. Nonne te tui pudet, Turria-  
ne, qui ita tui Pōtificis causam agis? Quid? cùm  
Imperium Romanum nunquam complexum  
sit omnes gentes ac nationes, illi Christiani qui  
non sunt vel fuerunt sub Imperio Romano,  
nonne ad Ecclesiam Catholicā referendi sunt?  
At nullum ius in eos habet tuus ille Pontifex  
Imperij Romani: ac propterea non est caput  
Ecclesiæ Catholicæ. Quid porrò fiet tuis Indis-  
tā procul ab Imperio Romano dissitis? Atque  
vt tuos Pontifices obliuiscar, quomodo stare  
potest quod dicas Petrum fuisse Episcopū Ro-  
manum, hoc est, omnium Christianorū Impe-  
rij Romani, non quatenus fuit Apostolus sed  
quatenus illi dictū est, *Tu es Petrus, &c.* Quid?  
nonne etiam reliqui Apostoli fuerūt omnium  
Christianorū Episcopi? nōne omnibus dictum

392 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
est, Ite ad omnes Gentes? Num sine Ministerio  
Christianos Imperij Romani docuerunt? Au-  
diāt tui sodales tuam hanc inauditam haec enus  
interpretationem. Tu es Petrus, inquit Chri-  
stus, hoc est, tu es Episcopus Romanus, inquit  
nouus interpres Turrianus.

TVRRIANVS.

LVI.  
<sup>Pag. 199.</sup>  
<sup>¶ 200.</sup>

**D**icis te non legisse Petrum docuisse Rome ex-  
presso Dei mandato, sed cum iussit Dominus  
Petro transferre sedem Romam (ut scripsit Mar-  
cellus Pontifex) simul iussit ire Romam, ad predi-  
candum Gentibus: sed quia tabule sunt humanae,  
& tu alienus es ab omni humana ratione, in omni-  
bus queris diuinias tabulas. Itaque eas tibi profero,  
Act. 15. Deus, inquit Petrus, in nobis elegit per os  
meum audire Gentes verbum Euangeli, & crede-  
re: Ergo precepit praedicare eis, nempe Gentibus:  
Roma autem erat caput Gentium, Quare nemine  
Apostolorū magis decebat primum praedicare, quā  
eum qui caput erat Ecclesie. Si conueniebat ut opus  
tam arduū audiendi praedicare Euangelium Rome  
aliquis Apostolus aggredieretur, & is non fuit Pe-  
trus, dic tu, quis alius ex Apostolis fuit? si neminem  
habes, ad aphoniam igitur compulsus es.

S A D E L.

**I**am suscipis probādum, Petru docuisse Ro-  
mæ expresso Dei mandato, quod facere ita  
instituis. Quum iussit Dominus Petrum (non  
Petro, ne tecum dure, & parum Latinè loquar)  
transferre sedem Romam, ut scripsit Marcellus  
Pontifex, simul iussit ire Romam. Atqui, Tur-  
rianus,

tiane, de expresso Dei mandato loquor, non de  
tui Marcelli somniis. Sed audio quid obiicias:  
Tu, inquis, alienus ab omni humana ratione in  
omnibus quæris diuinæ tabulas. Itane tandem  
tibi à ratione videntur alieni qui diuinæ tabu-  
las quærunt? Tu potius, Turriane, ab omni di-  
uina ratione alienus es qui in omnibus quæris  
humanæ tabulas, ut pote diuinæ tabulis desti-  
tutus. De loco Actorum 15. suprà egimus. Sed  
operæ pretium est tuam ratiocinationem excu-  
tere. Deus præcepit Petro ut Gentibus prædi-  
caret: Roma erat caput Gentium: Ergo, inquis,  
præcepit Deus ut Petrus, Ecclesiæ caput, Ro-  
mæ doceret. Magnificam verò argumentatio-  
nem, vel ex allusione vel ex nouo & inaudito  
Relatorum genere de promptam. Sic enim cō-  
cludis, ut si Petrus & Roma mutuò inter se re-  
ferratur: nēpe quia nomē capit is & Romę tribuis  
& Petro. Verū si Deus significauit Petro, Gētes  
non esse ab Euāgeliij prædicatione excludēdas,  
non propterea voluit ut Petrus solus ad omnes  
terrarum orbis Gētes proficeretur, omniā-  
que loca peragraret, ut tādē suam sedē Romæ,  
qua fuit Gentium caput, collocaret: ita ut duo  
capita concurrerent. Atqui omnibus simul di-  
stū fuerat, Ite, docete omnes Gētes, prædicate  
Euāgeliū omni creaturæ. Adeōne porrò oblit⁹  
erat Petrus huiuscē præcepti diuini (quod tu  
proponis) ut dextram societatis Paulo ac Bar-<sup>Matth. 28.</sup>  
nabæ dederit, ut hic inter Gētes, ille verò inter <sup>Marc. 16.</sup>  
circuncisos Apostolatu fungeretur? Atque vt <sup>Gal. 2.</sup>

394 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
nominatim de Roma agamus: nonne Paulus  
expresso Dei mandato Romam profectus est,  
illuc Euangeliū annuntiaturus? Astans ei Do-  
minus (inquit Lucas) dixit ei, Confide Paule, vt  
enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te  
oportet etiā Romæ testificari. Hæ sunt diuinæ  
tabulæ, Turriane, quibus ego fatus facile tuas  
illas humanas tabulas, & tui Marcelli suam cau-  
sam agentis, commenta despicio. Nec me mo-  
uet quod ais, non conuenire vt alius prius quam  
Petrus Romæ docuerit: quis enim primus An-  
tiochiæ docuit, vbi vos Pōtificij vultis primam  
sedē Petri fuisse? fuitne Petrus? Minime, si Lu-  
cæ credimus, qui id tribuit illis qui fuerant di-  
spersi ex oppressione orta ob Stephanum. Et il-  
lud fuit conueniens & congruum, quia ita Deo  
soli sapienti visum est, licet aliter Turriano vi-  
deatur. Desine igitur mirari si Petrus non pri-  
mus Romæ docuerit; quandoquidem nec pri-  
mus Antiochiæ docuit. Atque ita vides, Turria-  
ne, me nondum ad ἀφανίων, vt loqueris, vel (vt  
Plato loqui solet & melius) ad ἀφασίαν esse com-  
pulsum.

### T V R R I A N V S.

LVII. **N**on obiicio, inquis, recténe Petrus dicatur v-  
Pag. 200. **N**nus urbis Episcopus qui ad docendas omnes  
gentes missus est, nec etiam quod veteres dixerunt  
Paulum cum Petro fundasse Ecclesiam Romanam:  
illa, inquam, omnia prætermitto. Rectè & cordate  
prætermittis, utinā sic cæteras nugas prætermisisses.

S A

## SADEEL.

**A**T qui, Turriane, ego quæ ita prætermittebam, ut dicerem, ipse, silentio prætermittere non debebas: nam illa planè euertunt tuam sententiā. Sed tu rectè & cordatè responsionem prætermisisti, ne tuas nugas magis magisque malè respondēdo proderes. Vide igitur Tertullianum de Præscrip. aduersus hæret. Irænum aduers. hæret. lib. 3. cap. 3. A gloriofissimis, inquit, duobus Apostolis, Petro & Paulo Romæ fundata Ecclesia, &c. Et Epiphanius hæret. 27. Romæ, inquit, fuerunt primi Petrus & Paulus Apostoli iidem ac Episcopi. Hęc ille.

## TURRIANVS.

**O**Biicis Chrysostomum dicentem, Super hanc LVIII. Petram, id est, super fidem cōfessionis, deprap. 202. uasi locum, Super fidem, inquit, & confessionem. At rogo te, potestne esse confessio, nisi alicuius hominis confitentis?

Quod citas ex Chrysostomo in Psal. 39. negamus pag. 202. Chrysostomi esse, non enim hęc Gracē extant: aut si contēderis esse Chrysostomi, obiicio quod idē Chrysostomus scripsit in hunc locum Matth. ubi vocat Petrum Pastorem & caput Ecclesiae. Atque ita ex regula Modestini Iurisconsulti, Qui aduersus fidem testationis sua vacillant audiendi non sunt.

## SADEEL.

**O**Biicis me deprauasse locum Chrysostomi: sed ego αὐτός εαφος Græcū secutus sum,

& ipsa verba Græca recitauit: quare tu omni modo inceptus es. Cæterum de confessione cōfidentis, & de noua Relatorum doctrina, quam nobis inuexisti, satis à nobis antè disputatū est. Valde autem infirmū est quod Chrysostomus repudias, eò quod contextus Græcus ad te non peruererit. Nā quod obiicis quæ idem Chrysostomus scripsit in hunc Matthæi locum: ego ita lego apud Chrysostomum: Vt, inquit, homo pescator quauis petra firmior reddatur vniuerso terrarum orbe reluctante. Hæc illæ. Nec in illo loco ullum est verbum de Petro Ecclesiæ fundamento, licet dicatur præpositus non vni Genti, ut Ieremias, sed toti orbi; hoc enim fuit de natura Apostolatus. Quare Chrysostomus non contradicit iis quæ in Psalmo 39. scripsit, & quæ tibi obieceram. Serua igitur tibi regu-lam tui Modestini, qui toties aduersus fidem tuę testationis vacillas, & cuius scripta plena sunt contradictionibus.

## TURRIANVS.

LIX. **O**bicis Augustinum de verbis Domini serm.  
Aug. 205. 21. Item contra Iud. pag. hoc posterius ad rem  
nō facit. In altero loco dicens Augustinum pernegare  
illa verba ad Petru[m] pertinere, quod merū mēdaciū  
est: nam lib. 1. Retract. c. 21. harum duarum senten-  
tiarum, inquit, probabilior quæ sit, eligat lector.

## SADEEL.

*Contra**Iud. pag.**& Arr. c.*

12.

**D**icis locum Augustini contra Iud. pag. &  
Arrian. ad rem non facere, atque ita pro-  
dis

diste locum illum non vidisse. Nam ibi Augustinus vult probare Christum esse lapidem illū abscissum de monte sine manibus, de quo Daniel prophetauit: atque ob eam rem locum hūc *Daniel. 2.* Matthæi coniungit, Tu es Christus filius Dei viuentis, tum addit: Super Petram, inquit, fundatus est Petrus. Quibus verbis significat Petrā cuius ibi meminit Christus, esse lapidem illum de quo Daniel loquutus est, nempe Christum ipsum benedictum, quo lapide fundatur quidē & nimirum Ecclesia, sed comminuitur ac frangitur omnis potentia omnisque principatus aduersus Christum ipsum consurgens, cuiusmodi est Pontificis principatus. Iam quod dixi Augustinum de verbis Domini Serm. 13. & Tract. 124. in Ioannem, pernegare, hæc verba, Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, ad Petrum pertinere, tu mendacium esse dicis. At illud impingis non mihi, sed Augustino, vel tibi potius qui non vis Augustinum intelligere. Sic enim ille, homines, inquit, volentes ædificare super homines dicebant, Ego quidem sum Pauli, Ego Apollo, Ego verò Cephæ ( ipse est Petrus.) Et alij qui nolebant ædificari super Petrum, sed super Petram, dicebāt, Ego autē sum Christi, &c. Ecce quomodo opponit Petrā Petro, ac propterea ibi pernegat Petrum esse Petram. Et in alio loco: Petra erat Christus, inquit, super quod fundamentum ipse ædificatus est Petrus: fundamentum quippe nemo potest aliud ponere, præter quod positum est,

398 AD REPET. TVRR. SOPHI<sup>2</sup>.  
quod est Christus Iesus, &c. Hic rursus pernecat Augustinus Petrum esse Petram, cùm Christus solus sit Petra, & fundamentum Ecclesiæ. Verum tu obiicis unum Augustini locum ex Retractionib. quasi verò propterea non verum dixerim, Augustinum in aliis locis pernecare Petrum esse Petram, eò quòd in Retract. commemorat se aliquando Petram de Petro intellexisse. Imò verò licet relinquat lectori liberum iudicium, nemo non videt etiam in illo loco superiori sententiam magis placere Augustino, cùm eam subiecta ratione confirmet, & posteriorem sententiam recitet retractando potius quam confirmando. Atque omnino verum est, Augustinum in illis locis, quos attulit pernecare quod Turrianus affirmat: atque hanc Augustini sententiam de Christo Petra, & Ecclesiæ fundamento, cùm non tantum probabilior videatur, sed etiam vera sit, & cum Scripturis consentanea, eligo & amplector.

### T V R R I A N V S .

L X .

Pag. 206.

& seq.

**A** Is duplēcēt ēsse primatum, Ordinis & Potestatis. Quis unquam audiuit Principatum alicuius, sine iis quorum sit princeps? &c. Cur Petrus primus potius quam alii, si omnes erant aequales? unusquisque igitur erat primus in ordine & quæ atque Petrus. Item, cur dicit August. unitas in multis, nisi quia erat cœn colligatio Apostolorum, veluti corpus in uno capite? Denique primus in ordine militari decem,

decent, quis est? nonne Decurio? & in ordine Decurionum, nonne Centurio? & ita deinceps. Suntne isti primatus ordinis, primatus potestatis, quisque in suo ordine, annon? Quanto minus separandus est primatus potestatis à primatu Ordinis, in eo quod Christus instituit? &c.

## SADEEL.

V Alde h̄ic laboras, Francisce, vt primatum Ordinis cum primatu Potestatis confundas, neque tamen proficis hilum (vt ille dicebat) atque etiam pugnas cum ipsa natura. Nemo enim illam distinctionem præter te ignorat: nec existimo yllum esse, vno te excepto, qui velit ybicunque sit ordo, ibi quoque esse principatum. Sed tu ita exclamans obiicis: quis vnum audivit Principatum alicuius sine iis quorum sit princeps? Quorsum istud? nos de primatu, idque de ordinis primatu loquimur. Tum addis, ergo vnuſquisque erat primus in ordine. Ridiculum: Nam concessso primatu ordinis (quemadmodum Augustinus & plerique veteres concesserunt) vnuſquisque non erat primus in ordine. Stulta est autem h̄ec ratiocinatio, omnes futuros ordine primos, nisi Petrus sit princeps. At enim dixit Augustinus fuisse unitatem in multis: fateor, nempe quæ in Petro pro omnibus respondentे elucebat. Sed certè Petrus non erat ipsa in multis vnitatis, sed dicitur vnitatis propterea quod erat illius vnitatis indicium, vnuſ pro multis respondens. Sed ecce

*De verb.  
Dom. Ser.  
13.*

aa. j.

me ad ordinē militarē reuocas: si quod inde for-  
tē depromas telum, quod in nos coniicias. De-  
curio, inquis, est primus in ordine decē, & Cé-  
turio in ordine decurionū. Audio: sed vicissim  
quæro nū vnuſ Decurio, vel Ceturio habuerit  
principatum in alium Decurionē vel Ceturio-  
nem. Certè negabis. Quinctiā olim apud Ro-  
manos multæ legiones crāt, quarū vna non ha-  
bebat in aliā principatū: & tamē erat prima le-  
gio, secunda legio, & ita deinceps. Quare vel ex  
tuis istis testib⁹, nēpe militibus, falsum est quod  
proponis, in omni primatu Ordinis esse prima-  
tum Potestatis. Præterea tecum ipse pugnas qui  
suprà agnoueris Petri & reliquorū Apostolo-  
rū vnum ministeriū fuisse. Nā si Petrus habuit  
primatum Potestatis in alios, habuit quoque di-  
uersum ministeriū ab aliis. Etenim quomodo di-  
cōstituitur potestas sine officio ac ministerio?  
Vides igitur hanc distinctionē primatus Ordī-  
nis & primatus Potestatis à te minimè sublatā  
esse, neq; tolli posse quin ipsam naturā euertas.  
Denique Turriane, prima est ordine persona  
Patris, secūda Filij, tertia Spiritus sancti. Num  
verò præterea imperiū aliquod in diuinis per-  
sonis & vnicā essentia cōstitues, vnde inquali-  
tas inter illas consequatur?

## TVRRIANVS.

**A**ugustinus vocauit Petruſ primū in ordine, si-  
cut Canon. 34. Apostolorum vocat Metropo-  
litanum primum, cūm iubet omnes Episcopos cu-  
iusque gentis uidiq; rō cōautōis wptor, & cum duce-  
re cen-

recent caput: hinc factum est ut Anacletus dicat. A  
Domino, inquit, concessum est Petro & ipsi inter se  
id ipsum voluerūt, ut reliquis omnibus preeasset  
Apostolis, & Cephas, id est, caput & principium te-  
neret Apostolatus. Ne autem, Antoni, per ignoran-  
tiam rideas quod Cepham interpretatur εφιλήν, le-  
ge defensionem meam contra Magdeburgenses, ut  
& postea ride si libeat.

## SADEEL.

I Am nobis vis exponere verba Augustini, que  
te sum in opere excruciant, atque ita rem ag-  
grat deris. In canone Apostolorū, inquis, 34. vo-  
catur Metropolitanus primus. Sit ita sanè fac  
me nō repudiare tuos illos Canones (de quibus  
tibi quædam dixi in solutione tui sophismatis)  
quid hoc ad Augustinū qui loquitur de eo qui  
est ordine primus? Verum enim iuero, Turriane  
dormiebasne cùm hunc canonem produceres?  
Vis enim probare Pontificis principatum in o-  
mnes Ecclesiias. At ille Canon à te productus  
non vnum principem constituit, non vnius  
Pontificis meminit, sed inbet cuiusque natio-  
nis Episcopos vnum primum agnoscere, nem-  
pe Metropolitanum. Sic enim extat scriptus il-  
le Canon. Cuiusque nationis Episcopos scire  
oportet quis sit inter eos primus, & ipsum cen-  
sere tanquam caput, neque magnū quid gerere  
sine ipsius iudicio. Vnūquēque vero ea dunta-  
rat agere, quæ ad ipsius parœciām pertinent,

402 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
& ad loca sub illa : sed neque primus ille quid-  
quam faciat sine omnium consilio. Hæc Ca-  
non ille trigesimus quartus. Ex quo quidem e-  
go colligo nihil loci tuo Pontifici relictum:  
quandoquidem Cañon ille in Metropolitanis  
subsistit, quare tibi potius laborandum fuit in  
hoc Canone, quam in Augustino explicando.  
Sed est etiamnum aliquid quod ex istis Cano-  
nibus tibi obiicio, Turriane, nempe cur vo-  
centur Canones Apostolorum : non autem,  
Petri: cur vocentur (inquam) nam sat scio, non  
esse Apostolorum Canones. Nam si Petrus  
habuit primatum illum potestatis, quem exi-  
stimas, vbinā potius eminere debuit, quam in  
Canōibus decernendis ? Quare sequeretur  
ex illa inscriptione, omnes Apostolos fuisse  
socios in primātu potestatis, cùm omnes Apo-  
stoli Canones ediderint atque promulgarint:  
quibus Canonibus quia tu credis, hunc non  
nobis, sed tibi scrupulū eximes quum oppor-  
tunum videbitur. Anacletum verò tuum ad te  
remitto vacuum, cùm responsionem non me-  
reatur. Quòd autē defendis interpretationem  
Cephæ de capite, quasi dicatur  $\alpha\pi\delta\tau\eta\kappa\phi\lambda\eta\zeta$ ,  
tu scilicet tuā inscitiā cum Anacleti inscitiā cō-  
iunxit: ac mihi videris eorum similis qui lutum  
luto purgare dicuntur. Hoc mihi tantū permi-  
trū visum est, Turriane, quod maiores vestri Pe-  
tram in caput cōuerterunt, vos autē postea ca-  
put illud vestrum in Petram ac statuā conuer-  
tistis. Ceterū me remittis ad defensionē tuam  
contra

contra Magdeburgenses, ut posteà rideam si  
libeat: ego verò risi, Turriane ( nequid dis-  
simulem ) præsertim quum te vidi defendere  
quoque Epistolam Clemētis ad Iacobum fra-  
trem Domini iampridem mortuum quum ea  
data fuit: saltē enim debuisti exponere quibus-  
nam tabellariis Clemēs ille tuus v̄sus fuerit. Sed  
de his hactenus.

## TURRIANVS.

**O**bicis locum Cypriani, Erant inquit, ceteri LXII.  
Apostoli pari confortio prædicti & honoris & Pag. 211.  
potestatis: quod intelligendum est antequām Petro  
datus esset primatus, non posteà. Petrus autem cete-  
ris prepositus est, ut constat ex epist. Anacleti, ex  
qua Cyprianus hoc mutuatus est, vide epist. Cypria-  
ni ad Antonianum. Cum post primum, inquit, se-  
cundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus  
esse debeat, factus est, non iam ille secundus, sed  
nullus est.

## SÄDEEL.

**I**ocum Cypriani libenter declinares, sed  
infixum heret telum quounque te vertas.  
Verba Cypriani, inquis, intelligenda sunt an-  
tequam datus esset primatus Petro. Audi igitur  
Cyprianum te falsum interpretem conuincen-  
tem. Quamuis, inquit, Apostolis omnibus post  
resurrectionem suam parem potestate tribuat  
& dicat, Sicut me misit pater, & ego mitto vos:  
accipite Spiritum sanctum, &c. Tamen ut uni-  
tatem manifestaret vnam Cathedrā constituit,  
& unitatis eiusdē originem ab uno incipiētam

404 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
sua authoritate disposuit. Hac erant vtique &  
cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari confor-  
tio prædicti & honoris & potestatis: sed exordiū  
ab vnitate proficiscitur, vt vna Christi Ecclesia  
& cathedra vna monstretur. Hæc Cyprianus  
tuam interpretationem redarguens, his potissi-  
mum verbis: Christus post resurrectionem  
suam, inquit: At longè anteā dictum fuerat Pe-  
tro, Super hanc Petram, &c. Porrò nemo est a-  
deò rudis qui tuam istam interpretationem  
planè insulsam, & à Cypriani verbis alienam ef-  
se non facile animaduertat. Ac, ne forte tibi  
imponas, Cyprianus nomine vnius Cathedræ  
non intelligit tuam illam Romanam cathe-  
dram, sed hoc sibi vult, Omnes Ecclesiæ præfe-  
ctos sedere in vna cathedra, nempe eiusdem  
doctrinæ & arctissimæ coniunctionis vinculo  
colligatos. In epistola ad Antonianum, quam  
mihi obiicis, nihil dicit Cyprianus quod te iu-  
uet. Cùm enim ex vetere instituto (eoque huma-  
no) vnius Ecclesiæ vnum esse Episcopum opor-  
teret, Cyprianus ait perperam facere Nouatia-  
num Schismaticum, quod Episcopatum Roma-  
num ambiret, cùm post primum Episcopum  
esse non posset secundus Episcopus in vna sci-  
licet eadémque Ecclesia: quod idem Cartha-  
gine & aliis in Ecclesiis locum habebat. Miror  
autē tibi oculos non dolere quoties eos in Cy-  
priani scripta coniicis. Is enim nunquam de  
Romano Episcopo aliter loquitur quam de col-  
lega suo, quem etiam, sicubi opus est, & sancte  
admo-

admonet, & grauiter reprehendit. Ac, ne longè  
abeam, audi quemadmodum in hac ipsa Epi-  
stola loquatur Cyprianus, Accepi, te cum Cor- Ibid.  
nelio(is erat Episcopus Romanus) Coepiscopo  
nostro vnum tenere cōsensum: Item, Ac si mi-  
nus sufficiens Episcoporum in Africa numerus  
videbatur, etiam Romam super hac re scripsi-  
mus ad Cornelium collegam nostrum, qui &  
ipse cum plurimis Coepiscopis habito concilio Ibid.  
in eandem nobiscum sententiam pari grauita-  
te & salubri moderatione consenit: Item, Ve-  
nio ad personā Cornelij c collegae nostri: & mul-  
ta alia in eam sententiam. Ex quibus colligere  
promptum est, Romanum Episcopum priscis  
illis temporibus non summum Pontificem qui  
aliis omnibus Episcopis imperaret, sed aliorum  
Episcoporū socium ac collegam habitum fui-  
se. Atque hæc de Cypriano, quem & perperam  
exposuit, & nobis obiecit Turrianus.

## TVRRIANVS.

**O** Bücis aliud locum Cypriani, Episcopatus v- LXIII.  
nus est, cuius à singulis in solidū pars tenetur. Pag. 213.  
Nomine Episcopatus intelligit Ecclesiam, quia v-  
nuquisque Episcopus de Ecclesia particulari sibi  
ascripta redditurus est rationem in solidum, & so-  
lus reddet rationem Domino qui commisit, ut patet  
ex iis, quæ sequuntur apud Cyprianum, Quanuis,  
inquit, Apostolis omnibus post resurrectionē suā pa-  
rem potestatem tribuat, tamen ut unitatem mani-  
festaret, unitatis ipsius originem ab uno incipientē  
aa. iiiij.

406 AD REPET. TVR. SOPHIS.  
sua authoritate disposuit. Porro Episcopatus & Epi-  
scopus relata sunt.

Pag. 214. Si Dominus disposuit, ut à Petro origo unitati  
Ecclesiae inciperet, sequitur ut, Petro mortuo, à suc-  
cessore eius nunc incipiatur origo unitatis Ecclesiae.

Pag. 216. Dissimilasti quod sequitur apud Cyprianum. In-  
de, inquit, per temporū & successionum vices, E-  
piscoporum ordinatio & Ecclesia ratio decurrit, ut  
Ecclesia super Episcopos constituantur, & omnis Ec-  
clesiae actus per eosdem præpositos gubernetur.

### S A D E E L.

In Ioan.  
hom. 28. R Ectè aliquando dixit Chrysostomus, nihil  
vndique præsidia accersat, semper tamen nu-  
tat, donec tandem sua sponte plane corruat. I-  
taque dum Cyprianum Turrianus corrumpere  
reconatur, suum ipse errorem magis magisque re-  
darguit. Verba Cypriani sunt perspicua, quibus  
affirmat in Ecclesia Christiana unum esse Epi-  
scopatum, cuius à singulis in solidum pars tene-  
tur. Quid autem, Turrianus? Ipsam vocabulū  
significationem tollit, & supponit nouam, de  
qua nemo hactenus cogitauit. Vocabulū Epi-  
scopatus, inquit, ibi significat Ecclesiā. Nimirū;  
Turriane, quia ita vis, sed nisi tu fretus Biblio-  
theca Vaticana nouum aliquod Lexicon nobis  
conficias, nunquam persuadebis Episcopatum  
& Ecclesiam esse vocabula synonyma. Verū;  
satis

satis video quid tibi imposuerit: Cùm vos P̄t-  
tificij Ecclesiā in solis Episcopis, saltem in Cle-  
to (quem vocatis) constituere vulgō soleatis, eō  
factum est, vt in hunc errorem facile sis prolap-  
sus. Verum enim uero ne te multis detineam, i-  
pse te Cyprianus suis verbis refellit, non rerum  
tantū, sed etiam vocabulorum corruptorem.  
Loquens igitur Cyprianus de vnitate Ecclesie,  
& eam Nouatiani Schismatici furoribus oppo-  
nens: Quam vnitatem, inquit, firmiter tenere  
& vindicare debemus: maximē Episcopi, qui in  
Ecclesia pr̄esidemus, vt Episcopatum quoque  
ipsum vnum atque indiuisum probemus. Ne-  
mo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei  
veritatem perfida pr̄evaricatione corrumpat.  
Episcopatus vnuſ est, cuius à singulis in solidū  
par tenetur. Ecclesia quoque vna est quæ in  
multitudinem latius incremento fœcunditatis  
extenditur. Hæc illæ: ex quibus satis vides Epi-  
scopatum manifestissimē ab Ecclesia distingui.  
Ait enim Cyprianus non Episcopatum solū  
esse vnuſ, sed vnam quoque esse Ecclesiam.  
Nomen autem Episcopatus propriè usurpari à  
Cypriano, satis patet ex his verbis: Maximē E-  
piscopi, qui in Ecclesia pr̄esidem⁹, inquit. Quòd  
si nos non audis, saltem te ipsum audias, Tur-  
iane, ita te ipsum refellentem: Episcopatus &  
Episcopus relata sunt, inquis, (quām bene nūc  
non dispuo) hoc si verum est, cur Episcopatum  
ad Episcopos non refers? Quod si nondū mē-

*De unit.  
Ecc. siue  
de Simp  
Prelati-*

*Lib. 4. Ep.* admodum illam ipsam sententiam idem repeatat in Epistola ad Antonianum, hisce verbis: Cùm sit, inquit, à Christo vna Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa: item, Episcopatus vnum Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, &c. Ecce tibi, Turriane, quid sit Cypriano vnum Episcopatus, nepe collectio omnium Episcoporum eiusdem Ministerij societate coniunctorum, ne posthac vocabulorum significationem perueritas.

Addis, si origo vnitatis à Petro incepit, sequi, vt Petro mortuo ab eius successore incipiat. Hic mihi libet usurpare quod aliquando dixit Augustinus, Miror si sanguinem habet, qui ita argumentando non erubescit. Quid enim insulsius dici potest? si incipit vnitas à Petro, debet igitur ab eius successore incipere: Imò verò, Turriane, si semel à Petro incepit, nō debet amplius incipere. Ac demiror te, qui toties disputando principium petis (vt sæpe ante vidi-  
mus, & infrà videbimus) te nondum intelligere quid sit principium & exordium: vñsne, oblicro, vnitatem Ecclesiæ perpetuò incipere? Ati-  
pse dicis à Petro incepisse. Potestne eadem res  
& incipere & incepisse? Sed præstat te refellere  
illis Cypriani verbis, quæ tu dicis à nobis fuisse  
dissimulata: Inde, inquit, per temporum & suc-  
cessionum vices Episcoporum ordinatio, &  
Ecclesiæ ratio decurrit, &c. Vides Turriane,  
Inde, hoc est, à prima illa Christi dispositione,

per temporum & successionum vices Ecclesiæ rationem decurrere: ac propterea, non hærebit in ipsa origine, quemadmodum existimas: ni tibi decurrere, & in carceribus subsistere, idem sunt. Quare si rectis oculis Cypriani sententiam aspiceres, & aliorum Veterum, qui de vna Petri cathedra, & de vnitatis origine loquuti sunt, facile intelligeres eos nihil aliud voluisse, quam Dominum in Petro significasse futurā Ecclesiæ Christianæ vnitatem, vt quemadmodum omnes Apostoli ore vnius Petri Christum confessi sunt, ita vniuersa Ecclesia quasi vno ore fidem vnam eandemque profiteatur: ne quis existimaret propter Apostolorum numerum Ecclesiam fuisse in multa capita, & in multas ac varias partes distrahendam. Hæc, inquam, fuit Veterum sententia de vnitate Ecclesiæ in vno Petro figurata, quæ nihil habet cum vestra illa Pontificia ambitione commune. Sed cur non ego fuissem à me vitium illud dissimulationis amoueo, cuius me accusas? licet facile videoas me esse pessimum dissimulatorem. Agè ergo, nequid dissimulare videamus, vrgamus hæc verba quæ à nobis prætermissa fuisse conquereris. Ecclesiæ ratio occurrit, vt Ecclesia super Episcopos constituatur, inquit Cyprianus. Ex quibus officio falsum esse quod affirmas: vnum Petrum & vnum Romanum Pontificem in Petro, vel Petrum in Pontifice esse Ecclesiæ fundamentum. Nam Cyprianus Ecclesiam

esse constitutam, non super vnum Episcopum,  
sed super Episcopos dixit. Quod etiam perspi-  
cuū est ex his verbis quæ præcedunt apud Cy-  
prianum, & quæ tibi obieceram in solutione tui  
Sophismatis: Domin⁹, inquit, Episcopi honore  
& Ecclesiæ suæ rationē disponens, dicit Petro,  
Tu es Petrus, & super istam Petrā, &c. Ecce, nō  
dixit Cyprianus, Christum illis verbis honorē  
Petri disposuisse, sed honorē Episcopi, quo no-  
mine indefinitè posito, Cyprianus Episcopos,  
id est, Ecclesiæ Pastores intellexit: adde quod  
ille ipse affirmat, omnem Ecclesiæ actum per  
præpositos gubernādum, Vbi nihil reperio de  
tuo illo Catholico præposito, nempe Pontifice  
Romano. Atque hæc de Cypriani loco, & eius  
verbis à me non dissimulatis.

## TVRRIANVS.

LXIII.

Pag. 218.

**D**Icīs Clementem scripta sua inter Canonicas  
Scripturas recensuisse, quod falsum est, si quis  
non oscitanter legat. Epistolæ, inquit, Clemētis duæ  
& constitutiones vobis per me Clementem scriptæ:  
sciebat enim se nec Apostolū nec Euangelistam esse.

## SADEEL.

**I**Mò nisi oscitanter ipse Clementem tuum  
legeres nobis assentireris. Sic enim Clemens  
recensens libros Scripturæ: Noni testamenti,  
inquit, Euangelia quatuor: Pauli Epistolæ 14:  
Petri Epistolæ 2: Ioannis 3: Iacobi vna: Iudæ  
vna: Clementis Epistolæ duæ, & Institutiones  
vobis Episcopis per me Clementem in octo  
libris

ANTON. SADEEL. RESPONS: 411  
libris nuncupatæ, quas in omnibus publicare  
non decet ob arcana quæ sunt in ipsis: Et no-  
strorum Apostolorum Acta. Hæc tuus ille Cle-  
mens cuius causam suscepisti.

T V R R I A N V S.  
O Biicis canonem, Considerandum. Sed non idē LXV.  
est promittere ædificaturum se Ecclesiam, & <sup>Pag. 220.</sup>  
iam adificare.

Vide quæ Irenæus & Tertullianus de Ecclesia <sup>Pag. 222.</sup>  
Romana scripserunt & Augustinus, Tenet, inquit, & seq.  
ab ipsa sede Petri, usque ad presentem Episcopatum  
successio Sacerdotum.

Quid porrò respondebis Innocētio Papæ, Quod, <sup>Pap. 224.</sup>  
inquit, in principe Apostolorū Petro, Romana Ec-  
clesie traditum est, & nunc usque custoditur, ab o-  
mnibus debet seruari.

S A D E E L.  
C Ratiani tui verba hæc sunt, Quod, inquit, C. Relatū  
Beatus Petrus post negationem Pastor à <sup>dist. 50. in</sup>  
Domino sit institutus, probatur autoritate Gre- <sup>Epigra-</sup>  
gorij. Hæc ille: tum addit Gregorij verba: Con- <sup>phe.</sup>  
siderandum est, inquit, cur omnipotens Deus  
eum quem vniuersæ Ecclesiæ præferre dispo-  
suerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum  
negare permisit, &c. Dicis aliud esse promittere  
se ædificaturum, aliud iam ædificare: Ergo, velis  
nolis, ipsa te rei veritas in nostram sententiam  
pertrahit, nullum principatum datum fuiss. Pe-  
tro ex his verbis, Tu es Petrus, &c. Tibi enim  
deueniendum est ad cap. 20. Ioannis, vbi vide-  
bis omnibus simul dari quod Petro omnium

personam gerenti, ac proinde omnibus in Pe-  
 tro promissū fuerat. Tu verò qui Gratianū fla-  
 gellas, eris æquior fortassis Ambrosio, qui ver-  
 ba illa Christi sic aliquando exponebat, Tibi  
 dabo claves regni cœlorū. Quod Petro dicitur,  
 inquit, Apostolis dicitur. Quantū ad Irenāū,  
 Tertullianum & Augustinum attinet, ego tibi  
 illorum locos iam antè obicci, quū dicese Ro-  
 manum Pontificē non esse Petri successorem,  
 quatenus est Romanus Episcopus; vt ita sedes  
 Romana à Pontifice, non autem Pontifex à se-  
 de Romana penderet. Ego verò, quanquam  
 nec Ecclesiæ Romanæ, nec tui Pontificis cau-  
 sam suscepi, volui tamen te ipsum refellere ex  
 iis quæ nobis identidem opponis. Cæterum  
 Lib. 3. c. 4. cæ puritatem retinuit: & vt Irenai verbis utar,  
 in illa Ecclesia conseruata est ea quæ est ab A-  
 postolis traditio, atque etiam Episcopi Roma-  
 ni officium suum exercendo, sese ministros Ec-  
 clesiæ præbuerunt, non autem Reges, (vt nunc  
 faciunt) nihil mirum, si apud Veteres magno tū  
 illi in pretio fuerint, accedente etiam urbis di-  
 gnitate. Tu verò similiter facis, vt si, quia Vete-  
 res Romanū, quandiu stetit, & caput mundi  
 hodie iubeas facere de Romæ toties collapsæ  
 ruderibus.

TVR-

## TVRRIANVS.

**O**bicis Canonem primæ sedis. Sed is intelligē— LXVI.  
dus est de Primitibus Africæ, ut Leo Papa <sup>Pag. 227.</sup>  
scripsit. Quod autem addis ne Romanus Pontifex & seq.  
vniuersalis appelletur, non est ex Canone, sed ex  
Gratiani rubrica in caput proximè sequens, ubi in-  
terdictitur ne quis Patriarcha vniuersalis appellare-  
tur, quasi solus esset: & ita intelligēdus est locus Gre-  
gorij conquerentis de Ioanne Constantinopolitano.

## SADEEL.

**S**i, vt dicens, Canon ille Synodi Africanæ, de  
solis Africanis intelligēdus est, sequitur A-  
fricanos tunc temporis nullam primam sedem  
agnouisse extra Africam, vt ne nunc quidem.  
Quid verò in te admisit Gratianus, cuius verba  
& sententiam tam fastidiosè repudias? Atenim  
probat manifestis tum Pelagi, tum Gregorij <sup>Can. Nul-  
lus.</sup>  
verbis nefas esse quenquam vniuersalem Epi-<sup>Can. Ecce.</sup>  
scopum nominari. Tu ipse vide Gregorij Epi-<sup>Dift. 99.</sup>  
stolas, ac tum define de ea re dubitare. Stultum <sup>Lib. 6. Ep.</sup>  
est autem quod ais Gregorium negare se esse <sup>2.</sup>  
vniuersalem, hoc est, solum: eccui enim vñquā <sup>Lib. 4. Ep.</sup>  
illa dubitatio incidisset? Imò verò aliam ratio-<sup>32. 38. 39.</sup>  
nem addit Gregorius his verbis: Quid tu Chri- <sup>Lib. 4.</sup>  
to vniuersalis Ecclesiæ capitî in extremi iudi- <sup>Ep. 38.</sup>  
cij dicturus es examine, qui cuncta eius mem-  
bra tibimet conaris vniuersalis appellatione  
supponere?

## TVRRIANVS.

LXVII.

Pag. 230.

&amp; 231.

**C**itas Gratianum, ex quo dicas constare Pontifices Romanos fuisse ceteris Ecclesiis prepositos edictis Imperatoriis, sed nihil tale apud Gratianum reperies.

## SADEEL.

Can. Con-

stantinus

Dist. 96.

&amp;c.

lxxv.

&amp;c.

**D**icis nihil tale extare apud Gratianum. Audi igitur quid ille recitet de privilegio concesso Romano Pontifici ab Imperatore Constantino: Sancimus, inquit, ut principatum teneat tam super quatuor sedes Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam & Constantinopolitanam, quam etiam super omnines in vniuerso orbe terrarum Ecclesias Dei. Nolim tamen te mihi succensere, quasi non satis videam è quanam officina illa prodierint. Sed omnino vides tuos Pontifices verbo Dei & iure diuino destitutos, quantum in ipsis fuisse edictis Imperatoriis, & quidem non veris tantum, sed etiam commentitiis sustentasse.

## TVRRIANVS.

LXVIII.

Pag. 231.

**O**blicis Tertullianū vocasse Romanū Episcopū, Episcopū Episcoporū per Iudibrium. Sed cur dicit edictum peremptorium? ànnon habebat potestatem is qui huiusmodi editum proponit? Erras autem dum dicas esse fallaciam ταπετὸ χηματῆς. Nam is error committitur quando non idem eodem modo exponitur, &c. ut ait tuus Philosopher.

SA-

Planus est Tertulliani locus. Inuehitur enim in Romanum Episcopum, & per ludibriū cum vocat Episcopū Episcoporū, quemadmodū etiam statutū illud Ecclesiasticum, quod Tertullianus reprehēdit, vocat edictū perēptoriū, alludēs ad edicta Regia, quod miror te non videre. Nec enim, sat scio, ausis dicere Pontifices Rō. eiusmodi edicta proponere, licet enim corū Canones & Decreta velint haberi etiam supra Imperatoria Edicta, humiliori tamē vocabulo uti solent. Verū audi Tertullianum ita tuum Pontificem, vt tibi quidem videtur, mirificē commendantem, Audio, inquit, edictum esse propositum, & quidem peremptorium. Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum dicit, Ego & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto. O edictum cui adscribi nō poterit bonum factum! Hęc Tertullianus Episcopi Romani laudes celebrans, vt existimat Turrianus. Ego verò hic de causa Tertulliani non disputavi, sed te tantum reprehendi, qui non intellectum Tertullianum nobis imperitè admodum obieceras. Sed ecce carpis illud loquendi genus quo usus sum, qui dixerim te peccasse *μαρτυρηθελεῖς*, & Dialecticū, scilicet agens, nobis explicas quomodo fallacia illa admitti dicatur, nempe quando non idem eodem modo exponitur. At enim si ita est vt vis, & quod per ludibrium & ironice dictum est, tu tanquam serio dictum

bb.j.

accipis, & inde argumentaris: quid habes quod  
in meo loquendi genere reprehendas? Ergo  
(ut id obiter dicam, nec enim valde pertinet ad  
hoc nostrum institutum, sed tu omnia conges-  
isti, ut ita libri tui opus surgeret) perperam he-  
xes in exemplis quae extant in Elenchis Sophi-  
sticis: nec cogitas, ex simili ratione, & analogia,  
loquendi illa genera vterius esse porrigenda.  
Nec me latet a quibusdam ironica orationem  
referri ad αμφιβολίαν, ab aliis ad προσωδίαν, sed eos  
sequi malui, qui fallaciam παρατάχησιν λέγουσι  
ad totam sententiam extendunt, quod & fecit  
*Rhetor. li.* Aristoteles, de vitiis Rheticorum argumen-  
*z. cap. 45.* torum differens. Si tamen malis te errasse παρ-  
τήσαμεθολίαν aut προσωδίαν, licet tibi per me tuum  
errorem quovis nomine appellare.

## TVRRIANVS.

LXIX. *D*icitis in Synodo Nicena ἐπειδὴ non significare  
Pag. 236. causam efficientem. Sed tu ipse apud Lucam  
ex seq. exponis per, Quoniam, quod non significat similitu-  
dinem vel exemplum. Porro audi quid dicat Pho-  
tius Constantinopolitanus in locum illum Luca  
quē citasti: Lucas, inquit, declarat causam cur post  
alios scripsit: Hac ille. Magistri igitur fuerunt  
causa efficiens doctrina eius, & ipse ab illis doctus,  
fuit causa efficiens sua scriptio. Causa vero fina-  
lis fuit, ut cognoscas, inquit, eorum veritatem de  
quibus eruditus es. In loco Aet. 13. quem citas,  
est causa sine qua non: dices fortasse esse occasionem,  
sed

Sed quod sit per occasionem quod sine occasione non fieret, causam habet eam occasionem. Audi Clementem Alexandr. Multa, inquit, concurrunt ad unum effectum, propter quae perficitur opus: sed non sunt omnia causa, &c. Ergo iudicium non differt a dictis.

## SADEEL.

Turrianus Pamelium sequutus ex Canone sexto Nicenę Synodi, Romani Pontificis principatum confirmare voluit, nimirum a quam ex pumice hauriens. Cum igitur plana sit illius canonis sententia qua iubetur Romanus Episcopus sese intra suos fines continere, non minus quam alij primates, rationem excogitauit Turrianus Pamelij siue praeceptor, siue discipulus, qua sibi probè visus est totum illum Canonem ad suæ causæ commodum torquere. Itaque vnam voculam Græcam arripuit, *πειδὴ*, quæ esset molis Pontificiæ fundamentum. Nos autem ineptum hoc concludendi genus refutauimus in solutione Sophismatis Turrianii in illo loco à dictis distinguentes. Iam audiamus quibusnam argumentis suam sententiam defendat. Exponis, inquit, *εἰδὼς*, quoniam, apud Lucam. Citaui locum ex vetere interprete, qui ita voculā illam interpretatus est, & recte. Atenim, inquis, quoniam, non significat similitudinē sed causam. Quasi verò similitudo & exemplum nō possit præbere causam aliqui rei faciendæ. Quis enim præter te nescit

418 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
quām latē pateat causæ vocabulum? Neque sa-  
ris rectè intelligis testimoniū illum tuum Cōstan-  
tinopolitanum quem produxisti, qui non sub-  
sistit in illa vocula *περιεδή* sed totam Lucæ præ-  
fatiunculam exponit. Tu verò parùm Theo-  
logicè dicens Magistros Lucæ fuisse causam ef-  
ficientem doctrinæ eius. Nam in Theologia  
non idem statuendum est quod in aliis pleris-  
que artibus, vbi homines ipsi sunt rerum effi-  
cientes: siquidem quum de cœlesti doctrina a-  
gimus, Spiritum sanctum agnoscimus efficientem  
doctrinæ ac fidei; homines autem quorum  
operam adhibet, organa & instrumenta Spi-  
ritus sancti appellare solemus. Nec enim sine  
causa hanc Prophetæ sententiam *Eruunt om-  
nes docti à Deo* Christus iis accommodat qui  
doctrinam Euangelicam vera fide amplectun-  
tur. Nec verius est, quod addis: Lucam fuisse  
causam efficientem suæ scriptio[n]is: quæ Spi-  
ritum sanctum autorem habuit: quandoquidem  
Scriptura sacra dicitur *Ἐτονευτός*. Quamobrem  
omnino infeliciter versatus es in loco illo Luce  
nobis explicādo: nec vñquā efficies ut illic *περιεδή*  
significet *διότι*, sed occasionem potius: quæ licet  
significetur causæ nomine latius sumpto, non  
tamen confundenda est cum ea causa quæ si-  
gnificatur per *διότι*. Sic enim Lucas: visum est,  
inquit, & mihi: ut significet sibi inde scriben-  
di occasionem oblatam esse. Atque hæc de  
loco Lucæ. Dicis Act. 13. *περιεδή* significa-  
re causam sine qua non. Quod si ita est, non  
igitur

*Ez. 54.*  
*Ioan. 6.*

*2. Tim. 3.*

*Luc. 1.*

igitur significat διότι, quod nisi intelligis, plane es rerum Philosophicarum imperitus: adeo ut sine causa Philosophus haberi velis, qui tam malè de causis & causarum natura disputas. Clemens autem Alexandrinus, cuius etiam testimonio vteris, te ipsum redarguit. Doceat enim, licet multa speciem causæ habeant (ut occasio & cætera eiusmodi) non tamen propterea illis causæ nomen esse tribuendum. Ergo Επειδὴ differt à διότι, atque imprimis in illo sexto Canonone de quo disputamus.

## T R R I A N V S.

**I**n illo Canone Niceno Επειδὴ significat causam LXX. Exemplarem (ita exponente Anacleto Papa) quæ ad efficientiā causæ efficientis pertinet. Itaque Aristoteles causam formale vocat ἄρθρος & παράδειγμα, hoc est formam & exemplar, ut Domus in animo artificis est forma eius, est efficiēs causa domus materialis. Recte igitur dixisti τὸ Επειδὴ significare similitudinem, hoc est, similem formam, & exemplum. Nam forma & exemplum potestatis, quam habet Pontifex in successores Apostolorum, causa efficiens fuit, ut Episcopus Alexandrinus similem potestatem haberet in Episcopos Aegypti, &c. Proba Antoni, quod non habere eam consuetudinem Episcopum Rom. (ut hoc demus) non prohibuisset quin illa potestas Episcopo Alexandrino concessa esset. Si non potest, resto ad αφωνία, compulsus, ut stipes.

## S A D E E L.

**A**NACLETUM TUUM NIHIL MOROR, QUI SUIS REBUS INUIGILANS IN REBUS SACRIS SOMNIAVAT:

ac noli putare me credere eum esse Anacletus,  
 cuius Veteres mentionem faciunt, (vt id obiter  
 dictum sit) Venio ad Aristotelem cuius mētem  
 si tam bene intelligeres, vt Anacleti sensum te-  
 nes, longē aliud profectō scriberes. Ais igitur in  
 Canone Niceno significari causam exempla-  
 rem, quę, inquis, ad efficientiam causę efficien-  
 tis pertinet. Cedo mihi rationem. Nimirum,  
 inquis, Aristoteles vocat causam formalem ~~ad~~  
 & ~~ταπεδειγμα~~, hoc est, formam & exemplar: quę  
 admodum domus in animo artificis, est forma  
 ipsius domus. Hic video te nescire quid sit vel  
~~αδος~~ vel ~~ταπεδειγμα~~. Nam, si propriè loquimur,  
~~ταπεδειγμα~~, siue exemplar, est extra mentem: ~~αδος~~  
 autem seu forma ex illo exemplari collecta, in  
 animo est. Exemplar autem illud quod exter-  
 num est, non potest esse principium vel causa:  
 sed forma illa quę est in mēte artificis, est prin-  
 cipium motus, si voluntas adsit. Et quia me sti-  
 pitem vocas, propone statuam aliquam (vos e-  
 nim eiusmodi statuis & stipitibus in templis ve-  
 stris abundatis) ad cuius exemplar velis ipse sta-  
 tuam formare: dic mihi sodes, illa statua eritne  
 in animo tuo? Respondere fortè quis possit, id  
 quod scriptum est: similes fiant illis qui faciunt  
 ea, & qui confidunt illis: vt ita ~~videas~~ cuinam  
 melius nomen stipitis conueniat: sed credo te  
 non ita responsurum. Age ergo, si statua illa  
 quam tibi proponis, non est in mente tua, sed  
 tantum illius ~~αδος~~, quod tibi cogitatione depin-  
 gis

gis: cur ergo dicis exemplarē esse in animo artificis? Vis in illo Canone potestatem Romani Pontificis fuisse causam efficientem potestatis Episcopi Alexandrini, eō quod Pātres sibi posuerint potestatem Romani Pontificis tanquam exemplarē: hoc si verum esset, certè Principatus ille Pontificius semper fuisse rē exter-  
na, quia fuisse exemplarē, cuius ados Patres illi habuissent, atque ita efficieretur', potestatem Romani Pontificis non fuisse vel causam effi-  
cientem, vel in causa efficiente eius, quod de-  
cretum est de Alexandrino, & Antiocheno E-  
piscopis. Sed iam faxo sentias, quām te ipse vul-  
neres, dum contrectas hunc causarum gladium,  
cuius usum non satis nosti. Si, vt loqueris, ex-  
emplum potestatis quam habet Pōtifex in suc-  
cessores Apostolorum, efficiens fuit vt Episco-  
pus Alexandrinus similem potestatem haberet  
in Episcopos Aegypti, &c. sequitur Romanum  
Pontificem nihil habere iuris in illos ipsos E-  
piscopos Aegypti, &c. vis enim eam esse Ponti-  
fici potestatem, vt ille superiorem agno-  
scat neminem. At, ex te, similem habet in  
suos potestatem Episcopus Alexandrinus:  
non igitur agnoscit Romanum Pontificem  
superiorem: aut non erit similis potestas. Agè  
porrò, Francise, noue causarum fabri-  
tor: quāro ex te an Patres Nicenæ Synodi  
fuerint periti artifices necne? Si non fuerunt,  
non igitur potuerunt efficere quod volebant  
bb.iii.

(vt existimas) ac propterea nihil adiuuerunt tuū  
 Pontificē. Si peritifuerunt, quod video te mal-  
 le, certe opus eorum exemplari proposito si-  
 millimum fuisse oportuit, adeò ut exemplar tā-  
 tūm fuerit prius tempore. Quid, quod plerique  
 artifices tanto ingenio, tantāque pollent indu-  
 stria, vt possint aliquando exemplar sibi pro-  
 positum superare? Hinc ergo ita ratiocinor: Pa-  
 tres Nicenæ Synodi in definienda constituen-  
 dāque Alexandrini Episcopi, itēque Antioche-  
 ni potestate sibi proposuerunt exemplar pot-  
 estatis Romani Episcopi, quod affirmas. Et illi  
 Patres fuerunt periti artifices: (quod negare nō  
 audes.) Quare illos verè ac plenè suum illud ex-  
 emplar expressisse necesse est. Ex quo efficitur  
 vt si Romanus Episcopus habuerit potestatem  
 in omnes Ecclesias. Alexandrinus quoque &  
 Antiochenus potestatē in omnes habeant. Aut  
 si Alexandrinus & Antiochenus potestatē ha-  
 bent suis finib⁹ distinctā, Romanus igitur E-  
 piscopus potestatē suis finib⁹ distinctam ha-  
 beat. Cæterūm dum postulas vt probem si illā  
 consuetudo Romani Pontificis non fuisset, ni-  
 hilominus patres Nicenos idem facturos fuis-  
 se: vnde nām tandem sumpsisti istud disputandi  
 genus? Num existimas, si nunquam Roma ex-  
 titisset, propterea futurum, vt nūquam Nicena  
 Synodus haberetur, aut nulla mentio fieret vel  
 de Alexandrino, vel de Antiocheno Episcopo?  
 Quid? Nōnne Antiochia (cui vos primū Petri  
 Cathedram tribuitis, quam postea vester Mar-  
 cellus

cellus ad se rapuit) inter reliquias Ecclesiastis manum tuum floruit, quum nonum vester Romanus Episcopus caput super alias Ecclesiastis extulisset? Abi igitur cum tua illa postulatione, quae me vis adigere, ut probem, non aliquid esse, vel fuisse, sed aliquid futurum non fuisse. Praestaret igitur te esse  $\alpha\varphi\omega\nu\alpha$ , quam ita non dicam loqui, sed veritati inceptis adeo & insulsis obiectiobus obstrepere.

## TURRIANVS.

**S**I Episcopus Alexandrinus primatum habet, LXXI. quia hoc est consuetum Episcopo Romano: Er. Pag. 240. go, esse primum, magis conuenit Episcopo Rom. Nam propter quod unumquodque est, & illud magis. At non potest magis esse primus, nisi sit primus omnium.

Dicis Canone Niceno tres illos Episcopos suis finibus in Iberi distinctos esse, quod falsum est: nam si Episcopo Rom. Synodus iussit esse distinctum suis finibus, cur figuram sermonis mutauit? Seruentur, inquit, in Aegypto, Lybia, & Pentapoli antiquæ consuetudines. Episcopo vero Rom. nihil tali figura inberi, sed profitetur se consuetudinem eius sequi.

Sanxit Synodus ut Episcopus Alexandrinus similiter Antiochenus haberet potestatem in provincias sibi iam olim subiectas ad exemplum Episcopi Romani, qui habet in omnes.

Dicis fieri mentionem Priviliegorum: sed non solum legationem significat, sed etiam Diaconis: quemadmodum diaconalior signifcat schola

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
*vbi docetur. Sanxit igitur Synodus ut quisque E-  
 piscopus in Dioceſeſ sua legatione pro Christo fugere  
 tur. Tu ipſe dicas hoc decretum ad ſolam ſynodum  
 ſpectaſſe.*

## SADEEL.

**A**xioma illud (ut id obiter dicamus) propter quod vnumquodque est, & illud magis: habet locum in causis agentibus synonymis omnino primis & summis. Exempli gratia: hic ignis calefaciens hoc ferrum, & à nullo accipies calorem est calidior hoc ferro. Sed quid hoc ad flagrantem Pontificis ambitionem attinet? niſi forte probare velis eum esse ambitiosissimum, cuius rei primatum libenter illi concedimus. Attēnīm, inquis, Episcopus Romanus magis est primus, quia Alexandrinus est primus propter Episcopum Rom. Imò primus est in sua Dioceſeſi, quemadmodum Episcopus Romanus primus est in sua: vt voluit Nicena Synodus. Ceterū, quid tibi vis dum aīs eum esse magis primum: quānam obſecro ſunt hæc verborum portenta? Qui enim magis est primus altero primo, certè constituit alterum illum, non iā primum, ſed ſecundum. Nemini verò dubium eſt quin poſſint eſſe multi primi, nempe ſuorum quiſque inferiorum respectu primus eſt.

Sed iam audiamus quemadmodum me reprehendas eò quòd dixerim tres illos Episcopos iuberi ſuis finibus diſtinctos eſſe: quo-

quoniā, inquis, mutata est sermonis figura, quū agitur de Romano Pontifice. Verūm non propterea falsum est quod dixi. Nam si Alexandrinus debet manere intra suos fines, i. émque Antiochenus; quia hoc quoque erat consuetum Episcopo Rom. nōnne satis datur intelligi Romanū Episcopū tum suis se finibus cōtinuiss.? Non iubetur, inquis, Romanus Episcopus id facere: Quid tum? nimirum id iam faciebat, an idcirco minus verum est, illū suos fines distinctos habuisse? Vis vno verbo transigam, Turrianc? nihil opus fuit ut Synodi iuberent Episcopos Romanos vti potestate. Nam huic rei etiā non iussi nec admoniti diligentissimē incumbebāt: quare inutile fuisset (vt ille dicebat) bene eurenti subdere calcar equo. Sed iam præclaram tuam interpretationē audiamus. Sanxit, inquis, Synodus, vt Antiochenus & Alexandrinus haberent potestatē in Prouincias sibi iam olim subiectas ad exēplū Episcopi Romani, qui habet in omnes. Hæccine est tua illa vel formalis, vel exemplaris causa, de qua nobis tam multa antea narrabas? Ecquodnam est istud exemplar Antiocheno & Alexandrino propositū, vt potestatē in suos habeant ad exemplum eius qui habet in omnes? Nonne vides (videres autē nisi Pontificem tuū tanquā trabem in oculis haberes) nōnne, inquā, vides eum qui omnibus imperat non posse esse exemplar potestatis eius cuius Imperium certis finibus circumscribitur? Sic igitur dicendum erat, habeant illi

Episcopi potestatem in omnes, ad exemplum Episcopi Romani: aut si non habent potestatem in omnes, certè ita fuit tibi dicendum: habeant illi Episcopi potestatem in prouincias sibi subiectas, ad exemplum Episcopi Romani, qui in prouincias sibi subiectas habet potestatem. Quinetiam ipsa copula te quantumvis licet reluctantem eò pertrahit: quandoquidem, inquit Synodus, & Romano Episcopo id consuetum est. Ex quo intelligitur id ipsum de Romano Episcopo intelligendum esse, quod de Alexandrino & Antiocheno dicitur. Quid, si contendam ex his Synodi verbis intelligēdam esse potestatem Romani Episcopi ex potestate illa quæ tribuitur Alexandrino & Antiocheno? Quænam est enim ista consuetudo Romani Episcopi? nōnne similis ei rei de qua agitur? Quare ita omnino virgente veritate dicendum est, eam fuisse consuetudinem Episcopi Romani, ut in certas Ecclesias potestatem haberet. Porrò de vocabulo ~~περὶ βασιλέων~~, mira nobis & hactenus inaudita commemoras, & nostram ignorantiam qui id nesciamus, exagitas. Agè ergo, mi Græcule, parati sumus discere, modò bonū & peritū doctore nacti simus. Profers ex cōmentitia quadā Grāmatica, ~~περὶ βασιλέων~~, significare Dicecesin, cuius rei exēplū nullū profers nec proferes, licet Bibliothecā Vaticanam totam euoluas. Illud enim vocabulum honorem, dignitatem, & peculiare aliquod p̄mium signi-

significat. Tu verò ridicul' es, qui putas eò quod  
 definit in *αὐτῷ*, significare locū in quo Episcopus  
 legatione sua fūgitur, quemadmodū διδοσκαλίον  
 significat locū in quo docetur: (debebas adde-  
 re & *τηναγκάσσον*, quod fortasse melius cōuenisset  
 tuis Episcopis quàm διδοσκαλίον) sed vocabulorū  
 significaciones nō ex terminatione vocis, sed ex  
 ylu & probatorū autorum lectione colligendæ  
 sunt. Ecquis porrò sensus erit, vnicuiq. Ecclesiæ  
 seruetur suus honor (inquit Synodus) hoc est, v-  
 nicuiq. Ecclesiæ seruetur sua Diœcesis (exponit  
 Turrianus.) Et quia ipsa Ecclesia est Diœcesis  
 (ex recepto Veterū loquēdi ylu) is erit sensus, vt  
 vnicuiq; Ecclesiæ sua Ecclesia seruetur: ita no-  
 bis vocabulū Grēcū Latinē exponēte Turriano.  
 Quia verò mihi vis negotiū facere ex vocabulo  
 Privilégij, vide Pameliū magnū Ecclesiæ Ro-  
 manæ patronū in Cyprianum de Vni. Ecclesiæ,  
 illud ipsum vocabulū usurpantē, & longè aliter  
 intelligentem quàm intelligas. Scilicet sic inter  
 vos Pōtificios cōuenit. Deniq; quod exultas eò  
 quod dixerim vetus illud statutū Nicenum *ιντε-*  
*ξιον* spectasse, quasi approbē illas in Ecclesia fi-  
 nium regundorū leges: longè falleris, mi Franci-  
 sice. Nam ego *ιντεξιον* pro disciplina usurpaui,  
 & dixi *ιντεξιον*, non quā approbo, sed ad quā Pa-  
 tres Nicenę Synodi spectarū: videlicet (quēad-  
 modū addidi) vt ea ratione Schismaticis occur-  
 ri posset. Verū experiētia docuit, Ecclesiasticas  
 illas dignitates ignē ambitionis non extinxisse,  
 sed potius magis magisque accendiſſe.

## TVRRIANVS.

LXXII.

Pag. 247

**D**icis, Si primatus Rom. ntitur sola consuetudine, esse propterea humani iuris. Hic te ad tuā Academiam prouoco, vt iudicet an credēdū sit nullas cōsuetudines à sanctis Apostolis in Ecclesiis relietas esse. Nos, inquit Paulus, talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei: vide Tertull. de corona militis, & Apoll. hoc est Priscum, (quod vocabulum usurpatur in illo Canone) dicitur *ā mō rīc ā p̄p̄n̄s.*

## S A D E E L.

**E**Go vicissim te prouoco ad Tertullianū & Cyprianū qui affirmant Christū ipsum sese velād.lib. veritatem non consuetudinem nominasse. A. 2.ep. 3. & tenim, inquis, non credendū est nullas consuetudines ab Apostolis fuisse in Ecclesiis relietas. In conc. Carthag. Ego verò, Turriane, profiteor me credere, quæ cūque ab Apostolis instituta & relicta sunt saluti necessaria, ea omnia in sacra Scriptura contineri: qua de re alibi disputauimus, vbi etiā respondimus ad decantatam illam ac tritam obiectionē, quam ex Tertulliano petere soletis. Si quid habes aduersus ea quæ à nobis proposita sunt, tuū erit proferre. Sed obiicis hęc Pauli verba: nos talem consuetudinem nō habemus, inquit (quod certè Paulus de istis primatum gradibus verissimè diceret.) Verūm vt omittam illam ipsam cōsuetudinem de qua loquitur, scriptam ibi esse: certè nō illic agitur de capite fidei, sed tantūm de externo aliquo ritu: & addo, illum etiam ritum in Ecclesiis prop̄ omnibus obsole-

1.Cor. 11.

absoluuisse. Itaque ego sic ex illo loco in te cōcludo: Si consuetudo de qua Synodus Nicena loquuta est, pertinet ad eiusmodi consuetudinē de qua Paulus dicebat: Nos talem consuetudinem non habemus: & illa consuetudo de qua Paulus loquebatur obsoleuit in Ecclesia, sine l'vel fidei, vel ipsius Ecclesiæ detimento: ergo consuetudo illa potestatis Episcopi Romanit, de qua Synodus Nicena loquuta est, potest tolli & obsolescere sine ullo detrimēto fidei & Ecclesiæ: addo etiam, cum maximo fidei fructu, & maxima Ecclesiæ utilitate. Sed hīc etiā agis <sup>en μολόδη</sup>, quū dicas ἀρχαία dici ἀπὸ τῆς ἀρχῆς: quasi verò inde sequatur quicquid est ἀρχαῖον fuisse ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, hoc est, ab initio. Longè me lius Tertullianus, qui, vt non negat errorē <sup>Aduers.</sup> Marc. terem esse posse, ita affirmat, id omne verum <sup>lib. 4.</sup> aduers. esse quod ab initio est, & quicquid primum est, id verum esse. Non igitur quicquid est ἀρχαῖον, est ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Nam mendacium est quidem vetustissimum, sed non ab initio.

## T V R R I A N V S.

**O**blicis Can. Mos antiquus: in verbo Parilis, <sup>LXXIII.</sup> <sup>Pag. 248.</sup> sed ibi significat similitudinem formæ. Cate-  
rīm in Gratiano à nostris multa corriguntur, & li-  
mantur, nec omnia quæ in eo feruntur autoritate  
Ecclesiastica sancta & confirmata sunt.

## S A D E E L.

**E**cce autem nouam expositionem vocabuli Parilis apud Gratianum: ut sit similitudo

AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
 formæ: quasi verò nesciamus quā similitudinē  
 parilis significet. Atque omnino quo cùnque te-  
 vertas, quū de consuetudine loqueris, si cōsue-  
 tudo Episcopi Romani fuit similis illi potesta-  
 ti, quæ tribuitur Alexandrino & Antiocheno,  
 sequitur vicissim id quod attributū est illis Epi-  
 scopis, fuisse simile consuetudini Episcopi Ro-  
 mani. Et quia Synodus loquitur de potestate,  
 dicendum erit Episcopi Romani cōsuetudinē,  
 hoc est, potestatē fuisse similem potestati Epi-  
 scopi Alexādrini & Antiocheni, ac proinde nō  
 maiorē. Nec enim hīc cōparatur Ecclesiastica, & fines  
 potestas cū ciuili, sed cum Ecclesiastica, & fines  
 vnius cum alterius finibus: ac propterea quum  
 vna dicitur esse alteri similis, alteri quoque par-  
 esse dicitur, quia similitudo hīc nō tam est qua-  
 litatis, quām ipsius quātitatis. Cōstat autē simi-  
 litudinem in quātitate esse & qualitatē. Sed no-  
 dū postea secaś, dum fidē Gratiano abrogas, ex  
 cuius tamen fontibus tot Doctores Canonistē  
 profluxerunt, quorum partes erūt suū illum au-  
 torē defendere siquid ea res ad ipsos pertinere  
 videbitur. Nā quod ad me attinet, nō Gratiano  
 tantū, sed & tuis omnibus Decretalibus, Pō-  
 tificiis Decretis, Bullis, Diplomatibus, ipsique  
 adeò tuo Pōtifici fidē abroges tibi per me licet.

## TVRRIANVS.

LXXXIII.

**O**b iicis Decretrum Synodi Africane, ne qui  
 Pag. 250. illi damnavi essent, mare traiicerent. Recle-  
 ta exposui nisi sit causa Roma veniendo ad Pōtificē.

Pag. 256.

Quod illi Patres Carthaginenses tunc peccarūt,  
 postea

S A D E E L .

Terum tuam expositionem repello ex ipso Cypriano quem tibi obieceram , & ad cuius verba nihil respondes. Singulis,inquit, pastori- bus portio gregis est adscripta quam regat : & paulò post. Iam causa eorum cognita est , iam dicta sententia. Hæc ille. Cæterū ecce quo- modo tibi cum Cypriano non cōuenit. Tu di- cis licere Romam appellare, si causa sit illuc ve- niendi. At Cyprianus ait non licere appellare: quandoquidem iam causa, inquit, cognita est , & iam dicta sententia. Quòd si tu verum dices, ita potius concludendum erat. Quandoquidem à vobis, ô Cypriane, iam lata est sententia, licet igitur nunc post primam illam cognitionē ap- pellare summum Pontificem , qui tandem cau- sam illam definiat. Sed quia Cyprianus illi Sy- nodo interfuit(ut multa alia pr̄terminn̄t)ma- lumus illi credere quām tibi. Verūm , ais, sic querit Cyprianus: Quæ causa, inquit, fuit veniē dī? Sanè quidem. Sed ita negat illis vlo modo id licuisse. Nam, inquit, aut in suo scelere perse- verant , aut si displicet & recedunt , sciunt quò revertantur. Nam cùm statutum sit omnibus vobis, & æquum sit pariter ac iustum, vt vnius- cuiusque causa illic audiatur, vbi est crimen ad- missum, oportet eos quibus pr̄sumus non cir- cūrsare, &c. Ex quibus manifestū est Cypria- nū planè negare Schismaticos illos aliquid pos- se pr̄texere, quamobrē Romam venerint, & (vt

cc.j.

AD REPET. TVRR. SOHPI.

Cypriani verbis vtar) illuc cum mendaciorum  
fuorū merce nauigarint, aduersus statutū illud  
Africanū, cuius tu nobis nouā & prorsus absur-  
dā expositionē protulisti, quā nos proptereā re-  
iicimus, & Romam cum reliqua mendaciorum  
tuorū merce remittimus. Tādē videris id quod  
à nobis dictū est velle agnoscere, dum subiiciſ  
hoc postea ab Episcopis Carthaginēſibus fuiſ-  
ſe correctum. Imò verò, Turriane, quandiu &  
Orientales & Africanæ Ecclesiæ ſteterūt, tuum  
Pontificem identidē extra fuos fines erumpen-  
tē quoad eius fieri potuit, coercuerunt: tantūm  
abest ut eius dominationi ſeſe ſubiecerint: ac  
ne ipsæ quidē reliquiae, quae hodie ſupersunt in  
Orientalibus Ecclesiis, tuū Pontificē agnoscunt  
quæcunque tandem falſa ſcripta vel olim pro-  
tuleritis, vel etiam hodie prōferatis.

## TVRRIANVS.

LXXV.

Pag. 259.

**A** Mabo te, in Decreto Gelasii Pape, quod citat,  
cur omittis breuiculū proœmiū: Cuncta, in-  
quit, per mundum nouit Ecclesia. Si pudet mihi di-  
cere, dic in aurem tuis amiculis: Si dubitas utrum  
verum sit quod Pontifex Gelasius ait: Cuncta per  
mundum nouit Ecclesia, quod ſacrosancta Romana  
Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, &c. Ex  
ex Germania, accinge te ad iter, percurre omnes Ec-  
clesias, & quod audies hoc teneas.

## S A D E E L.

**Q**VASI verò, Turriane, ego tuo Pape Gela-  
ſio credā, vel ad ſe cauſarū omniū cogni-  
tionem

tionem rapienti, vel affirmanti, id quod dicit,  
 notum esse omni Ecclesiæ. Hoc certè dolésum  
 est tam crassas erroris tenebras tā latè olim dif-  
 fusas fuisse. Sed tamē falsum esse quod ait tuus  
 ille Pontifex, satis testatæ sunt Orientis Eccle-  
 siæ, quemadmodū paulò antè dixi, atque etiam  
 hodie testantur. Quinetiam vera Dei Ecclesia  
 nunquam id nouit quod ille iactat, nunquam id  
 agnouit, nunquam id credidit: sed vnum Chri-  
 stum Pastorū omniū Principem solūmque to-  
 tius Ecclesiæ iudicem, vera fide perpetuò am-  
 plexa est. Nec ego in aurem (vt nugādo garris)  
 sed potiū quemadmodum vides clarissima vo-  
 ce profiteor, me non magis credere Gelasio Pa-  
 pæ dicenti: Cunctam per mundum Ecclesiam  
 nosse, quod Romana Ecclesia fas de omnibus  
 habeat iudicandi: quām credo Satanæ sibi om-  
 nia mundi regna tribuenti. Porrò, vt tuum bre-  
 uiculū pro cœmum, quoniam ita vis, vrgeamus:  
 te hīc rursus in contradictione deprehēdo, qui  
 suprà Pontifici, nunc autem Romanæ Ecclesiæ  
 autoritatē tribuas. Sed enim, Frācisce, vt cetera  
 omittā, satis pro imperio iubes me omnes per-  
 currere Ecclesiæ, & vniuersum terrarum or-  
 bēm peragrare, scilicet vt videam verūmne sit  
 quod Gelasius ille tuus scripsit, omnes Eccle-  
 siæ esse Romani Pontificis potentiaz subie-  
 ctas. Tu verò, satíshe sanus es, aut, ita spon-  
 tē oculum torques, vt duas flammulas ex  
 lucerna videoas (quemadmodum ille dicebat)  
 qui tibi persuadeas omnia regna, omnesque

434 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
prouincias imperio tui Pontificis, cōprehendi  
Quid opus est me tam longumiter ingredi, cum  
nusquā mihi pedē ponere liceat, quin ibi cōpe-  
riam homines Pōtificiū principatū animo, vo-  
ce, & quoad eius fieri potest re ipsa detestātes &  
à se propellentes? Ita se res habet, neque id ne-  
scis, vel tu, vel amiculi tui Monachi, vel Cardi-  
nales, quorū vos Monachi estis seruuli, vel ipse  
Pontifex: vos, inquam, omnes id iam ignorare  
non potestis: neque ut id vobis significām opus  
est. Atque hæc de mea illa profectiōne, quām à  
me Turrianus flagitauit.

### TVRRIANVS.

LXXVI. pag. 161. **A** Is Pātifices Romanos omnia ad se rapuisse, &  
mō Cōstātinus urbe Roma sponte cēsī Ponti-  
fici, & multi Pontifices Imperatores ipsos Eccle-  
siastica disciplina coercuerunt.

### S A D E E L.

**Q** Vid? tūne toties eiectam, & à plerisque &  
tiam Pontificiis explosam illam fabulā de  
Constantini donatione in theatrum reducis?  
scilicet te meliora argumenta deficiunt. Vide i-  
gitur Vallam adeoque Nicolaum Cusanū Car-  
dinalem de donatione Constātini. Quinetiam  
apud te cogita, satisne recte, vt probes autori-  
tatem Pontificis esse iuris diuini, Constantini  
donationem in medium proferas. Porro vt ve-  
ram Ecclesiæ disciplinam ex verbo Dei, ac pre-  
ceptis Apostolicis institutam amplectimur: ita  
tui Pontificis tyrannidem tum spiritualem in  
cor-

tonscientias, tum (ut vulgo dicitis) temporalem  
in ipsos Imperatores ac Reges, à Dei verbo, &  
ab Apostolicis præceptis alienam planè reiici-  
mus, quanvis ei nomen disciplinæ prætexatis.

## TURRIANVS.

**Q**uod attinet ad translationem cathedrae Petri,  
potuit Petrus cathedram transferre Romam, LXXVII  
& transstulit eius verbi autoritate qua factus erat  
caput Ecclesie, & ita hodie posset Episcopus Roma-  
nus transferre quocunque vellet, & commodum vi-  
deretur: igitur non sine verbo Dei loquutus est  
Marcellus Papa.

Ais commentum de translata Petri cathedra Pag. 274  
repugnare ministerio Apostolico, &c. quis nescit  
Apostolos missos fuisse conuenienter suo nomini ad  
constituendas & edificandas Ecclesias? Postquam  
autem constitutæ erant, illi ipsi Apostoli Ecclesiis  
constitutis Episcopos præficiebant, quos suos suc-  
cessores reliquerunt.

## SADEEL.

**A** Is Petru potuisse transferre Romam  
suam illam cathedram quam vos Antio-  
chiae primum collocatam esse vultis. Sed (quod  
mihi s̄ape & perperam obiicis, & quod tibi  
semper & verè obiici potest) dicis, & nō probas.  
Nos enim nec Antiochiae, nec Romæ cathe-  
dram illam commentitiam unquam defigi po-  
tuisse ex verbo Dei & ex Apostolici Ministe-  
rij natura affirmamus. Nec te iuuat quod ais  
Apostolos, constitutis Ecclesiis, Episcopos  
cc. iii.

præfecisse quos sibi successores reliquerūt. Nō  
 enim propterea illi successores fuerūt Apostoli,  
 sed Episcopi. Quod si omnes Episcopi à Petro  
 instituti sunt Petri successores, vt sequitur ex eo  
 quod dicis: cur igitur vnum nobis Petri succe-  
 forem obtrudis? Cæterūm, vnde tandem colli-  
 gis Petrum Cathedram Antiochia Romā tran-  
 stulisse? Num id fecit Petrus dum viueret? num  
 testamento cauit, vt id post mortem eius fieret?  
 ecquod scriptum? ecquod huiusc rei monimē-  
 tum? Imò ante Marcellum Papam nemini id  
 vñquam in mentem venerat. Cur igitur afferis  
 Petrum potuisse transferre cathedram, si non  
 transtulit? Scilicet, Turriane, (vt hæc verba Ter-  
 zullianivsurpemus) vos Pōtificij vanitatē vanita-  
 te depellitis. Cùm enim non minùs falsum sit  
 cathedram illam fuisse Antiochiæ collocatam,  
 quam Romam translatam, vos vnum somnium  
 alio somnio eluditis. Iam quod affirmas Ponti-  
 ficem posse si libeat transferre aliò Cathedram  
 (quam fortè in tuam Hispaniam translatam li-  
 benter velis) adeò vt Romæ clavo trabali defi-  
 xa non sit, age cum Ecclesia Romana quæ, sat  
 scio, tibi propterea multam irrogabit. Sed de  
 vestris somniis nimis etiam multa. Ne tamen  
 planè te repudiare videar, proferam quid hac  
 de re senserit Alliacensis Doctor Scholasticus,  
 qui fuit præceptor Gersonis & Cardinalis Ca-  
 meracensis: Si, inquit, Roma subuerteretur, vt  
 Sodoma, summus Pontificatus posset Eccle-  
 siam Romanam dimittere. Hæc ille Cardinalis.

In quest.  
 veffer.

T V. R.

## TVRRIANVS.

**A**D Ephesios 4. Dedit quosdam Apostolos, lxxviii  
 &c. ita ratiocinamur: Si finis est, sunt igitur <sup>Pag. 272</sup>  
 ea quæ ad finem referuntur: Est autem finis in Ec-  
 clesia consummatio Sanctorum, & in cœlesti Eccle-  
 sia nihil deest: Sunt igitur nunc in Ecclesia quos  
 Deus propter hunc finem posuit: Cum autem Apo-  
 stoli morte prohiberentur permanere, necesse est suc-  
 cessores eorum remanserint, nempe Apostolorum  
 Archiepiscopi, Prophetarum Episcopi, Euangeli-  
 starum Diaconi, Pastorum Parochi, Doctorum  
 Presbyteri. Omnes quidem Episcopi sunt successo-  
 res Apostolorum, sed maiores Episcopi, maioresque  
 Prophetæ prius succedunt, tum minores.

## SÄDEEL.

**T**otum hoc argumentum à nobis discus-  
 sum est in summa huius disputationis:  
 pauca tantum percurrent dicam. Ludis homo-  
 nymia vocabuli finis. Nam dum ait, si finis est,  
 esse quoque ea quæ ad finem referuntur: vide-  
 tis loqui de finali causa ad quam media spectat:  
 Sed rursus, quando consummationem sancto-  
 rum finem esse constituis (quam tamē consum-  
 mationem perperam in hac vita includis) video  
 te nomine finis absolutionem & perfectionem  
 intelligere. Itaque fuit hoc apertius explicatum.  
 Deinde quū ita concludis oportere esse in Ec-  
 clesia eos quos Deus propter hūc finem posuit,  
 ec. iiiij.

nempe propter consummationem sanctorum: si generaliter loqueris, & intelligis esse: hoc est, nunc esse & permanere ( quemadmodum facis) perperam cōnectis tuam ratiocinationē. Multa enim ac varia suis temporibus Deus instituit ad Ecclesiæ consummationem pertinentia, quæ iam nō sunt, nec amplius esse oportet. Nam (ut plerāque alia prætermittam) duodecim Apostoli donis spiritualibus præter ordinem excellentes & miraculorum edendorum potestate muniti, fuere fidem primordiis Ecclesiæ necessarij: sed nec ille Apostolorum, vel ordo, vel numerus, vel dona extraordinaria in Ecclesia remāserunt. Idem dico de Prophetis: idem de Evangelistis. Quāmobrem qui vellet in ædificiōstruendo ea semper esse ac manere, quæ fundamento iaciendo peculiaria fuerunt, ille semper fundandum ædificium, nunquam autem exædificandum esse existimaret. Quinetiam, Turrianē, id cogeri nobiscum agnoscere quū loquaris de primitiis Apostolicis pag. libri tui 176. (licet verba Pauli ad Rom. 8. corrumpas, uti suo loco diximus) atque ita tu ipse profers <sup>versus</sup> aduersus generale hoc tuum Lemma, Si finis est, sunt igitur ea quæ ad finem referuntur: primitias enim illas Apostolicas, de quibus loquitus es, fateris ad consummationem sanctorum pertinuisse, & nihilominus negas in Ecclesia remāsse. Locum autem Apostoli malè ad tuam cōclusionem trahis: Quum enim ageret de tota cōdificatione Ecclesiæ, recenset eos omnes, quo<sup>s</sup> Domi-

Dominus adhibuit tum ad fundamenta iacenda, tum etiā ad progressus ædificationis facie-  
dos. Quod manifestè patet ex alio loco eiusdē I. Cor. 12.  
Apostoli: Alios, inquit, cōstituit Deus in Eccle-  
sia primum Apostolos, deinde Prophetas, ter-  
tiō Doctores, deinde Potestates, deinde dona  
sanationis, &c. In quibus omnibus dispiciendū  
est quānam peculiariter spectarint ad Ecclesiæ  
primordia, vt ne illa putemus in Ecclesia per-  
petuò locum habere. Et certè eò redire cogeris,  
quando facis mētionem Episcoporum maiorū  
& minorum, quod vides non respondere Apo-  
stolis, quorum tamen dicis Episcopos esse suc-  
cessores. Præterea vel ipse locus à te citatus eò Eph. 4:  
te potuit deducere, quandoquidem Pastorū &  
Doctorum nomen remansit, quippe ordinariū  
ac perpetuum usque ad finē mūdi: & ipsi Eccle-  
siastici præfecti Pastores & Doctores appellari  
solent, nō autē vel Apostoli, vel Prophetæ, vel  
Euāgelistæ. At si verum esset quod dicis, opor-  
teret sanè remāssisse in Ecclesia qui Apostoli, qui  
Prophetæ, qui Euāgelistæ essent & dicerentur,  
quemadmodum remanserunt qui sunt & dicū-  
tur Pastores & Doctores. Quinetiā, si quæ pro-  
ponis admittēda essent, oporteret ipsū etiā nu-  
merū Apostolorum seruari in Ecclesia, vt duo-  
decim, aut ad summū tredecim rātūm essēt, qui  
in Apostolorū locum & nomē succederēt: vt e-  
nim vis vnū Romanū Pontificē vnius Petri esse  
successorem: ita duodecim vel tredecim rātūm  
essent Apostolorum successores. Sed de hoc ha-

ctenus de quo fusiùsantè tractatum est, ne rem  
actam agerè videamur.

## TVRRIANVS.

**N**on est proprium Ministerij Apostolici diffun-  
di per vniuersum orbē, quod enim est propriū  
alicuius aliter se habere nō potest, salua natura cu-  
ius est proprium: Nonne Paulus conuersatus est An-  
tiochiae annum totum idem Romæ mansit biennio:  
an Ministerium Apostolicum adulterabat, quia nō  
proficiscebatur toto illo biennio ad docendas Gentes?  
**P**orò quum Petrus Roma docebat, omnes Gentes  
docebat.

**S A D E E L.**

**Q**uid? non igitur existimas Ministeriū A-  
postolatus fuisse diffusum per vniuersum  
terrarum orbem, nisi Apostoli perpetuò curre-  
rent? Hoc verò, Turriane, serua tuis sodalibus  
Iesuiticis, qui perpetuò currunt, adeoque ad  
Garamantas & Indos: & tamen nihil sunt mi-  
nus quam Apostoli. Nos autem Ministerium  
Apostolicum ideo dicimus extensum fuisse ad  
omnes Gentes, eò quod Apostoli poterant sine  
vlo vel loci, vel Gentis discrimine doctrinā E-  
uangelicam annūtiare. Sed omnino lepidum est  
quod dicas, Petrum cum Romæ doceret, omnes  
Gentes docuisse. Nam (ut prætermittamus Pau-  
lum potius ea ratione omnes Gentes docuisse,  
qui Romanos & absens scriptis & præsens vi-  
ua voce docuit) certè, si tibi credamus, hæc ver-  
ba Christi apud Matthæum ita exponenda e-  
**Matt.28.** runt: Ite, docete omnes Gentes: hoc est: Manc-  
ta

ANTON. SADEEL. RESPOND. 441  
te Romæ, & ibi omnes Gentes docete: inter-  
prete Turriano.

T V R R I A N V S.

D Icis velle probare primatum Romanæ sedis LXXX.  
ri esse pontificum, nuga- Pag. 275.  
testimonio Romanorum Pontificum, quam verè disputare. At ego tantum  
in translatione cathedrae Antiochenæ testimonium  
Marcelli Pontificis usus sum. Dictu ubi alias te-  
simonio Pontificum, primatum eorū probauimus,  
& non aliis testibus non Pontificibus.

Obiic's canonem Renouantes, sed ille canon est  
apocryphus, furtim sancitus. Item canon tertii Sy- Pag. 278.  
nodi Constantinop. & 28. can. Synodi Chalcid.

Gratianum legimus ita ut sententia Apostoli an- Pag. 279.  
tecedat: Omnia probate, & quod bonum est tenete.

Fallcre autem voluisti non distinguens sedē An- Pag. 278.  
tiochenam Petri, à sede Antiochenæ Episcoporum,  
qui successerunt Antiochiae, non Petro, sed illis E-  
piscopis quos illic constituit Petrus, Euodium dico,  
& postea Ignatium.

S A D E E L.

A Tenim, mi homo, hic est nodus Pōtificiæ  
dignitatis, quē nisi expediās, vides reliquā  
tuā disputationē ad Pontifices nihil pertinere.  
Quia verò Romanum Episcopū esse Petri suc-  
cessorem probare non potes, nisi ante proba-  
ueris cathedrā fuisse Antiochiae Romā translata:

& istam trāslationem nullo alio quàm Marceli Pontificis testimonio probas, sequitur tua omnia argumenta huc redire denique, & hoc cōnexo contineri: Pontifex Romanus est Petri successor, quia Pontifex Romanus Marcellus ita scripsit & affirmauit. Iam quod Canon. Renouātes, & alios ex quibus vestræ fallaciæ detegūtur, reiicis, tanquā Apocryphos, quæro' abs te, Turriane, quomodo tādē vestrīs decretis fidē facietis, si vestrīs decretis ipsi fidem abrogatis? Miror autem vel Gratianum, vel tot Canonicos, qui ex Gratiani stirpe surrexerunt, tādiu istos Canones furtiuos tolerasse: donec tādē exortus est Magister Franciscus Turrianus fūrtiuorum Canonum, adeoque ipsius Gratiani censor & castigator, qui ad suum arbitrium ac libidinem fidem aliis canonibus tribuat, aliis deroget, qua de re videant Canonici. Nos autem nec Gratianum curamus, nec eius Canones, cùm solum Dei verbum pro certissima regula veritatis habeamus. Quinetiam parūm abest, quin Turrianus in nostram sententiam inclinare videatur, dum citat hoc præceptum 1. Thess. Apostoli: Omnia probate, & quod bonum est tenete: sed vereor ne in hoc præcepto intelligendo longè à nobis dissentiat: Nos enim id dicimus esse bonum statuimus, quod cōuenit cum verbo Dei: at ille bonum tantūm putat quod facit ad rem Pontificis, & ad augendam eius dignitatem: atque hoc ille bonum sibi constituit quod

quod teneat: longè scilicet ab Apostoli sententia discedens.

Verum audio quid obiicias: Fallere, inquis, voluisti, non distinguens sedem Antiochenam Petri, à sede Antiochena Episcoporum qui successerunt Antiochiae, non Petro, sed Episcopis à Petro illic constitutis. Imò verò, Turriane, nolo fallere, sed do potius operam ne tu sophismatum tuorum præstigiis alios fallas. Ego nec Antiochiae nec Romæ sedem Petri colloco, sed in his Christi verbis: Ite docete omnes gentes. Tu verò qui tum Antiochiae, tum Romæ Petri sedem collocas perperam, vnam ab altera ita distinguis, ut Antiochenam, quā vultus priorem fuisse, Romanæ, quæ posterior fuit, subiciatis. Atque vtinam memor essem eorum, quæ in laudem Antiochiae aliquando dicebat Chrysostomus: Quæ tandem est (inquisens) ciuitatis nostræ dignitas? Contigit primùm Antiochiae Discipulos appellari Christianos. Hoc autem ciuitatum quæ sunt in mundo cūctarum habet nulla, nec ipsa Romuli ciuitas. Propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest. Et alibi: Nunc nobis non est consideratio, inquit, vel de decem animabus, sed de milibus infinitis & de totius orbis Capite. Et paùlo post. Sicut Petrus inter Apostolos primus Christum prædicauit, sic inter ciuitates, sicut dixi, hæc prima tanquam coronam quandam admirabilem Christianorum iniit appellationem. Item: Ciuitatum sub Oriente positarum caput 3.

*Ad pop.*

*Ant. hom.*

<sup>17.</sup>

*Ad pop.*

*Ant. hom.*

444 · AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
& mater est ciuitas nostra. Hęc Chrysostomus.  
Atenim, inquis, Episcopi Antiocheni non suc-  
cesserunt Petro, sed Ignatio & Euodio, quos il-  
lic Petrus Episcopos constituit: ac propterea  
non bene distinguis. Hic, Turriane, te ipsum ti-  
bi oppono: dixisti pag. 271. Ecclesiis ab Apo-  
stolis constitutis Episcopos fuisse ab illis ipsis  
Apostolis praefectos, quos (inquietas) suos suc-  
cessores reliquerunt. Ex quibus tuis verbis effi-  
cio, Ignatium & Euodium à Petro constitutos  
Antiochiae Episcopos (vt quidem vis) fuisse Pe-  
tri successores: ac proinde reliquos Antioche-  
nos Episcopos, nō minus quam Romanos Pó-  
tifices Petro successisse. Ita, velis nolis, tremens  
frendens & in ipsius veritatis stimulum calci-  
trans, huc tamen adigaris necesse est, vt fatearis  
ex iis quæ vos ipsi traditis, Antiochenos Epi-  
scopos esse Petri successores. Nam aut Euodius  
& Ignatius Petro successerunt, aut non. Si suc-  
cesserunt, sunt igitur eius successores. Si dicas  
non successisse Petro: tibi contradicis, qui affir-  
masti eos à Petro fuisse constitutos Episcopos  
Antiochiae, ac propterea ipsius relictos succe-  
sores. Quare huc tibi redeundum est, primos  
illos Episcopos Petro successisse, quibus qui-  
deinceps successerunt, fuerint etiam ex tuis ra-  
tionibus, ipsius Petri successores. Huc accedit  
*De Scrip.* quod Hieronymus de Ignatio scribit, Is fuit  
*Eccd.* (inquit) Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Pe-  
trum Episcopus: quibus verbis eum manifestè  
Petri

Petri successorem appellat. Cæterū ex hac tua disputatione emergit ænigma quod satisne recte possis dissoluere tu ipse videris. Nempe: Duos Petro successisse, Antiochenum scilicet & Romanum, & tamen vnum tantum esse Petri successorem; & quia toties nobis dixisti Petrum esse in successore, sequitur ex tua doctrina Petrum in Romano Episcopo esse primum, & in Antiocheno Episcopo secundum, ita ut vnuſ idemque Petrus sit primus & secundus. Atque hæc de <sup>τονταξια</sup> Ecclesiæ Romanæ, & de cathedra Antiochena, quam Pontifex Romanus euertit, ut suam cathedram stabiliret.

Itaque discussis Turrianicis obiectionibus <sup>Ανακεφαλαιωσις</sup> iam cōficienda est <sup>Φαλαισια</sup> eorum quæ in hoc secundo Scripturæ loco disputata sunt. Quatuor proposuit Turrianus. Vnuſ: Petrum habuisse inter Apostolos principatum. Secundum: Principatum illum ad Petri successores transiſſe. Tertium: Episcopum Romanum esse Petri successorem. Quartum: Antiochenam cathedram (in qua dicunt Pontificij primatum olim extitisse) Romam fuisse translata. Nos autem primum illud falsum esse demonstrauimus ex ipso Dei verbo, Apostolos omnes in potestate ac dignitate Ministerij Apostolici exequante: simûlque locum hunc Scripturæ nobis obiectum explicauimus, & ex aliis Scripturæ locis illustrauimus,

446 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
quibus conuenientes etiam Veterum senten-  
tias audiuiimus. Secundum euertimus ex natura  
charisnatis personalis , quod nobis obiecit  
Turrianus. Tertium refellimus ex ipsius Mini-  
sterij Apostolici natura. Quartum sine ratione  
propositum(quippe quod solo vnius Romani  
Pontificis testimonio nitatur ) nos subiectis a-  
liquot rationibus refutauimus. Quamobrem  
illius Apostolici præcepti memores quod pro-  
ximè commemorauit Turrianus: Omnia pro-  
bate, quod bonum est tenete: cùm Pontificio-  
rum de Pontificis primatu sententia , adhibito  
Dei verbo, ceu lapide lydio, probata, ipsi verbo  
Dei planè contraria esse comperiat: nos ea  
reiecta contrariam sententiam expressis Scri-  
pturæ locis confirmatam amplectimur, vt, secū-  
dum Apostoli præceptum, id quod bonum est  
teneamus: atque etiam Turrianum, vt idem no-  
biscum faciat, admonemus.

LOCVS

LOCVS III. IOHANNIS. 21.

Pasce oves meas, &c.

SOPHISMA TURRIANI.

**H**ec est vis articuli & pronominiis, τὸν ὄποιαν  
τρίου, ut Christus Petrum iussit pascere pag. 51. 74.  
quasunque oves suas, id est, Ecclesiam catho- 246. 247.  
licam. Quare consequens est, ut siquae sint quae ad  
Petri curam pascendi non pertinent, nec oves illæ  
quidem Christi sunt. Itaque duces gregis confessionis  
Augustanae, & Antwerpensis, & Helveticæ, & si-  
milium, non pertinent ad oves Christi: quandoqui-  
dem pasci nolunt à Petro in successore eius, ac proin-  
de extra Ecclesiam sunt.

SOLVITIO SUPERIORIS  
Sophismatis.

**C**VM post lapsum confirmandus esset Pe- *Vera expo-*  
*citus, ne vel ipse, vel reliqui Apostoli de* *sitio loci.*  
ipius Ministerio & Apostolico munere dubi-  
tarent, eo factum est ut trinæ abnegationi, tri-  
na Petri confessio fuerit opposita, cum trina  
quoque muneris Apostolici confirmatione. Ita-  
que verbo pascendi, Christus apud Iohannem  
in illo loco significauit, quicquid in docenda  
Ecclesia Petrus, tanquam Apostolus, præstare  
debuit. Nam tametsi omnes Ecclesiæ Ministrorum  
dd. j.

*Confirmatio  
expositionis.  
Excircumsta  
tia loci.*

oues Christi pascunt. i. Pet. 5. longè tamen ex-  
cellentiori modo Apostoli dicuntur Ecclesiam  
pauisse. Christus igitur iubet Petru paicere o-  
ues suas, id est, fungi Apostolico munere, licet  
eius se indignum fœda illa abnegatione reddi-  
disset. Simul etiam prædictit Christus fore, vt  
non tantum Petrus Ecclesiam doceat, sed e-  
tiam cœlestem doctrinam suo sanguine tandem  
obsignet. Ex quibus efficitur nihil. I: eximiū  
collatum fuisse in Petrum, quod cæteris quo-  
que Apostolis non conueniret. Quod ita esse  
*Ex alijs scri* confirmant superiora Christi verba apud Io-  
*piture locis.* han. cap. 20. Sicut misit me pater, ita & mitto  
vos: Et apud Matthæum cap. 28. Profecti, do-  
cete omnes gentes: quibus exponitur verbum  
pascendi h̄ic usurpatum: adde Ephes. 2. Super-  
structi super fundatum Apostolorum. Et  
Eph. 4. Dedit alios quidem Apostolos, &c. Et  
Act. 2. Erant perdurantes in doctrina Apostolo-  
rum. Qui omnes loci & siqui sunt continuiles,  
& de pascendis ouibus Christi intelligendi  
sunt, & non de uno & altero, sed de omni-  
bus Apostolis dicuntur. Ex quo fit vt Paulus  
suum Apostolatum asserens proferat docendi,  
id est pascendi munus, sibi à Domino imposi-  
tum, vt Rom. 1. Per quem accepimus gratiam  
& Apostolatum ad obedientiam fidei inter om-  
nes gentes. Et paulò post, Græcis & Barbaris, sa-  
pientibus & insipientibus debitor sum: itaque  
própta est mea facultas vobis quoque qui Ro-  
mæ estis euāgelizare. Et i. Corinth. 9. Sigillum  
Apostola-

Apostolatus mei vos estis in Domino. Atque, ut ad verbum Pascendi redeamus, statim illic subiicit Paulus, Quis, inquit, pascit gregem, & ex lacte gregis non edit? Ex quibus perspicuum est omnes Apostolos pauisse gregem Christi, & ad eos omnes præceptum de pascendis Christi oib[us] pertinere. Atque id non tantum doctissimi quique veteres tradidere, sed etiam hunc Iohannis locum ad sententia. omnes Ecclesiæ pastores accommodauerunt.

Sic enim Augustinus in Iohannem, Tract. 123. hunc locum explicans: edditur, inquit, triplex negationi, triplex confessio: ne minus amorem lingua seruiat quam timori. Et paulò post, Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas essem velint non Christi, se conuincuntur amare, non Christum: contra hos ergo vigilat toties inculcata ista vox Christi: Pasce oves meas, &c. Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis oib[us] eius, ea quæ sunt eius, non ea quæ sunt nostra queramus. Idem Augustinus in libro de Pastor. Multi erant Apostoli, & vni dicitur, pasce oves meas: In ipso Petro unitatem commendauit, &c. Ipse ergo pascit unus in his, & hi in uno, &c. Idem de verb. Dom. serm. 62. Commendabat Petro Christus agnos suos, qui pascebant & Petrum. Ergo fratres cum obedientia audite, oves vos esse Christi, quia & nos cum timore audimus, pasce oves meas: h[ec]c Augustinus. Sic porro Cyprianus hunc cypriani.

d.d. ij.

Iohannis locum exponens De vnit. Ecclesiz,  
Pastores, inquit, sunt omnes, sed grex unus o-  
stenditur, qui ab Apostolis omnibus, vnanimi  
cōfessione pascatur. Q̄d si forte Turrianum  
cleri Romani authoritas commoueat, eum au-  
diat ita scribentem ad Clerum Carthaginien-  
sem apud Cyprianum in epist. de secessu Cyp.  
Christus, inquit, Simoni sic dixit, Diligis me?  
respondit diligo: ait ei, Pasce oves meas: hoc  
verbum factum ex actu ipso quod cœlit cogno-  
scimus, & cæteri Discipuli similiter fecerunt.  
Atque hæc quidem de huius loci expositione.

*Expositionis  
à Turriano  
propositæ re-  
futatio.*

Turrianus autem ad vnum Petrum, cuiusque  
successorem Romanum Pontificem suo more  
restringit hoc præceptum Christi: Pasce oves  
meas. Atque ut id efficiat, profert articulum  
Græcum cum pronomine, cuius ait tantam ef-  
fe vim, ut omnes oves Christi significet, atque  
ad eo quotquot vñquam futuræ sunt: quas cùm  
Petrus pascere iubetur, neque id iam per se  
præstare possit, vt pote iam pridem è vita sub-  
latus, restat ut in suo successore, nempe Pon-  
tifice Romano pascat omnes oves Christi, id  
est, regnum in omnes Ecclesiæ exerceat. Sic  
Turrianus sibi videtur præclare ratiocinari.  
Ego vero agnosco argumētum Thomæ ex lib.  
aduersus errores Græc. Sed ista expositiō vel  
Thomæ vel Turriani, atque ad eo Pontificio-  
rum omnium, nec ipsis cōtextus verbis, nec hu-  
ius loci circum tantæ, nec alijs Scripturæ locis  
consentanea est, imò ne ipsi quidem rerum na-  
turæ.

tura. Quis enim vñquam exiſtiauerit vnum Petrum omnes Christi oues pafcere potuisse? Ceterū ſcire velim ex Turriano, quamobrem hæc verba, Pasce oues meas, ad Pontificem Romanum longè postea exoritarum, potius quām ad Iohannem, Matthæum reliquōsque Apolſtolorum diriguntur, quos non minus fuiffe ouium Christi pastores quām Petrum, ſuprà confeſcimus. Ergo perperam ita exponit Turrianus: Pasce oues meas, id eſt, Tu ſolus pasce: primum quidem per te pſum, quandiu ſuperites fueris, deinde per vnum tuum ſuccellorem nempe Pontificem Romanum. Quæ quidem expositio non contenta eſt ipſius contextus fi- nibus, (ſed Iefuitarum more) longè latēque excurrit atque diffunditur. Itaque corruit vel ſola dōctrina: nihil enim h̄ic de primatu Petri, nihil priuatum de vno Petri ſuccellore, nihil de Romano Pontifice videmus, neque tu etiam, niſi tibi fortatiſſim idem contigerit quod illi, qui ſibi duplices Thebas videre videbatur. Quin potius ſi velim vrgere hæc verba: Aimas me, faciē euertam tuum illud commentum de Pontifica ſucessione. Amor enim Petri erga Christū fuit donum personale, non minus quām eius fidē, nec transire ad ſuccellorem niſi ueritatem vñquam potest. Deinde nouam planē in hac quidem quæſtione, ſignificationem affingis verbo pafcendi, dum eo ſignificari putas ſummum Petri in vniuersam Eccleſiam principatum, fautor quidem aliquādo ad potestatē auctorita-

Tempore referri, nimis cùm de Deo dicitur: vt  
Psal. 80. fateor verbum illud aliquando e-  
tiam tribui ipsis regibus, vt Psal. 78. Inde  
p̄d̄s λαθ̄ apud Poëtam. Sed hoc ad ministros  
Ecclesiæ transferri debere, negat ipse Petrus  
I. Petr. 5. his verbis: Pascite, inquit, gregem, nō  
vt dominantes cleris. Neque mē mouet quod  
ex hoc Petri loco obiicis vnicuique Pastori  
commēdari quidem suum gregem, in hoc au-  
tem elucere primatum Petri, quod omnium  
simil Ecclesiæ curam gesserit: hoc enim  
fecit Petrus vt Apostolus, non vt primus Apo-  
stolus, quod sit vt Paulus affirmet sibi maximā  
omnium Ecclesiæ curam incumbere: ag-  
men illud, inquit, in me quotidie confurgit,  
nēpe solicitude de omnibus Ecclesiis. 2. Cor.  
11. Quid si Petrus dicto cap. 5. sc̄ presbyterordi  
ερυπερεύτερον appellauit, non dominum, aut  
principem, quanto minus ius illud sibi in Apo-  
stolos ipsos arrogasset?

*Vñ articulib  
Graci in his  
verbis, tñ  
motu curâ pñ  
discutitur.*

Hic autem, scilicet, promis argumētum ex  
intima quadam arte, & lingua Græcæ peritis,  
nósq; totos ad vim vnius articuli Græci reuo-  
cas. Nihil tñ loci circumstantia, nihil alij Scri-  
pturæ loci consimiles mouent: ipsam denique  
rerum naturam, quantumlibet reclamantem  
πρόβατον, id est, inquis, oues omnes quascun-  
que atque adeò quotquot dicuntur oues (sic e-  
nim loqueris.) Atenim cùm ita dicit Christus:  
Oues mēæ vocem mēā audiunt, Ioan. 10. idem  
articulus

articulus præfigitur, neque tamen verum est eos omnes qui dicuntur oves Christi vocem eius audire, eumque sequi. Nam hypocritæ dicuntur quidem oves, sed tamen (si propriè loquimur) nec audiunt Christum, nec ipsum sequuntur. Atque, ut ad articulum Græcum redeamus, quo uno nititur tua isthæc interpretatio, tantisper dum noua Grammatices præcepta nobis conficias, non credemus hanc esse vim articulorum apud Græcos, ut sint instar notæ vniuersalis, sed potius, vel ut rem ipsam demonstrent, vel ἐμφατικῶς augeant, vel discernant, vel etiam orationem tantum illustrent: adeò ut falso ita concludatur: Præponitur articulus: ergo hæc propositio est vniuersalis, ut patet ex sequentibus exemplis Rom. II. Prophetas tuos occiderunt, τοὺς προφήτας τούς, (non omnes tamen). Iohann. I. Sui cum non receperunt, οἱ ἰδίοι, quotquot autem receperunt, &c. (non igitur omnes non receperunt). Rom. IO. Inuentus sum à non querentibus me (non tamen omnibus). Rom. II. Salus obtigit Gētibus (at non omnibus). Naturalibus ramis non pepercit. (quibusdam tamen). I. Tessalon. 2. Iudei Christum occiderunt (non omnes quidem.) Et sexcenta eiusmodi in quibus articulus appositus est, neque tamen propterea intelligenda sunt vniuersaliter. Atque ut à Grammatices finibus dmel-lamur, nonne te, strenuum videlicet disputatorem ars peritè disputandi docuit, Propo-

*Refellitum  
Turr. ex ipsis  
Dialect. à  
gibus.*

dd. iij.

sitiones indefinitas non esse passim nec temere  
 cum vniuersalibus confundendas, sed ex cir-  
 cunstantia & pro ratione subiecti dijudican-  
 das? Quid enim si quis vni cuiquam ex servis  
 præcipiat ut suam familiam curat atque admi-  
 nitret, an illud propterea reliquos seruos ab of-  
 ficio reuocabit? ta igitur statuamus: hæc Chri-  
 sti verba, Pasce oves meas, non vniuersalem  
 ouium aggreagationem, sed eorum qualitatem  
 significare, qui erant adducendi ad Euangelij  
 cognitionem. Est enim articulus in hoc loco  
 signum, nō Collectivus, quemadmodum ex-  
 istimas. Bis igitur à te in hac argumentatione  
 peccatum est. Primum quidem, τὸ δὲ τὸ συνη-  
 τὸς λέξεως cùm ex articulo vniuersalem propo-  
 sitionem collegisti (ut modum imperandi ta-  
 ceam.) Deinde etiam τὸ δὲ τὸ ἐπόμενον, cùm ita  
 perperā, id est Turrianicè concludis, Petrus iu-  
 betur pascere oves Christi, ergo solus: nā φέρε  
 εἰς τοὺς de reliquis Apostolis. Vide igitur quan-  
 tum tibi largiar; fac appositam esse notam vni-  
 uersalem, tamen nihilo magis efficies id quod  
 vis. Nec enim nouum est, rem vnam multis in  
 Etiam si dare solidum committi. Esaias missus est ad vniuer-  
 sitas Turria-  
 so eam pro-  
 positionē: οἱ  
 vniuersalem, ποτοις omnibus ita dixit Christus, Eritis mihi  
 nihil propter testes vsque ad ultimas terras, Act. I. Et aliquan-  
 tua officeres. τὸ post ita Paulum affatur Ananias: Eris ei te-  
 stis apud omnes homines, Act. 9. & 21. Et quā-  
 quis Paulus sāpe sc̄ Gentium Apostolum profi-  
 teatur,

Elench. Tur-  
ria.

testur, nemo tamen hactenus, qui modò sanus fuerit, aliquid propterea reliquis Apostolis de- traxit. Quia vero in hac quæstione sæpe laudas Cyprianum, cùmque grauissimum authorem appellas, in spem venio, te hæc illius verba agni turum. Episcopatus, inquit, lib. De vnit. Eccl. vnius est, cuius à singulis in solidum pars tene- tur. Ecce tibi solutio tui Sophismatis, Turria- ne, non iam à nobis, sed ab ipso Cypriano, pro- ducta. Si enim singuli Episcopi vnius Episcopa- tus partem ita tenent, ut ipsum Episcopatum in solidum teneant, quia est indivisius: sequitur, explodendam esse tuam hanc conclusionem: Solum Petrum, Christi omnes oves pascere, quia Christus dixit, pasce oves meas.

Quamobrem cùm perperam verba Christi exponas, cùm inepte de alijs Apostolis neges quod de Petro affirmatur: Denique cùm falso, addas in tua expositione, quod in ipso conte- xtu non continetur, nempe de Petri successio- ne, quam Romano Pontifici tribuis: concludi- mus totum tuum istud argumentum esse planè sophisticum, ac nullius momenti, adeò ut vel sola negatione refelli potuerit.

Retor: neamus igitur tuum argumentum <sup>A'vr'g'an'</sup> hoc modo, Petrus iubetur pascere oves Christi, <sup>o'm.</sup> siquidem ipsum amat. Pascuntur autem oves Christi pura Euangelij prædicatione, sincera- que Sacramentorum administratione, ac ceteris alijs rebus præstandis, quæ ad Ministerium Euangelicum pertinent, quas quidem Petrus

456 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
fidelissimè executus est. At Episcopi Romani  
nihil tale iampridem fecerunt, sed, Pastoris pe-  
do in Regium sceptrum conuerso, ipsi se pa-  
scunt, non oues Christi: in dò ipsas oues, & quo-  
quot pùrum Euangeliū profitentur, id est,  
Christum ipsum in suis membris non oderunt  
tantùm, sed etiam gladijs & flammis insectan-  
tur. Ergo Romani Pontifices non sunt Petri  
successores, nec enim Christum amant, nec e-  
ius oues pascunt, quod vtrunque fecit Petrus.

## DEFENSIO ET OBJECTIO- NES TVRRIANI.

### TVRRIANVS.

I  
pag. 285. **N**on nego hoc præceptum, Pasce oues meas, ad  
eum omnes Pastores pertinere: sic enim B. filius di-  
cuit omnes habere æqualem potestatem ligandi & sol-  
uendi. Sed contendimus Christum hac lege Petro di-  
cta, Pasce oues meas, constituisse eum principem a-  
liorum Pastorum omnium, & in eo tanquam in ca-  
pite & principe dixisse ceteris Pastoribus. Quod si  
in eo dixit omnibus alijs: ergo si Petro non dixisset,  
nec aliis dictum fuisset, neque nunc diceretur. Ipse  
igitur est per quem Dominus alijs dedit hæc potesta-  
tem: Vide Ambrosium in Pastorali. Sicut quod  
Deus dixit per Adā, Hoc nunc ex officio meis, &c.  
Hoc ipsum dixit per Adā, & in Adam omnibus legi-  
gitimis coniugibus: sic quia Petro primò data est  
hæc lex, Pasce oues meas, factum est ut in eo data sit  
omnibus alijs Pastoribus.

RESPON-

ANT. SADEEL. RESPOND. 457  
RESPONSIO SADEELIS.

S A D E E L.

IN huius tertij Scripturæ loci tractatione,  
quia pauciores attulit obiectiones Turria-  
nus, idcirco brevior quoque nostra futura est  
responsio. Summa huiuscetertiæ disputationis  
à Turriano propositæ potest hoc Syllogismo  
comprehendi: Quem Christus iubet pascere  
oues suas, is habet in omnes Ecclesias principa-  
tum. Petrum Christus iubet pascere oues suas.  
Petrus igitur habet in omnes Ecclesias prin-  
cipatum. Et, vi consequentis, illum ipsum prin-  
cipatum habet Pontifex Romanus Petri suc-  
cessor. Excutio Syllogismum: ac primùm com-  
perio Maiorem propositionem nihil continere  
quod verum sit, imò, ne verisimile quidē. Nam  
hæc locutio, Pascere oues Christi, nec propriè  
nec metaphoricè usurpata, potest illum prin-  
cipatum significare, ut in nostra solutione ad-  
monuimus. Sunt enim personarum & rerum  
circumstantiæ spectandæ, quæ nos planè ab im-  
perio, principatu & dominatione reuocat. Et  
enim Christus compellat Petrum, nō Regem,  
sed Ministrum: non Imperatorem, sed Aposto-  
lum: cum que iubet non principatum exercere,  
sed pascere suas oues, hoc est, fideles ipsos: ac  
nominatim Christus oues meas, inquit, non  
tuas: adeò ut qui alienas oues pascere iubetur,  
vel ex eo, ministerij exhibendi habeat, non ex-  
ercendi principatus, argumentum. Quam-

458 AD REPET. TVRK. SOPHIS.  
obrem Petrus ipse, qui Domini mentem satis  
perspectam habuit, scitè admodum in Epistola  
priore distinxit inter Dominum ouium, quem  
Pastorum principem appellat, & ipsius Domini,  
ac Pastorum omnium principis Ministros,  
quos ~~appellat~~ ~~ponit~~, & se eorum ~~appellat~~ ~~ponit~~ repov  
nominat eosque ita cohortatur: *Pascite, inquit,*  
*Dei gregem qui penes vos est, non ut dominantes*  
&c. Ecce igitur, vel ipso Petro locupletissimo  
interprete, *Pascere*, in Ministerio Ecclesiastico,  
non est dominari, quandoquidem illa duo ver-  
ba Petrus inter se opposuit: ne scilicet qui Pa-  
stores sunt ouium, in ipsum ouium Dominū a-  
liquid usurpare videantur. Ex quibus eluecscit  
Maioris propositionis falsitas. Sic enim potius  
ex ipsius Petri doctrina dicendum est: Quem  
Christus inbet pascere oves suas, cum non ha-  
bere in Ecclesiis principatum: sed habere po-  
tiū Ministerium, non suis, sed alienis ouibus  
exhibendum. Minor propositio vera quidem  
est, & nititur expressio Scripturæ loco Ioh. 21.  
sed illius loci circumstantiae sunt expendenda:  
vt in nostra solutione dictum est, & vt ipsi ve-  
teres agnoverunt. Nam propositū fuit Christo  
fidē Petri post eius lapsum magis magisq; con-  
firmare, tum, ne vel de amore Chilli, vel de  
sua ipsius vocatione dubitaret: tum, vt ad ob-  
eundum suum munus fortior & alacrior red-  
deretur. Ed spectat trina interrogatio & ipsum  
verbum diligendi, ne quid dicam de signi-  
ficata martyrij corona. Hæc sunt in Minoris  
propo-

Propositione consideranda. Complexio ruit,  
 euerfa, scilicet, Maiore propositione & longè  
 minus constare potest cōfectorium illud quod  
 subiicitur Complexioni, in quo nullam simili-  
 tudinem, nedum ullam vim consequentis, ani-  
 maduero. Quod enim Petro nominatim di-  
 ctum est, non est ad alios trahendum, nisi forte  
 per applicationem: quo sensu veteres hoc Chri-  
 sti prēceptum s̄æpe ad Ministros Ecclesiasticos  
 accommodauerunt, scilicet pro ipsorum muneris  
 ratione. Romanum autem Pontificem non esse  
 Petri successorem, s̄æpe antè à nobis & dictum  
 est & probatum: non tantū quia Ministerium  
 illud extraordinarium Apostolatus iampridē  
 cùm ipsis Apostolis sublatum est, ac propterea  
 in Apostolico Ministerio nulli possunt esse Pe-  
 tri successores: sed etiam quia Romanus Ponti-  
 fex nihil minus est quām Episcopus. Nec sane  
 longa hac de re instituenda est disputatio, quan-  
 doquidem vel ipse Pontifex satis testatur sibi  
 dictū illud nō esse: *Pasce oves meas*, qui ad Chri-  
 sti oves nō pascendas, sed dilaniādas iampridē  
 incubuit. Quare superiore Syllogismo *à 2 volac.*  
 nos cōtrarium Syllogismū, cūmque verum op-  
 ponamus hoc modo. Nemo qui iubetur pasce-  
 re oves Christi, habet in omnes Ecclesiās prin-  
 cipia: (iubetur enim, ergo minister: & iubetur  
 pascere: ergo nō dominari, inquit Petrus: & iu-  
 betur pascere, nō suas, sed oves Christi, oviūm  
 Domini:) Petrus iubetur pascere oves Chri-  
 sti: Petrus igitur non habet in omnes Ecclesiās

principatum: & similiteratione, nec principatu  
habent reliqui Apostoli, quanto verò minus  
Romani Pontifices? Atque hæc de summa hu-  
iusce tertiae disputationis. Itaque iam nos Tat-  
rianum audiamus.

Non nego, inquit, hoc præceptum Christi  
ad omnes Pastores pertinere, nam omnes ha-  
bent æqualem potestatem ligandi & soluendi.  
Quid igitur? nempe, inquis, contendō Christū  
his verbis constituisse Petrum principem Pa-  
storum omnium. E quānam in re, obsecro?  
Nōnne memoria tenes quæ in disputatione  
proximè superiore toties inculcasti, dum ex  
his verbis, Petri principatum affereres: Dabo  
tibi claves regni cœlorum, quæcumq; ligaueris, &c.  
*Mancf. Con-*  
*stit.c.23.* Nunc verò Basiliū attestatus, ait omnes Pa-  
stores habere æqualem potestatem ligandi &  
soluendi. Si æqualitas est in eo, in quo ipse prin-  
cipatum constituis, ubinam erit tingularis ille  
Petri principatus? Nēpe, inquis, eò quod Chri-  
stus in Petro omnibus aliis id dixit. Omnis  
quod iā suprà monui, id quidē per applicatio-  
nem aliis posse cōuenire: nunc tātum excutio-  
tuam hanc cōclusionē, & affirmo perinde ef-  
fe, ac si ita concluderes: Solus Petrus est prin-  
ceps, quia Christus in Petro iussit omnes esse  
principes. Explica nobis, quæso, vim huiusc  
cōclusionis. Quidnā dixit aliis Christus in Pe-  
tro? nempe ut pasceret oves suas, inquis. Quid  
autē est oves Christi pascerē principatū habere,  
inquis. Dixit igitur Christus aliis ut haberent  
princi-

principatū. Quæro. n. ex te, Turriane, idemne  
tibi hæc esse videatur, aliquid dici in Petro o-  
mnibus: & aliquid dici quod soli Petro conue-  
niat? Nonne animaduertis te in vna eadēmque  
oratione affingere vni verbo duas significatio-  
nes, easq; cōtrarias? Vis enim verbū *pascendi*,  
respectu solius Petri, significare principatū:  
& aliorum respectu ministerium: quod iā non  
est loqui, sed minus etiā quām balbutire. Nec  
enim ex eo quod vni dicitur, quod ad alias ex-  
tendi vel possit vel debeat, cōsequitur illius in  
alias dominatus. Nā quū Christus affirmaret *Marc. 13.*  
se quod discipulis dicebat omnib. dicere, nem  
pe vt vigilarent, nō propterea discipulis vllū  
tribuebat principatū. Propterea, non te pudet  
blasphemia, dum vocas Petru omniū Pastorū  
principem, quod nomen, vel ipso Petro teste,  
atque id agnoscēte, Christi propriū est. Sic. n. *1. Pier. 5.*  
Petrus: Quū apparuerit ille Pastorū princeps,  
inquit: nē pe Christus vindex suæ gloriæ, & eo-  
rum omniū iudex equissimus, qui de sua Maie-  
state quidpiā detrahere conati fuerint. Verūm,  
inquis, si id Petro nō dixisset, nec aliis dictum  
fuisse. Quid ergo sibi volūt hæc verba (vt alia  
pretermittā) *Si quorū remiseritis peccata, remissa* *Iohann. 20.*  
*sunū quæ quidē Christus anteā Apostolis dixe-  
rat. Quare quod addis, per Petru datā esse po-  
testatem aliis, falsum est, & petitio principij.  
Sed iā vide quām peritus sis artifex, qui texen-  
do nihil aliud quām retexis. Si verū esset quod  
ais, In Petro, vel per Petrum potestatem fuisse*

datam à Christo omnibus Pastoribus (quod  
absit ut agnoscamus) quid igitur opus est tuo  
Pontifice? num vt Pastoribus Ecclesiae de talis  
quam potestate? At illa data est, vei t. ipso al-  
sentiente. Excipies fortasse, ita dñam, vt à Pon-  
tifice conferatur. Ridiculum: Quid enim hoc lo-  
quendi genus vñquam admittat? Dedit Christus;  
hoc est, dabit Pontifex Romanus. Quinetiam,  
si ita esset, vt vis: sequeretur, Apostolis fuisse ne-  
cessarium, vt per Petrum ipsis eis potestas con-  
ferretur, & ad id Petrus suum Ministerium ad-  
hiberet: quod falso est: & ipse supra agnouit  
Apostolos non fuisse à Petro vel vocandos  
vel confirmandos, scilicet, à te ipso dissidentes.  
Ambrosius autem à te citatus aduersus te pronú-  
tiat: quoniam ait omnes Ecclesiae præfatos cù Pe-  
tro suscepisse oves Christi regendas. Sed ecce  
argumentū analogicum petitum ex his Adami  
verbis: *Hoc nunc os ex offib: meis.* Quid emadmo-  
dum Deus (inquis) hoc dixit in Adam & per  
Adam omnibus coniugibus: Ira Christus in Pe-  
tro, & per Petrum dedit omnibus Pastoribus  
potestate. Atqui, Franciscus, præstat audire Pat-  
rum ita hanc analogiam tractantem, vt exclu-  
met magnum esse mysterium, non in Petro &  
reliquis Pastoribus, sed in Christo & in Eccle-  
sia. Verum fac me illud non vrgere, nec etiam  
proponere quanto interuallo ista dissident:  
cū, ita iubente rerum natura, omne genus hu-  
manū in uno Adamo quodammodo existeret:  
hoc mihi certe satis erit, quod ex hac ipsa tua  
analogia

In Pastor.

analogia interiit tui Pontificis principatus. Ut enim, licet in Adamo & per Adamum Deus legem coniugij sancuerit, nullū propterea principatum Adamus in reliquos cōiuges obtinuit, qui sunt eiusdem iuris coniugalis ex æquo particeps: atque etiam non unus aliquis singulariter, sed omnes ex æquo sunt hac in parte Adami successores: ita licet Christus in Petro & per Petrum potestatem ligandi & soluendi instituisset (ut tu quidem dicis, ac nos negamus) nullum propterea principatum Petrus in reliquos Pastores esset habiturus: quod si non Petrus: multò minus Pontifex Romanus. Imò ex tua analogia, nemo hīc potest singulariter Petro succedere: quemadmodum nullus est qui in iure coniugali singulariter Adamo successerit. Atque hac de tua analogia in tuum tuīque Pontificis caput à nobis reiecta.

## T U R R I A N V S .

*O*bijcis Augustinum de parabola boni Pasto  
ris: In ipso Petro, inquit, unitatem commen-  
davit. Sic ratiocinor: si hoc dixit Dominus uni Pe-  
tro, ut unitatem commendaret: igitur sic voluit alios  
Apostolos pascere, ut à Petro no dissidentent, & ab  
eo tanquam ab origine unitatis penderent. Refelle tu  
hanc rationem, si potes, quod certum est non posse.

II.

pag. 287.

## S A D E E L .

*I*mò verò, Turriane, te longè falli certo cer-  
tius est, qui velis Apostolorū unitatem pen-  
dere à Petro, cūm nominatim Augustinus eam  
ab uno Christo pendere doceat. Ipse (inquit) *De Pastor.* 13  
ee .j.

*De Pastor.  
cap. 13.*

Augustinus de Christo loquens ) pascit vnu  
in his, & hi in uno. Item, Quæ sunt oves meæ  
(inquit Christus) audiunt vocem meam, & se-  
quuntur me. Hic inuenio (inquit Augustinus)  
omnes Pastores bonos in uno Pastore. Non  
enim verè Pastores boni desunt, sed in uno  
sunt: multi sunt qui diuisi sunt: hic vnu prædi-  
catur, quia vnitas commendatur. Hæc Augu-  
stinus. Quare falsum est quod ais Christū vo-  
luisse reliquos Apostolos ita pascere, vt à Pe-  
tro non dissentirent: atque ita dicendum est  
potius: Christum voluisse omnes Apostolos  
ita pascere, vt ab se uno non dissentirent, & (vt  
ad Augustinum reuertar) vt Christus vnu in  
illis pasceret. Miror igitur te tantopere exul-  
tare in hoc connexo quod dicas esse *ā&u;tv*: Si  
hoc dixit Dominus Petro, vt vnitatem com-  
mendaret, inquis, ergo noluit reliquos Apo-  
stolos à Petro dissentire, sed potius ab eo pen-  
dere tanquam ab origine vnitatis. Somnia nar-  
ras, mi homo, non argumenta. Ecquid enim  
est vinculum huius conclusionis? Si vnitatem  
commendauit, igitur voluit reliquos pendere  
ab uno Petro, ac propterea esse Petro inferio-  
res. Quod enim ab alio pēdet, tanquā inferioris  
eo, nō est vnu cum eo à quo pendet. Iam, si no-  
luit Christus (vt dicas) reliquos à Petro dissen-  
tire: nōne etiam Petrum vicissim ab aliis dif-  
fentire noluit? ac propterea, siquæ esset tui cō-  
nexi fides, sequeretur Petrum etiā ab reliquis  
tanquā superioribus pendere debuisse. Porro  
quum

quum hæc scriberes, credo tibi in mentē non  
venisse quod scribit Paulus in Epist. ad Gal. *Gal. 2.*  
Petrum ab se fuisse reprehensum. Nimirū tum  
Paulus non cogitabat sibi nunquam esse à Pe-  
tro dissentieendum, ne Apostolorum vnitatis di-  
velleretur. Paulus, inquit, nondū ad nostri Tur-  
tiani acumen peruererat: quin etiam ipse Pe-  
trus Paulo admonenti cedens, horū verborum  
Christi oblitus erat, si Turriano credimus. At-  
que hæc de tua ratione facile à nobis refutata.

## T V R R I A N V S.

**P**robare debebas sic fuisse omnes Apostolos Pa-  
stores, ut non esset unus Petrus omnibus præpo-  
sus: vide Tertull. de præscript. heret. & Synod. pag. 288.  
Florent. ante annos centum & viginti habitam. pag. 291, &  
Et Cypr. de unit. Ecclesia. Erit, inquit Christus, v-  
magrex & unus Pastor. Esse posse uno in loco ali-  
quis existimat, aut multos Pastores, aut plures gre-  
ges? Hac ille. Sunt quidem in Ecclesia Catholica  
per totum orbem diffusa multi Pastores, & multi  
greges: sed non in uno loco & uno grege. hoc enim  
sicut non potest: sed in multis locis, & multis gr-  
ebus.

III.

## S A D E E L.

**T**V ipse potius probare debebas sic mul-  
tos esse Apostolos ministerij vnitate con-  
iunctos, ut Petrus haberet in reliquos principa-  
lū. Tertullianū quidē auctio hereticos refellē-  
re ex Apostolica doctrina in Apostolicis Eccle-  
siis annūtiata (ut antè à nobis dictū est) sed nihil  
e e. ij.

466 AD REPET. TYRR. SOPHIS.  
Io magis te audio dum probas tui Pontificis pri-  
matum, earum Ecclesiarum testimonio, quæ ab  
Apostolica doctrina descierunt, nec (ut verba  
Tertulliani usurpem) faciem Apostolorum re-  
presentant. Quamobrem præclara è Augustinus  
Ecclesiam dixit non solum esse munitam auto-  
ritate populi orum & ipsarum etiam sedium A-  
postolicarum: sed etiam apparatibus, inquit,  
inuictissimæ rationis armata. Ac propterea  
tibi tuum Concilium Florentinū seruabis, quod  
quidem quod posterius fuit, eò deterius: atque  
id in vestrorum Cœciliorum ordine seruari so-  
let Locum autem Cypriani manifestè corrum-  
pis, & te probas esse ex eorum numero, quos in  
illo ipso loco Cyprianus dicebat afferere nocte  
Dimit. eccl. pro die: ut dum verisimilia metiuntur, inquit,  
veritatem subtilitate frustrentur. Illic enim Cy-  
prianus Schismaticos ac præsertim Nouatianū  
perstringens, negat in uno loco posse esse, vel  
plures greges, vel plures Pastores: adeò ut dam-  
nandi essent Schismatici, qui Ecclesiæ diuide-  
bant, & in iis Ecclesiis quæ suum habebant E-  
piscopum, ex ordine tum recepto constitutum,  
ipsi Episcopatum usurpabant: atque ita pro v-  
no grege multos greges, & pro uno vnius Ec-  
clesiæ Pastore (ut ferebat temporum illorum  
ratio) multos Pastores obtrudebant. Hæc est  
sententia Cypriani adeò plana & perspicua, ut  
aspectu primo ab ipsis etiam pueris satis per-  
spici possit. Sic enim ille paulò post. His sunt, in-  
quit, qui se vltro apud temerarios conuenias si-  
ne

Epist. 56.

ne diuina dispositione præficiunt: qui se præpositos sine illa ordinatis legi constituunt: qui nemine Episcopatum dinte, Episcopi sibi nomen assument &c. Hæc Cyprianus suipius interpres, & alienam Turciani expositionem, nobis tacentibus, refellens.

## TURRIANVS.

**O**bijcis unum Petrum non potuisse omnes ones Christi pascere. Respondeo ex illa regula iuris tritissima. Quod per alios facimus, per nos facere videmur. Vide Arist. l. b. 3. de Rep. ubi disputat de unius principatu. 1111.  
pag. 293.

## SADEEL.

**A**Te go affirmo illam regulam non esse diuinam iuris regulam, nec habere locum in Ministerio Ecclesiastico. Cum enim Paulus dicit Episcopatum esse opus: eiusmodi opus significauit, quod sit ab ipso Episcopo præstantum. Et, ut de Apostolatu loquamur, Apostoli dicunt: sunt missi, non autem mitentes alios per quos officio fungerentur, ipsi interea otiosi. Si euangelizem, inquit Paulus, non est quod glorier: necessitas enim mihi incumbit: vñ autem mihi, nisi euāgelizem. Atque omnino Ministri Ecclesiastici passim in Scriptura operarij vocantur. Stude, inquit Paulus Timotheo, te ipsum probatum sistere Deo operarium qui non erubescat. Hæc ille. Denique Aristoteles de ciuii Regum & Magistratum authoritate disserens nihil hic habet negotij: ubi non Aristotelem, sed Christum audimus sic interdicen-

468 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
Lm 22. tem. Reges Gentium dominantur eis, vos autem non ita, inquit Christus.

TYRRIANVS.

V.  
pag. 294.  
ibid.

L Vce 22. Confirmat fratres tuos, hoc est totam fraternitatem quae erat Ecclesia.  
Vt hoc obiter dicatur, qui tradunt Concilium esse supra Papam illi naturae repugnant, cum hoc nihil aliud sit quam partem toti praeserre.

S A D E E L.

Rom. I.  
Act. 14. 15.  
18. &c.

Epist. 192.

T Vnde interpretatio principium petit. Debet quidem Ecclesiam confirmare Petrus, sed, pro se, ac nihil propterea socijs derogans. Ex quo fit ut Paulus Romanos confirmare voluerit, & ille ipse dicatur animos discipulorum & Ecclesias confirmasse. Porro dum obiter & extra rem dicis: Papam esse super Concilium, (sic particulam toti praferens) nolo tibi obijcere hæc Augustini verba: Putemus, inquit, illos Episcopos qui Romæ iudicarunt non bonos iudices fuisse: restabat adhuc ple-narium vniuersæ Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa pœnitentiarum agitari, ut si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur. &c. Nolo, inquam, hæc & consimilia ex veteris disciplinæ penitentiæ re:præstat enim te remittere ad Thologos Sorbonicos castigandum flagello Alliacensis, Gersonis, & aliorum qui istam quæstionem agitarunt. Nos vero qui partem totum, hoc est, & tuum Papam & tua Conclilia, vt quidem à vobis celebrari solent, reiijcimus, parum de hac con-trouer-

trouersia curamus, neque nostra refert, an Papa  
sit supra Concilium, an verò Concilium supra  
Papam: quandoquidem & Papa & Concilium  
volunt esse supra Christum, cuius tamen inimi-  
cos & hostes Deus (vt scriptum est) ponet sca-  
bellum pedum ipsius.

## TVRRIANVS.

**V**irtus, qua Petrus meruit, ut Apostolorū prin- VI.  
ceps fieret, fuit excellentissima confessio, quā pag. 295. &  
confessus est omnium nomine, altera virtus fuit cha- 296.  
ritas, qua meruit, ut Christus ei diceret, Pasce oves  
meas: post quam tertio interrogasset, utrum diligeret  
eum plus alijs Apostolis. Ob excellentiam igitur fi-  
dei & charitatis, fecit Christus Petrum princi-  
pem Pastorem Apostolorum & cunctæ Ecclesiæ  
sue. Atque patrem cœlestem rogauit Christus,  
ne hoc charisma fidei deficeret in Petro, ac  
proinde in successore eius per vicariam ordina-  
tionem.

## SADEEL.

**S**vmmam Dei misericordiam in Petro, nou-  
ipsius Petri merita video elucere: quod &  
ipse Petrus agnouit, quum precatur, ut in om-  
nibus glorificetur Deus per Iesum Christum  
cui est gloria & imperium æternum, inquit.  
Quanquam autem h̄c nihil aliud quam nu-  
garis principium petens & repetens: tuam  
tamen ipse sententiam euertis nihil tale co-  
gitans. Nam si (vt dicis & nos negamus)  
propter sua merita Petrus constitutus est  
aliorum princeps, certè ille principatus  
ee. iiiij.

470 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
nihil pertinet ad Romanum Pontificem: nam  
merita sunt personalia, adeò ut merita Petri  
non possint esse merita Pontificis. Quare cùm  
tuus Pontifex nec Christum vel suo vel alio-  
rum nomine confiteatur, neque Petri fidé nec  
charitatem habeat: relinquatur, ex hac tua ratio-  
cinatione de meritis, Pontificem Ecclesiarum  
principem esse non posse: imò nihil vñquam es-  
se promeritum, vt vel vnius Ecclesiæ Dei legi-  
timus Pastor haberi debeat.

VII.  
pag. 298.

TVRRIANVS.

**Q**um in Euangeliō Pascere oves suas Domi-  
nū iussit Petro, omnes oves pascere iussit, quia  
illas iussit pascere quibus maior erat: Erat  
autem maior omnibus: & quibus erat maior, illis  
præesse iussus est, id est omnibus. Pascere enim præ-  
esse est. Iussit igitur pascere omnes, quia omnibus  
præcerat, & omnibus maior erat.

S A D E L.

**I**am vis probare Petrum esse iussum omnes  
oves pascere, atque h̄ic subsistis. Verū il-  
lud alterum tibi probandum fuit, solum Pe-  
trum iussum esse omnes pascere. Nos enim in  
superiori disputatione fusē tractauimus de  
natura Apostolatus qui nullis locorum vel  
Gentium finibus erat circumscriptus: itaque  
omnibus simul Apostolis dictum est à Christo,  
Matt. 28. Docete omnes Gentes. Item, Euangeliū præ-  
dictate omni creaturæ. Ex quibus efficitur om-  
nes Apostolos simul iussos esse pascere omnes  
oues

Matt. 28.  
Marc. 16.

oues Christi: nempe, sine Gentium vel locorum distinctione. Quam obrem in tua illa confusa & implicata argumentatione nihil aliud quam aetem verberas, quandoquidem non probas vnum & solum Petrum iussum esse pascre omnes oues Christi. Porro nihil concludis de Petro, quod non possit de reliquis etiam Apostolis concludi: quos anteà dixisti in Petro iussos esse pascre Christi oues. Pascre autem, praesesse est, inquis: quare reliqui etiam Apostoli iussi sunt praesesse. Iam redarguamus tuam ratiocinationem. Iussus est, inquis, pascre oues quibus erat maior. Ecce, principium petis: nam queritur inter nos, fuerintne Petrus maior omnibus, vel potius omnium maximus. Deinde ita subiicis: pascre praesesse est: iussus est pascre: ergo & praesesse. Scilicet nihil aliud concluderes, quam Petrum praesesse illis ouibus quas pascit. Volebas autem efficere, Petrum praesesse omnibus ouibus: quod non facis. Quod autem nisi pascre esse praesesse: sanè & ex verbo Dei intelligendum est. Pastores enim Ecclesiæ dicuntur in Scriptura ποιεῖτε, ἵγερθοι, προσέλθοι in quibus vocabulis fateor verbū praesesse includi: ita tamen ut spiritualis dignitas significetur ipsius Ecclesiastici ministerij finibus contenta, non regius ille Pontificis principatus. Itaque verbum praesesse non vni Episcopo Romano tribuitur, sed omnibus Ecclesiæ praefectis, qui dicuntur pra-

1.Tim.4.

Heb.13.

1.Thess.5.

472 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
esse quatenus pascunt, hoc est, docent, & ea  
præstant quæ ad ipsorum munus pertinent,  
quemadmodum paulò antè diximus sect. i. v.  
bi de verbo pascendi differimus, & tu ipse  
dices sequenti sectione, prædicare, esse, pa-  
scere. Rectè igitur & eleganter Augustinus:  
**Quest. 65.**  
**Quest. vlt.** Sciat, inquit, se non esse Episcopum, qui  
præesse cupit non prodesse. Hac igitur in-  
terrogatione tuum in te argumentum retor-  
queamus. Petrus his verbis Christi, est ne-  
iussus pascere ipsos Apostolos, necone? Si ius-  
sus pascere, ergo falsum est quod dicebas, in  
Petro omnes esse iussos pascere, siquidem pa-  
scere & pasci differunt: Si non iussus est pafce-  
re Apostolos, ergo nec illis præesse ex hoc tub  
argumento. Ac proinde nullus est Minister Ec-  
clesiaisticus, qui aliis Ministris præesse & impe-  
rare debeat.

### TVRRIANVS.

**VIII.** CT. 15. Deus elegit in nobis audire Gentes  
**pag. 298.** **A**per os meum verbum Euangely: significavit  
igitur se esse os & caput omniū, & cum prædicare,  
pascere sit. sequitur quum ei præcepit Dominus ut  
pasceret oves suas, præcepisse ut pasceret eas per  
se & per reliquos Apostolos tanquam Pastores ad  
iutores suos: omnes igitur oves pascere dixit, Ut es-  
set ἀρχιτοπουν.

### SADEEL.

**P**AUCIS verbis multa peccata: Vnum, quod  
tam ineptè ita concludas: Deus elegit  
per

per os Petri audire Euangelium: ergo Petrus est os & caput omnium: qua de re in loco Scripturæ proximè superiori, multa diximus. Secundum: quod ita differas: Si Petrus debuit prædicare Euangelium Gentibus: Petrus igitur id debuit præstare per se & per reliquos Apostolos. Hæc enim verba te resellunt, per os meum, inquit Petrus. Oportet igitur Apostolos esse os Petri, cum tamen velis Petrum esse os Apostolorum. Tertium: quod dicas: Si Petrus debuit prædicare Euangelium Gentibus, Petrum igitur omnibus Christi ouibus præesse. Iudeos enim omittis, ad Euangeliij veritatem accessuros, & quibus instituendis Petrus potissimum dedi operam, ut patet ex Pauli Epistola ad Galatas, & ex plurimi Petri epistolis. Aliud, & omnium grauissimum, peccatum tuum, Turriane, fuit quum vocares Petrum ἀπόστολον, quod nomen ipse Petrus soli Christo tribuit. Verum id mirum videri non debet in vobis Iesuitis, qui ipsum sacrosanctum nomen Iesu magna cum impudentia & blasphemia vobis in vestrae scandalitatis inscriptione tribuat.

Gal. 2.

I. Petr. 5.

## TVRRIANVS.

**Q**uam vellet Dominus post resurrectionem suam præstare quod promiserat de ædificanda Ecclesia super Petrum, tum dixit ei: Passe ones meas in quo Ministerium verbi conti-

IX.

pag. 299.

474 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
netur, & simul iurisdictionem in eas tribuit, &  
potestatem clavium, sine qua eiusmodi iurisdictione  
expediri non poterat: in his enim negotiis adi-  
tionis Ecclesiae versatur.

*Ibid.*

Pasce oves meas non esset dictum reliquis Pa-  
storibus omnibus in Petro, nisi omnes Pastores in  
Petro censi essent: ceteri autem non poterant, nisi  
eorum caput fuisset. Ipsius igitur fuit omnibus aliis  
Pastoribus praesesse: ac proinde omnibus eorum ou-  
bus. Pascere autem praesesse est: iussus est igitur Pe-  
trus omnes oves pascere..

S A D E E L.

**I**NANIS EST TUA sententia repetitio, ac toti-  
dem propè verbis: hoc tantum affers noui,  
quod tuis repetendis semper aliquid absurdum  
proponis, quod nō antè audieramus. Nam an-  
teā, vt probares Petrum praesesse, dicebas Pe-  
trum pascere: nunc vt probes Petrum pascere,  
dicis eum praesesse. Porri dicis his verbis: Pa-  
scere oves meas, Christum præstissem quod pro-  
misera, Matth. 15. de ædificanda Ecclesia su-  
per Petrum: in quo ministerium verbi conti-  
netur, inquis, & iurisdictione & potestas claviū.  
Si hæc vera sunt, quid igitur faciebat Christus  
superiori capite apud Ioannem, quum diceret  
Apostolis: Sicut misit me Pater, ita & ego mit-  
to vos. Item, Accipite Spiritum sanctum: si  
quorum remiseritis peccata, remittuntur &c.  
Nōnne vides ante hæc verba, Pasce oves  
meas, ea fuisse à Christo Apostolis mandata,  
qua ad ædificandā Ecclesiam, ad ministerium  
verbi

verbi & ad potestatem clavium pertinebant?  
 Verum addis oportuisse reliquos Apostulos  
 in Petro censos fuisse tanquam in capite: eò  
 quod illis dixerit Christus in Petro, *P. sc̄e o-*  
*ues meas.* Suprà exposui quomodo id ad reli-  
 quos spectare potuerit ex Veterum sententia,  
 nempe per applicationem, non autem quod  
 aliquid h̄ic Christus concedat Apostolis an-  
 te non concessum. Omnia enim his verbis  
 continebantur. Sicut misit me Pater, & ego  
 mittio vos. Accipite Spiritum sanctum: quo-  
 rumcunque remiseritis peccata, remissa sunt,  
 &c. Quid porr̄d tibi vis verbo Censendi? Ti-  
 bne videtur Christus fuisse Censor aliquis,  
 qui Apostolos tanquam ciuitatis alicuius fa-  
 milias censeret? Abi inepte cum tuo illo cen-  
 sendi vocabulo, dignus certè qui inter *ἀπαράδιο-*  
*τες & ἀθεολόγους* Theologorum omnium iu-  
 dicio censcaris.

## TURRIANVS.

**A** Is te velle rescire quare hec verba, *Pasce o-*  
*ues meas,* potius ad Pontificem Rom. quam pag. 30.  
 ad Apostolos dirigantur. Respondeo, *Pasce oves*  
*meas dictum fuisse Petru immediate: Successori ve-*  
*rò Petri dici à Christo per vicariam ordinationē,*  
*que ministerio Episcoporum sit. Ceteris Apostolis*  
*dictum fuisse in Petro sine alio ministerio interme-*  
*dio, quatenus in illo erant ut in capite: licet non tan-*  
*quam successores Petri, nec in illo gradu primo &*  
*uno in quo erat Petrus radix rotis ordinis Sacer-*  
*dotalis.*

**A**udio tua somnia centies repetita. Dicitum est Petro immediate: reliquis Apostolis mediate. Successori Petri per vicariam ordinationem, inquis. Atenim ego dicebam me rescire velle, non autem simpliciter audire quae vos Pontificij consinxistis. Non enim scientia ex vanis hominum opinionibus & commentis: sed ex causarum cognitione compataur. Atque etiam non vos pudet vestrum Pontificem ipsis etiam Apostolis anteferre. Non erant, inquis, Apostoli tanquam successores Petri in illo gradu primo. Ex quo efficitur, si tibi credimus, Paulum, Ioannem & reliquos Apostolos fruisse tuo Pontifice inferiores. Quid nonne, etiam ex vestra doctrina, successori Petri dictum est, Pasce oves meas, in ipso Petro? Certe: mediate igitur. Dicis autem elucere proximum Petri eò quod non mediate, sed immediate illi dictum est: Pasce oves meas. Quare sequitur ex tua ipsius sententia, Petri successore non habere proximum, quia hoc illi dictum est, non immediate, sed mediate. Quinetiam facis mentionem vicariae ordinationis, quam numerum vnde nam cruas, quando hec Christi verba proponis. Istane ordinatio Pontificis per Cardinales in causa est, quam obrem Pontifex preferatur Apostolis? scilicet, quia Cardinales ordinant Pontificem: Christus autem ipse Apostolos ordinavit. Idcirco ius Pontificis est potius. O impudentem audaciam! Verum cur tan-

topere laboras, ut efficias tuo Papæ dictum esse, Pascœ oues meas: quando satis constat tuum Pontificem Romanum illa verba nunquam audiuisse, nec aliquid eorum præstitisse, quæ ad docendam Ecclesiam Romanam pertinent? Ibi enim essent oues ab eo pascendæ (non autem vniuersus terrarum orbis) liquidem Romanam Ecclesia esset vera Ecclesia, & ipse esset verus Pastor Ecclesiaz Romanaz.

## TVRRIANVS.

**A**mor Petri, inquis fuit donum personale, non minus quam eius fides. itaque transire ad successorem non potuit nisi n<sup>r</sup> μίμοντι. Respondeo: quoniam Christus rogauit pro Petro cui iubebat confirmare suos, id est, totam Ecclesiam, ipsum rogasse pro omnibus heretici sederunt. At Apostolica sedes Romana semper hereticos dñauit. Quoniam autem non dixerit Dominus, rogauit ne deficeret amor tuus: sequitur non esse esse ut amor Petri ad successorem trāseat, sicut non esse est ut trāseat fides: Posse autem fidem esse sine charitate qui negat, verbum Dei negat, ut patet ex Epistola Iacobi. Item: Charitas, inquit Apostolus, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Ergo est fides ficta per regulam Contrariorum, nempe fides sine charitate. Item 1. Pet. 1. Spem viuam, inquit: est igitur & spes mortua. Spes autem sine fide esse non potest, quia in eius ratione continetur: Substantia rerum sperandarum, inquit Apostolus, Hebr. 11.

xii.

pag. 304.

pag. 305.

pag. 306.

307.

SADEEL.

**A**Liò digrederis, nec respondes: Ego cír-  
cunstantiam loci apud Iohannem pre-  
mo, ex his verbis: Petre, amas me? Pasce oves  
meas. Tu verò me ad Lucæ cap. 22. reuocas.  
Rogaui pro te ne deficiat fides tua. Redeamus  
igitur ad Ioannem, & videamus quemadmo-  
dum hæc sint coniuncta in verbis Christi: Amas  
me? Pasce oves meas. Quis non videt posterio-  
ra verba planè esse cum superioribus coniun-  
genda? Quoties enim Christus dixit, *Pasce o-  
ves meas*, toties antè dixerat: *Amas me?* Enim te-  
ro permirū est Pontificijs id in more positum,  
ut quum hunc Ioannis locum ad sui Pontificis  
causam trahunt, tum hæc verba sèpissimè in-  
culcent: *Pasce oves meas*: hæc verò: *Amas me?*  
perpetuò obliuiscantur. Scilicet Pontifices nec  
Christum amant, nec pascunt eius oves, de se-  
ipsiis pascendis tantùm solliciti. Sed omnino  
diè mihi, Turriane, si vis ad Successorem Petri  
hæc verba, *Pasce oves meas*, pertinere: cur hæc  
etiam, *Amas me*, non pertinebunt? Item, si  
successores Petri erant in Petro, quando illi di-  
ctum est: *Pasce oves meas*: quare non fuerunt in  
Petro, quum illi Christus diceret: *Perre amas  
me?* Item, vbinam erant isti successores, quum  
Petrus respondit: *Etiam Domine, tu nosti quod  
amem tñ?* Certè in Petro tum non fuisset ipsi ve-  
stitorum Pontificum mores satis supérque te-  
stantur. Quamobrem ego ita concludo: Cùm  
oratio Christi non interrupta, nec lacerata, sed  
tota

tota sibi cohærens simul accipienda sit: si Petri  
successores, nec in Petro interrogato, nec in  
Petro respondentे fuerūt: eos profectò in Pe-  
tro non fuisse quando ei dictum est: Pasce o-  
ves meas: ac propterea frustra vos conari ali-  
quam tantū huius orationis particulā arripere  
vnde, si possitis, causam vestri Pōtificis suble-  
uetis. Quare nos ita dicamus, hæc verba Chri-  
sti dicta sunt Petro amanti Christum: non igi-  
tur Pontifici, Christum non amanti, sed Chri-  
stum in suis membris gladio & flamma inse-  
stanti. Præterea, quandoquidem ita vis: iam ad  
Lucam digrediamur, ac videamus quid inde  
colligas, quamobrem tuus Pontifex amare  
Christum non debeat. Rogauit Christus, in-  
quis, pro Petro, ac propterea pro eius succe-  
sore: vnde id colligis? nec enim villa est in illo  
loco circumstantia, quæ te iubeat de Petri suc-  
cessore cogitare. Instás periculum proponi-  
tur, & iamiam imminentis tentatio: quid illud  
ad successorem? Quinetiam hæc verba: & tu  
conuersus confirma fratres tuos: necessariò ad  
personā Petri referuntur propter eius lapsum.  
Dices fortasse hoc etiam in vestros Pōtifices  
quadrare, cō quod turpissemē lapsi sint, & lon-  
gè etiam grauius quam Petrus, Christum ne-  
gauerint: fateor certe ita esse, sed addo: hacte-  
nus, quod sciam, tuorum Pontificum nemini  
istud conuenire potuisse, quod sequitur apud  
Lucam: Et tu conuersus. Ostende igitur mihi  
aliquid vestigium successoris. Addis, in aliis

ff.j.

480 AD REPET. TVRR. SOPHIS,  
Apostolicis sedibus hæreticos sedisse: Romæ  
non item. Hic fortè expectas, Turriane, dum  
tibi obijciam Romanos illos Episcopos qui  
fuerūt hæretici: & tibi cōmemorem Liberiu,  
Arrianum, Honorium, Eunomianum, Anastasium,  
Photianū: Marcellinū idololatram: Ioan-  
nem xxii, à Theologis Parisiensibus damna-  
tum, quod immortalitatē animæ negaret: ac ti-  
bi opponam hæc Lyrani Scholastici doctoris  
verba: Multi Papæ, inquit, inuenti sunt Apo-  
statae. Hæc, inquam, & pleraq; similia proferre:  
nolo, nec singulis recensendis tempus terere:  
malo omnes simul comprehendere, atque af-  
firmare, Pontifices Romanos, posteaquām  
Maximi Pontifices & vniuersales Episcopi,  
sive Episcoporum Episcopi salutati sunt, &  
imperium in alias Ecclesiæ præter ius falso  
vsurparunt, non tantum defecisse à fide: sed e-  
tiam fuisse conatos fidem ipsam, verāmque  
Euangelij doctrinam, quoad eius fieri po-  
tuit, suis decretis, commentis, ac traditio-  
nibus extinguere. Tu verò fateris quidem,  
aut certè negare non audes, tuos Pontifices  
non esse charitatis Petri, & eius amoris erga  
Christum successores, ne videaris negare  
(non dicam meridie lucere, quando hoc tibi  
displacet) media & intempesta nocte diffusas  
esse tenebras. Sed hoc tibi est satis, quod non  
dixerit Dominus, inquis, Rogauit ne deficeret  
amor tuus: sed ne deficeret fides tua. Itane  
gasse

In cap. 16.  
Matth.

gasse, ne amor Petri deficeret, cui salus Pe-  
tri, ac reliquorum Apostolorum tantæ curæ  
fuit? Audi quemadmodum Christus pro o-  
mnibus Apostolis, ac proinde pro Petro sit  
precatus: Serua eos, inquit, per nomen tuum *Ioan.17.*  
quos dedisti mihi, vt sint vnum, prout & nos.  
Item, san&tifica eos tua veritate. Item, vt v-  
bi sum ego & illi sint mecum, vt conspiciant  
gloriam illam quam dedisti mihi. Item, vt  
charitas qua dilexisti me sit in eis, & ego in  
eis. Quid? Turriane, nonne tibi videtur  
Christus precatus esse pro charitate & amo-  
re Petri erga Christum ipsum? Et quia im-  
primis de successore cogitas, expende hæc  
verba superioris precationis: Non pro eis *Ibid.*  
rogó tantum, sed etiam pro iis qui per ser-  
monem eorum credituri sunt in me. Hic v-  
num ex te quero: Quum Christus dicit a-  
pud Lucam se pro Petro rogasse ne defice-  
ret fides eius, cuius precationis vim prorsum  
contendis ad eius successorem quoque per-  
tinere: qui fit vt nominatim non fecerit i-  
psius successoris mentionem? quandoqui-  
dem apud Ioannem nominatim profitetur  
Christus se non tantum pro ipsis Apostolis  
precari, sed etiam pro omnibus fidelibus  
quotquot erant per verbum eorum creditu-  
ri. Sed cur non te refello ex tuis argumentis  
*Antiquitatis* inter se oppositis? Dixisti pau-  
lo ante, sectione sexta, Petrum meruisse fieri  
principem Apostolorum propter fidem &  
ff.ij.

charitatem: atque ita charitatem Petri cum eius fide coniungebas. Porrò in disputatione superiore plus millies inculcasti te loqui de fide Petri credentis, super quam ædificata sit Ecclesia: adeò ut affirmares Petri fidem & Petrum credentem idem esse. Ex his igitur, Francisco, non meis sed tuis armis ita tuam sententiam confodio. Si fides Petri credentis, siue Petrus credens transit ad successorem, ut ait, & fides Petri credentis siue Petrus credens habuit charitatem coniunctam, ut fieret Apostolorum princeps, quemadmodum existimat sequitur si fides Petri ad successorem transit, transire quoque charitatem: quia, ex tuo argumento non sola fides constituit Petrum principem, sed etiam charitas. Iam expendo quæ subiicis, eum negare verbum Dei qui negat charitatem posse esse sine fide. Nos & verbum Dei amplectimur, & hanc tuam sententiam pernegamus. Quinetiam Augustinus (ut de aliis taceam) non negauit verbum Dei: & tandem affirmauit fidem sine charitate esse nolle. Pia fides, inquit, sine spe & sine charitate esse non vult. Et alibi, Ille credit in Christum qui sperat & diligit, alioqui credit esse Christum, non credit in Christum. Quò fit, ut Lombardus ex eodem Augustino, & Ambroſio neget fidem sine charitate virtutem esse: sed informem tantum mentis qualitatem. Et alibi: Pia fides non est sine charitate. Obiicis Iacobum: sed nos de vera, & ut loquitur Augustinus, de pia

*Ad cons.  
ep. 85.*

*De verb.  
Dom. Ser. 61.*

*Sentent. lib.  
3. dist. 23.*

*lib. 3. dist. 25.*

*Iac. 2.*

pia fide loquimur, non de fide ὀμωνύμως & im-  
 propriè dicta, de fide quæ dicitur, & non est  
 fides: de fide cuius etiam diaboli sunt partici-  
 pes, denique de fide mortua. Hanc fidem, Tur-  
 riane, si tuis Pontificibus tribuis: fateor eam  
 longissimo intervallo à charitate, adeòque ab  
 ipsa vera fide distare. Addis hæc verba Pauli:  
 Charitas de corde puro & fide non ficta. Ex 1.Tom. 2.  
 quibus tu, cui contraria placent, ita ex natura  
 contrariorum ratiocinaris: Si fides est non fi-  
 cta, ergo est fides ficta. Verum, Francisce, qui  
 dicit fidem fictam, fidem tollit, ac perinde lo-  
 quitur, ac si diceret non fidem: atque ita nō est  
 contrarium propriè, sed ἀντίθεσις: adeò ut ia-  
 ceat tua illa contrariorum regula: quemadmo-  
 dum homo effictus in tabula non est verus ho-  
 mo, nec dicitur homo, nisi ὀμωνύμως. Itaque Ibid.  
 Paulus de vera fide loquens, vocat eam ἀρυπό-  
 ρειση. Quare ex hoc loco à te produc̄to colli-  
 go, illam fidem quæ est sine charitate, esse hy-  
 pocritarum fidem: adeò ut te ipse in laqueum  
 indueris. Fides enim aut est vera & ἀρυπόρη-  
 s̄ fides: aut dicitur simulata & hypocritarum  
 propria. Fides autē quæ verā est, cū charitate  
 coniungitur, ut patet ex hoc loco Pauli (Finis  
 mandati, inquit, est charitas ex corde puro &  
 fide nō ficta:) quare fides quæ non cōiungitur  
 cum charitate, non est vera piorū, sed falsa hy-  
 pocritarum fides, quam ex tuo argumento tui  
 Pontificibus tribuis. Idem dico de loco Petri,  
 vbi opponis mortuam spem viuæ spei: nam

484 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
mortua spes non dicitur, nisi ὀμανθάνει: vt ho-  
mo mortuus non dicitur homo, nisi ὀμανθάνει.  
Fateris autē spem sine fide esse nō posse, quia,  
inquis, in eius ratione, hoc est, definitione con-  
tinetur (atque ita dicendum erat potius, fidem  
non esse sine spe, alioqui tuum argumentum  
non procedit) ac propterea sequitur spem Pe-  
tri ad successorem transire: quod vide an cum  
pudore de tuo Pontifice possis affirmare. Cer-  
tè permirum videri debet, Petri fidē ac spem  
transire ad successorem: solam autem chari-  
tatem (quam Apostolus vinculum perfectio-  
nis appellauit) non transire. Sed ita vobis au-  
llicis Pontificiis videtur, quibus nihil cum cha-  
ritate, & cum illa perfectione, de qua Paulus  
loquebatur, commune est. Vis autem, Turria-  
ne, uno verbo audire tuæ sententiaæ refutatio-  
nem? Fides Petri non fuit hypocritæ fides, er-  
go vera fides. At vera fides necessariò cum  
charitate coniungitur. Itaque qui charitatem  
non habet, fidem Petri non habet, quæ vera  
fuit fides: ac proinde cum charitate cōiuncta.  
Ex quo efficitur tuos Pontifices charitate de-  
stitutos fidem Petri non habere, ac propterca  
ex vestra ipsorum ratiocinatione non esse Pe-  
tri successores. Atque ita in tuis scriptis, Tur-  
riane, fallacia alia, vt ille dicebat, aliam trudit.

T V R R I A N V S.

XII.  
pag. 307.

**A** Missa charitate non amittitur docendi pote-  
stas. Nam Paulus non negat quin Pseudo-  
apostoli

apostoli haberent potestatem dandi Spiritum sanctum: sic enim ille, 2. Cor. II. Si is qui venit, inquit, alium Christum prædicat quem nō prædicauimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis, recte pateremini. Ergo Pseudoapostoli dabant Spiritum, si qui erant qui Spiritum sanctum accipiebant.

Matth. 23. Super cathedram Mosis sedderunt <sup>pag. 307. &</sup>  
Pharisei & Scribæ, omnia ergo quæcunque dixerint <sup>308.</sup>  
vobis, seruate & facite: secundum opera vero  
eorum nolite facere. Ergo illi Spiritum Dei acce-  
perant ad docendam veritatem legis: hi enim e-  
runt successores eorum septuaginta quos elegit Mo-  
sis, Num. cap. II. Ergo in successore Petri chari-  
tate eius fidei Petri esse potest sine charitate & sancti-  
tate eius.

## S A D E E L.

**V**is probare amissa charitate, non amitti potestatem docendi. At nō quæritur inter nos de amittēda, sed de acquirēda illa docendi potestate: negamus enim tuū Pōtificem esse vlli Ecclesię legitimū doctōrē & Pasto-  
rē, nedū omniū. Quare illa tua omnia sunt ex-  
trā & ἔξω λόγια: nisi fortè à nobis postulas, vt  
dicamus te locū Pauli corrupisse. Ibi enim ait  
Paulus, falli Corinthios si existimēt se à quo-  
quam posse, vel excellentius aliquod Euange-  
lium, vel præstantiora Spiritus dona accipe-  
re posse. Itaque Paulus illam conditionem  
apponit tanquam *ἀδιωκτοῦ*, vt magis inde  
ff. iiij.

486 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
suam sententiam confirmet. Quæro enim an  
Pseudapostoli legitimè vocati fuerint, necne?  
Si legitimè vocati, cur Pseudapostoli? Sinon  
legitimè, quomodo Spiritum sanctum conse-  
rebant? Tu vero, Francisce, si existimas eos qui  
alium Christum prædicant, quām quem Paulus  
prædicauit (ut vos Monachi facitis) conferre  
Spiritum sanctum: serua tibi tuam istam Theo-  
logiam. Idem respondeo ad locum Matthæi  
de Scribis super cathedram Mosis sedentibus  
(ne mihi de illorum Scribarum vocatione lon-  
ga sit instituēda disputatio:) nihil enim hæc res  
ad tuum Pontificem spectat. Vis enim Scribas  
fuisse legitimè vocatos, & legem Dei docuisse,  
quippe in cathedra Mosis sedentes. At tuus  
Pontifex nullam habet vocationem à Deo: nec  
est Scribarum & Phariseorum similis in eo  
quod docerent legem Dei, sed potius est Pha-  
riseorum similis de quibus dicebat Christus:  
Cauete à fermento Phariseorum, nempe ab  
eorum doctrina & falsis commentis, quibus pu-  
rum Dei verbum corrumpebant, quod & tuus  
Pontifex, & vos Monachi iampridem factita-  
tis. Denique si tua isthæc argumenta questioni  
propositæ respondent, sequitur charisma Pe-  
tri nihil aliud esse quām officium docendi. Ex  
quo etiam sit, ut hoc charisma in Pontifice-  
gemus esse quandoquidem imperandi potesta-  
tem, non docendi officium exerceat.

Matth. 16.

TVRR

## TVRRIANVS.

**O**bijcis me nouam significationem affingere XIII.  
 verbo pascendi: hoc tu per ignorantiam dicas, pag. 309, &  
 non intelligens quid dicas. Verbum enim pascendi 310.  
 non est proprium hic, sed translatum, ut Es. 40. Si-  
 que Pastor pascet gregem suum: Non putauis Pon-  
 tificatum significari hoc solo verbo, sed his verbis:  
 Pascere oves meas. Vide quam honorifice veteres Da-  
 etores, Patriarchae & alij Episcopi tum Imperatores  
 de Petro loquuntur. Chrysostomus antem Hom. in  
 undecim Apost. vocat Petrum onum primogeni-  
 tam gregis Christiboni Pastoris. Quis autem igno-  
ravit ad primogenitum pertinere primatum, nisi quid  
obstet?

## SADEEL.

**Q**uum verbum, Pascere, dicitur de Deo Pa-  
 store & de Christo, non dubium est quin  
 summam potestatem significet, quia nulla Dei  
 potest esse potestas, nisi summa. Sic usurpatur  
 apud Esaiam in loco quem ipse profers peri-  
 gnoriantiam, non intelligens quid dicas. Nam  
 quia Petrus non est Deus, idcirco perperam  
 verbum Pascendi ita exponis apud Ioannem,  
 vt apud Esaiam. Sed quum dicitur de Ministris  
 Ecclesiasticis, affirmo illo verbo non dominan-  
 di ac imperandi potestatem, sed magisterium  
 docendique munus significari, vt admonui in  
 prima sect. huiusc disputationis. Quod autem  
 contendis non ex uno vocabulo, sed ex hoc  
 complexo, Pascere oves meas: principatum esse

488 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
intelligendum, iam suprà refutauimus, ac do-  
cuimus, ei qui non suas oues pascere dicitur,  
sed iubetur alienas pascere, Ministerium tri-  
bui, non Principatum. Nunc accedo ad tuum  
argumentum pecuarium, quod est eiusmodi:  
**Chrysostomus**, inquis, vocat Petrum ouem  
primogenitam: ad primogenitos autem perti-  
net primatus(nisi quid obstat.) Quare ad Pe-  
trū primatus pertinet. Nempe, **Turriane**, nisi  
quid obstat. Atqui nondum audiueram ius pri-  
mogenituræ (vt vocant) habere locum in pe-  
cudibus:nec etiam satis possum dispicere quo-  
modo ouis primogenita debeat habere prima-  
tum in omnes Pastores. Verùm vt hęc omnia  
prätermittamus, quorsum hoc argumentum  
ex ouibus petitum, quandoquidem Pontifex,  
nec ouem agit, nec Pastorem, sed lupum po-  
tius? Hoc igitur tibi obstat tuoque Pontifici:  
**Quòd**, qui ne ouis quidem est, ouis primoge-  
nita censeri non debeat, nedum omnium ouiū  
Pastor: aut si mauis, quòd oues lupos non pa-  
riant. Vide Matthæum cap. 7. in his verbis: In-  
trinsecus autem sunt lupi rapaces.

TVRRIANVS.

XIVI.  
pag. 310. &  
311.

**O**bijcis hęc verba Pauli, Agmen illud in me-  
oūσαοις, ut & Theodoret⁹, & Chrysostomus Hom.  
de quadrag. legit ἐπανάσαοις, quod verbum signifi-  
cat coitionem, non istud tuum agmen quotidie con-  
surgēs: sic enim vertis. quid ineptius exponi potest?  
solicitudinem de omnibus Ecclesiis, quam par erat

Illo pectore Apostolico dignum, continuam esse, facit Antonius bellus quotidianam. O singularem sollicitudinem, que quotidie & non potius singulis horis & momentis vexabat. Ad Rom. 9. Magna mihi tristitia est & continuus dolor: Itaque locum illum deprauasti: & Articulus in perpetua non est regnus sed diaspetus.

## SADEEL.

**O**MNES codices constanter habent <sup>interpretationem</sup>  
<sup>sicut</sup>: ego verò non meam proposui interpretationem, sed ex iis quæ extant eam selegi, quæ mihi doctissima & accommodatissima visa est. Tu verò non habens quid ad locum Pauli quem tibi obieceram, responderes, diuerticulum quæsiuisti in interpretatione vocabuli Græci, & me reprehendis quòd veterem interpretrem non sim sequutus. Meum argumentum fuit huiusmodi. Si Paulus nihil fecit extra vocationem suam, & habuit curam omnium Ecclesiarum, cámque maximam: inde sequi omnes Ecclesiás non minùs I aulo quàm Petro, ac proinde reliquis omnibus Apostolis esse commissas. Hic quia non habebas quid contradiceres, nec tamen velles esse planè mutus, qui toties nobis tuam illam & φωνιαν minitaris, exclamas me locum Pauli deprauasse, adeoque immuovere sanctam Apostoli de omnibus Ecclesiis sollicitudinem, qui eam facio quotidianam, quam par erat, inquis, & illo pectore Apostolico dignum, continuam esse, ac nunquam intermitte. Verum enim uero, Turriane, dum tu huic

490 AD REPET. TURR. SOPHIE  
nostrę interpretationi insultas, tuam ipse refel-  
lis sententiam, & nostram egregiè comprobas.  
Nam si dignum fuit Apostolico pectore conti-  
nuam ac nunquam intermissam Ecclesiarum  
omnium curam gerere: consequitur omnium  
Ecclesiarū curam ad munus Apostolicum per-  
tinere. Ita scilicet proficiunt qui magis intentē  
funt alienis reprehendendis, quām suis confir-  
mandis. Atque hæc de argumēto nostro, in quo  
tu quantumuis licet exclamans, planè tamen  
fuisti mutus, quia nihil respondisti. Venio ad  
tuam reprehensionem qua me accusas, quod  
Ecclesiarum curam dicam esse in Apostolo quo-  
tidianam, quę potius fuerit continua. Itāne, mi-  
**Grammaticule**, quid sit quotidianum intelli-  
gis, vt neges id esse continuum, quod sit quoti-  
dianū? tua isthac distinctio apud Medicos for-  
tē locum habeat de febribus differentes: non  
autem in perulgato loquendi vsu, quo dici-  
tur quotidiana cura, non quæ semel in die no-  
bis incidit, sed quæ identidem nobis occurrit.  
Audi enim quid dicat Christus. Siquis vult me  
sequi, inquit, abneget semetipsum, & tollat cru-  
cem suam quotidie. Et vt ad Apostolum redea-  
mus: vt quid, inquit, & nos periclitamus omni-  
hora? (sequamur veterem interpretem, vt hanc  
à Turriano gratiam ineamus) Quotidie mo-  
rior propter vestram gloriam, fratres, quam ha-  
beo in Christo Iesu. Hæc ille: ne mihi etiam  
proferendum sit quod iubemur petere Panem  
nostrum quotidianum: quo intelliguntur ea  
omnia

LUC. 37.

1. CANT.

LUC. 45.

omnia quæ ad tuendam hanc vitam singulis ho-  
te momentis sunt necessaria. Iam vides, Turri-  
ne, quām ridicula fuerit tua isthæc reprehensio.  
Nam quod ais articulum Græcum esse ~~de~~ perte-  
<sup>re</sup>, ex ipsius contextus structura, patet quām  
falsum sit. Proponamus enim tibi veterem in-  
terpretationem, quæ tibi placet: Præter illa quæ  
extrinsecus sunt ( inquit Apostolus ) instantia <sup>2. Cor. xii.</sup>  
mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesi-  
rum. Hic, quis, præter te, non facile animaduer-  
tat Solitudinem omnium Ecclesiarum esse il-  
lam instantiam quotidianam de qua loquitur?  
Nonne loquitur de iis quæ non corpus, sed a-  
nimum ipsum vehementer afficiunt? Sic enim  
ille præter illa quæ extrinsecus sunt. Quare in-  
timæ hæc cura de omnibus Ecclesiis nomina-  
tim distinguitur à malis & periculis externis.  
Præstat igitur audire Ambrosium rectè hunc lo-  
cum exponentem, quām Turrianum falso ve-  
ram interpretationem reprehendentem. Solici <sup>In 2. Cor. xii.</sup>  
tudo hæc, inquit Ambrosius, quam dicit quoti- <sup>cap. II.</sup>  
dianam, de rationis vsu descendit, ut omnibus  
diebus commissum sibi populum instruat. Hæc  
ille. Age nunc, Franciscæ, & quantumlibet in  
Ambrosium exclamato: sed fortasse liberius a-  
ges cum Thoma Scholastico Doctore, qui ita  
locum hūc explicauit. Quasi dicat, inquit Tho- <sup>In 2. Co.</sup>  
mas, præter omnia quæ exteriùs patior & pa- <sup>cap. II. lett.</sup>  
sus sum, angit me grauiùs interior afflictio, sci- <sup>6.</sup>  
licet, solicitudo subditorum. Hactenus Tho-  
mas, qui articulum illum tuum, non ~~de~~ perte-  
re

492 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
sed εξηγητικόν esse intellexit. Atque hæc de no-  
stra interpretatione, quam maiè reprehendisti.

T V R R I A N V S .

xv.  
pag. 312.

**O**bijcis quod Petrus se Presbyterorum cuius-  
πρεσβύτερον appellauit. Certe non enim Pe-  
trus erat uniuersus Episcopus, alioqui non fuissent  
alijs Episcopi. Vide Cypr. lib. 4. ep. 2. de Cornelio.  
**Q**uum post primum, inquit, secundus esse non pos-  
sit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, fatus  
est etiam, non secundus est ille, sed nullus est. Hac  
ille. Ergo Pontifex omnibus præest, & est maximus  
solus, & primus præest.

S A D E E L .

**N**Egas Petrum fuisse vniuersalem Episco-  
pum & tamen addis Pontificem omnibus  
præesse: esse maximum, solum & primum  
præesse. Quid, obsecro, aliud est esse Episcopū  
vniuersalem? Nimirum, inquis, si esset vniuer-  
salis, nulli alij essent Episcopi: quod quidem  
vanum ac ridiculum effugium iam ante à no-  
bis refutatum est. Sed & hoc addam: tantum  
abesse ut vniuersale tollat particolare, vt po-  
tiū non possit esse vniuersale, nisi sint particu-  
laria. Quare quum ita concludis, si esset Epi-  
scopus vniuersalis, nulli alij essent Episcopi par-  
ticulares: perinde facis ac si ita ratocineris: Si  
animal est, non igitur homo est, neque brutum,  
ad cōque nihil quod animali subiicitur: quod  
quām ineptum sit, nimis est perspicuum. Lo-  
cūs Cypriani intelligitur de unoquoque v-  
niuersiūsque

ANTON. SADEEL. RESPOND. 493  
niuscuiusque Ecclesiæ Episcopo, ut supra iam  
exposuimus.

TURRIANVS.

**D**icis perperam concludi ex Articulo propo- XVI.  
sitionem uniuersalem. Dixi cum circumstan- pag. 314.  
tia pronominis p̄s significare hoc loco omnes oves  
uniuersaliter. Audi rationem. Cum Dominus uni  
Petro singulariter dixit: Pasce oves meas: quod re-  
liquis Ap. stolis non singulariter, sed communiter di-  
xit in ipso, consequens est ut omnes oves uni Petro  
commiscerit. Imò hoc amplius addam: Apostolos ipsos  
non sine Petri iudicio & voluntate profectos, sicut  
Dominus praecepérat, ad prædicandum Euange-  
lium. Sic enim 2. Cor. 10. Non in immensum glo-  
riabitur, inquit, sed secundum mensuram regulæ  
qua mensus est nobis Deus mensuram pertingen-  
tem super vas. Vide Theophylactum in hunc locum:  
Deus, inquit, orbem terrarum nobis Apostolis dis-  
pertivit, & assignauit tanquam agricolis, quibus vi-  
nam distribueret.

S A D E E L.

**A** Vdi, inquis, rationem: sed quam obse-  
cro, cùm tu nullam rationem, sed solam  
principij petitionem afferas? Quare cogor etiā  
repetere, hoc connexum nullam habere vim,  
adéoque connexum non esse, quum ita nuga-  
ris: Petro singulariter dictum est: Pasce oves  
meas: Ergo soli Petro omnes oves commissæ  
sunt: hoc, inquam, insulfsum est, nec ullum po-

test esse medium, quo ista duo extrema coniungantur. Quinetiam antè reddidi rationem, quamobrem falsa sit hæc tua conclusio, quandoquidem (ne nunc omnia commemorem) omnibus Apostolis simul dictum est, Ite, doceite omnes Gentes: Prædictate Euangelium omnium creature, &c. Hoc amplius addam, inquis, Apostolos non profectos sine Petri iudicio. Recte præfatus es te amplius addere: hoc enim de tuo addidisti quod falsissimum est: nihil enim tale extat in scriptis Apostolicis. Imò potius Paulus affirmat contrarium in epistola ad Galatas, cui tu, Monache, ~~avt̄~~ ~~partim~~ contradicis. Quis porrò non te exsibilet tam fœdè ac miserè locum Pauli corrumpentem ex Epistola 2. ad Corinthios, Secundum mensuram regulæ qua nescius est nobis Deus, inquit: hoc est, qua mensus est nobis Petrus, interprete Turriano. Nec te etiam puduit Theophylactum citare, qui ne Petrum quidem nominat, sed ait post Chrysostomum Deum omnibus Apostolis orbem terrarum distribuisse: ex quo efficitur omnes simul Apostolos esse Pastores ouium Christi, non autem unum Petrum, quemadmodum somnias alios tecum somniare. Longè melius Hieronymus: Nihil, inquit, supra mensuram humanam facimus: sed in Apostolatus gratia quantum nobis Dominus donare dignatus est, per quam vobis, Corinthij, prædicamus.

*Gal. I.**In 2. ad Cor. cap. 10.*

TURR.

## TVRRIANVS.

**A**lind est dicere τὰ ἀρότατα, aliud τὰ ἀρότα. XVII.  
 τὰ μὲν illuc enim significatur Vniuersale non pag. 315.  
 vniuersaliter: hic significatur vniuersale vniuersale pag. 316.  
 luer. Vide Arist. lib. I. τοῦ ἐρυθρελάτου. Basilius in  
 reg. brevior. interr. 4. cùm Apostolus dixit per  
 transgressionem legis Deum in honores ad iocis w<sup>c</sup>  
 inquit δηλούστι δέ πάσις ἀπολάσεως. Ibidem:  
 Stimulus mortis, peccatum, ad iocis w<sup>c</sup>, inquit, δη-  
 λούστι πᾶσα αμαρτία, indiscretè omne peccatum.  
 Sic Basilius.

Ego sic argumentatus sum, Petrus iubetur pri- pag. 317.  
 mò pascere: ergo primo solus pascit: reliqui enim A-  
 postoli non primo iubentur pascere: sed in Petro com-  
 muniter iubentur pascere, Petrus autem singulari-  
 ter. Tunc Paralogismus est καὶ τὸν ὄμων μήταν: sic  
 enim dicas, omnibus Apostolis iussum est, Pascere:  
 non igitur solus Petrus iussus est pascere: imò solus  
 iussus est, singulariter.

## SADEEL.

**R**ursus Aristotelem appellas: τὰ ἀρότα,  
 inquis, vniuersale significat. Vbi nam tan-  
 dem aliquid simile apud Aristotelem vidisti, nu-  
 gator? ut constitutas vniuersale, dicendum est  
 τὰ τὰ ἀρότα. Sed quia hac non successit,  
 alia via aggredieris, & citas Basiliū dicentem  
 in plerisque locis Scripturæ, indefinitam propo-  
 sitionem ισοδυναμίν & æquivalere Vniuersali;  
 ut, dum dicit omne peccatum esse stimulum  
 mortis (æ propterea tollit discriminem morta-

496 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
lium & venialium peccatorum, quo vestrū  
Purgatoriū nititur, vt hoc obiter dictum sit:) quāsi verō id negemus, aut non ipsi admonue-  
rimus in nostra solutione, propositiones inde-  
finitas non esse passim nec temerē ( hæc sunt  
verba nostra ) cūm vniuersalibus confunden-  
das, sed ex circumstantia, & pro ratione subie-  
cti, dijudicandas. Itaque cūm ea sit natura re-  
rum earum, de quibus agunt loci à Basilio ci-  
tati, vt etiamsi nota vniuersalis apposita non  
fuerit, sint tamen loci illi vniuersaliter intelli-  
gendi: rectè & peritè Basilius indefinitum ibi  
pro vniuersali possum esse censuit: sed id lo-  
cum hīc non habet. Præterea vt sæpe monui,  
non tantū erras quōd indefinitum accipias  
pro vniuersali: sed quōd affirmes ita omnes o-  
ues Christi Petro esse commissas, vt soli Petro  
commissæ sint. Hīc nihil habes quod afferas  
nisi veterem illam tuā cramben: singulariter  
Petro, & in Petro communiter omnibus di-  
ctum est, Pasce oves meas: ergo solus Petrus  
pascit. Atque ita, Turriane, tu singulariter &  
communiter: hoc est, contradictoriè conclu-  
dis: qua de re locuti sumus fusiùs in Sūma hu-  
ius disputationis. Sedenim paucis excutiamus  
quod subiicis. Petrus, inquis, iubetur primus  
pascere, vnde id colligis? anteā omnes iussi sūt  
pascere, nempe cap. 20. Sicut misit me pater, i-  
ta & ego mitto vos, &c. Quōd si omnes hīc  
rursus iubentur pascere in Petro (vt vis) cur iu-  
betur primò Petrus? Ita igitur concludendum  
est,

est, Si omnes iubentur in Petro, ergo Petrus cum omnibus iubetur pascere: si vna cum Petro, cur igitur primò Petrus? Atenim, si iubetur primò pascere: ergo primò solus pascit, inquis. Hic explica quid intelligas his verbis: Primò pascere: si refers ad tempus, ut Petrus primus annuntiarit Euangeliū: quid hoc attinet ad tuum Pontificem? Si non ad tempus, sed ad dignitatē & principatū refers, petis principium: sic enim præclarè dissēris: Christus dedit principatum Petro his verbis, Pasche oues meas: quia Christus Petro his verbis principatum dedit. Cæterū vnde tādem colligis Petrum iussum esse primò pascere? quia singuliter iussus est, inquis. Ecce alium Paralogismum ex verbo (singulariter.) Si singulariter Petrum dicis esse iussum, hoc est, nominatim: tibi assentimur: sed nominatim aliquem compellare, &c, eidem principatum tribuere, duo sunt, eaque inter se valde diuersa: Si, singulariter, ita exponis, ut aliquid singulare & eximiū significet, neque cum aliis Apostolis communicatum, id verò pernegamus. Pugnat enim cum his verbis: Ite, docete omnes Gentes, &c. Pugnat etiam cum eo quod ipse dicis in Petro communiter Apostolos esse iussos. Non igitur committo Paralogismum τοῦ οὐαρυμιᾶς, ut ais (volebas dicere τοῦ επόλυον) sed ex verbis Christi, & ex eorum vera significatione sum argumentatus: tu verò addis istud, singulariter, de tuo: nec cum verbis Christi, nec

g g.i.

498 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
cum tuis ipse consentiens. Sed de hacre iam  
alibi multa diximus.

TVRRIANVS.

XVIII.  
pag. 319.

**D**icis in solidum idem commissum esse omni-  
bus Apostolis: ut & multi Propheta ad eos-  
dem Iudeos missi sunt: sed, accipiebantne Prophe-  
tae præfecturam & potestatem in populos? quemad-  
modum Apostoli acceperunt præfecturam, quando-  
quidem pascere, non tantum significat Docere, sed  
etiam præesse.

Ibid.  
pag. 320.

Obijcis, Eritis, inquit, mihi testes, &c. sed fieri te-  
stes, non est præesse. Præesse, est quoddam domina-  
ri: quare si commissum est omnibus Apostolis in so-  
lidum Præesse omnibus ouibus. Sequitur commissum  
esse eis, esse earum dominos in solidum. At Vlpia-  
nus & alij Iurisconsulti statuunt duos eiusdem rei  
in solidum dominos esse non posse: erat enim Eccle-  
sie subiectæ Apostolis, sicut mulieres subiectæ sunt  
viris suis.

S A D E L.

**P**rophetas habuisse præfecturam cur neges,  
non video: quandoquidem in rebus Eccle-  
siasticis munera sunt præfecturæ: Prophetas au-  
tem habuisse munus, idque præstantissimum in  
Ecclesia, tibi dubium non esse existimo. Quin-  
etiam quū Dominus Ieremiam ad munus Pro-  
phetici vocaret: Cōstitui te, inquit, super gētes  
& super regna, vt euellas & extirpes, ædifices &  
plantes &c. vbi verbum Hebræū, Præficere si-  
gnificat.

gnificat. Atq; vt ad Apostolos reuertamur, con-  
stat munus Apostolicū fuisse præfecturām spi-  
ritualem non in vno tātūm Petro, sed in omni-  
bus Apostolis: adeò vt 'Apostolatū ipsius Iudæ  
proditoris Scriptura præfecturam appellarit,  
teste Petro, qui locum hunc citauit ex Psalmo  
109: & Episcopatum eius accipiat alius: vbi ver-  
bum à Psalte usurpatum præfecturam signifi-  
cat, quam septuaginta interpres διοκονον δi-  
xerunt. Verūm, quid multis opus est? Tu ipse,  
Turriane, agnoscis Apostolos accepisse præfe-  
cturam: ex quo efficitur plures vnius eiusdem-  
que præfecturę socios ac participes esse posse.  
Itaque mirum est quām tecum ipse pugnes, qui  
modò præfecturam Apostolis tribuas, modò il-  
lis detrahas. Ais enim ex his Christi verbis: Eri  
tis mihi testes &c. non sequi Apostolos habuif-  
se præfecturam, atque ita prodis te loquendi  
illud genus non intelligere. Non enim h̄ic agi-  
tur de testibus in causis ciuilibus producendis:  
sed de ijs testibus qui sunt testes Christi, dum  
Euangelium annuntiant & Apostolico mune-  
refunguntur. Recipientis, inquit Christus, vir-  
tutem Spiritus sancti postquām superuenerit in  
vos, eritisque mihi testes & in Hierusalem, & in  
tota Iudæa Samariāque & usque ad ultimas ter-  
ras. Ecce quodnam h̄ic testimonij genus signi-  
ficetur, nempe quod necessariō munus Aposto-  
licum inferat. Verūm audiamus, quid præterea  
objicias. Si Apostoli in solidum præfunt omni-  
bus ouibus, sequeretur, inquis, commissum es-

*Act. 1.**Act. 1.*

se ut essent earum domini in solidum : cùm ta-  
men duo eiusdem rei in solidum domini esse  
non possint ex Vlpiani & aliorum Iuriscon-  
sultorum responsis. Quia verò, Turriane, non h̄c  
de humano terrenoque dominio disputamus,  
Vlpianum ac reliquos Iurisconsultos suis se fi-  
nibus tenere iubeamus, vel te potius in sacrum  
hoc Theologiae templum prophanos & exte-  
ros temere introducentem, vna cum tuis hisce  
testibus extrudamus. Quid porrò tibi vis ita  
concludens? sequeretur, inquis, plures esse o-  
uium dominos. Imò verò non id sequeretur.  
Non enim dixit Christus: *Pasce oves tuas*, sed  
*pasce oves meas*, inquit. Itaque spirituatis & Ec-  
clesiastica præfectura non infert dominium,  
sed ministerium, ita docente Petro ipso, planis  
expressisque verbis: Pascite, inquit, Dei gregē,  
non ut dominantes &c. Quare turpissimum est  
iactare te esse ex ouibus à Petro pascendis, & fa-  
luberrima illa diuini verbi pascua à Petro pro-  
posita non modò non gustare, sed ab illis quām  
longissimè resilire: quemadmodum facis. Sic  
igitur habeto. Cùm Apostolica præfectura fue-  
rit non dominium sed ministerium, tum erga  
Deum, tum erga ipsam Ecclesiam (sic enim Pau-  
lus: Non nos ipsos prædicamus, sed Christum  
Iesum Dominum, nos autem, seruos vestros  
propter Iesum. Et alibi: Siue Paulus inquit, si-  
ue Apollos, siue Cephas omnia vestra sunt) id-  
circo huius spiritualis officij ac ministerij plu-  
res socios esse potuisse. Ceterū (ut obiter  
hanc

1. Pier. 5.

2. Cor. 4.

1. Cor. 3.

hanc operam nauem Vlpiano & Iurisconsultis) perperam ita generaliter loqueris: duos in solidum non posse eiusdē rei esse dominos, nec ita veteres Iurisconsulti intellexerunt: semper enim excipiendum est ius individualium, ut patet in seruitutibus itineris, viæ, & id genus, quarū multi in solidum domini esse possunt. Sed ha-  
genus de tuis Iurisconsultis. Addis postremo Ecclesiæ fuisse subiectas Apostolis, sicut mulieres subiectæ sunt viris suis: nimirum longè aliter exponens ius Apostolatus, quām illi unquam intellexerint. Nec enim Paulus se sponsum Ecclesiæ profitebatur, quum ita Corinthijs loqueretur: Præparaui vos, quos vni viro ut vir gem puram sīstam, nempe Christo. Et alio in loco, Christus se sponsum, & Apostolos, thalami filios vocauit. Et Ioannes: Qui habet spon-  
sam, inquit, sponsus est: perperam igitur quod Christi proprium est Apostolis tribuis. Quorū sum autem tua isthac battalogia? nōnne percipi te tuo ipso argumento refutari? Nam si Ec-  
clesiæ subiectæ erant Apostolis, sicut mulieres viris suis, certè Petrus in aliorum Ecclesiæ ni-  
hil planè iuris habuisset. Quid enim, Turriane?  
Siccine vos qui diuina omnia humanaque iura  
peruertitis, id vestro Pontifici tribuitis, vt in  
aliorum vxores aliquid iuris habeat? Ecce igitur à te ipso & hac tua similitudine, tua ipsius  
euerfa sententia: adeò ut verissimè Chrysosto-  
mus mendacium sui ipsius pœnam esse, dixerit.

2.Cor. II.  
Matth. 9.

Ioan. 3.

In Plat. 328.

gg. iiiij.

## TURRIANVS.

XIX.  
pag. 321. 322.

**O**bijcis hac Cypr. verba, cuius à singulis in solidum pars tenetur: hac de re egit Ruffus aduersus Molinaum. Ego verò quia cum Dialectico dispuco subtilius hoc premam & φιλοσοφώτερον: Si is qui partem Episcopatus, qui unus est, tenet, ipsum unum Episcopatum in solidum tenet: igitur totum non distinguitur à parte: nam que sunt uni & eidem simpliciter eadem, ipsa sibi vicissim sunt eadē: ex quo rursus fieret, ut Episcopatus qui unus est, non haberet partes diuersas quas singuli Episcopi tenerent. Itaque Cyprianus nomine Episcopatus Ecclesiam intellexit. Quum autem ait in solidum pars tenetur: hoc est ipse solus qui tenet in solidum redditurus est rationem sue partis.

pag. 322. &  
323.

*Vt multe orationes una sunt omnes & episcopatus: sic omnes Episcopatus cum in unum coherent, sunt unus Episcopatus indivisus, qui ex suis partibus compositus est. Totum autem re quidem non differt à partibus suis, sicut nec syllaba à literis ut ait Arist. lib. 7. Metaphy. Differt tamen ratione, alia enim est forma Ba, & alia B. A. sic alia est forma unius Ecclesiae Catholicae, & alia singularū, ex quibus tāquam ex materia, unus Episcopatus, sine una Ecclesia Catholica componitur.*

## SADEEL.

**S**vprà in superiori disputatione sect. 63. 10. cum Cypriani exposuimus, non nostris, sed ipsius Cypriani verbis: ex quibus fuit perspicuum Cyprianū nomine Episcopatus, non Ecclesiam

clesiam intellexisse, ut tu opinionis errore fin-  
gis; sed omnium Episcoporum in omnium mi-  
nisterio arctissimam coniunctionem. Verum  
quia tibi res est, inquis, cum Dialectico, idcir-  
co rem ipsam vis tractare subtilius quam Ruf-  
fus Doctor Lutetianus fecerit: ac proinde ex  
recondita quadam Dialecticæ penu hanc con-  
clusionem promis. Si qui partem Episcopatus,  
qui unus est, tenet, ipsum unum Episcopatum  
in solidum tenet: igitur totum non distingui-  
tur à parte, ex quo vis effici, vt si Episcopatus  
unus est totus, non habeat partes, quas singuli  
Episcopi teneant. Hæc cine est tua illa subtili-  
tas? ego verò te crassum h̄ic reperio, qui rebus  
crassis ac terrenis adhærescens, existimes in mi-  
nisterio Ecclesiastico idem quod in ligno, aut  
lapide esse statuendum. Quæ si diuidantur, eo-  
rum partes diuisas disiunctasque esse oporteat,  
vtinam verò subtilius rem ipsam considerares  
& melius. Nec enim res materiaæ quæ possunt  
diuidi, confundendæ sunt cum ijs quarum ea  
est natura, vt diuidi non possint: est enim ali-  
quod totum ὅλως ὅλον, quod à multis in solidū  
participatur, ad cuius cognitionem video tuam  
illam subtilitatem nondum peruenisse. Exem-  
plum sit tibi anima ipsa, quæ quia est indiuisibi-  
lis, idcirco à toto corpore, & à singulis corporis  
partibus in solidum participatur. Atque vt de  
Episcopatu agamus, meministi, vt arbitror (ni-  
si forte memoriam cum ratione amiseris) te  
mihi suprà in hac disputatione sc̄t. I. Basiliū

504 AD REPET. TVRR. SOPHIS.  
proposuisse affirmantem omnes Pastores ha-  
bere æqualem potestatem ligandi & solvendi.  
Ex quo efficitur ius illud ab omnibus & à sin-  
gulis Pastoribus in solidum teneri. Converte  
nunc, si libet, tuum illud φιλοσοφώτερον (quo te  
plane ἀφιλοσοφόν esse prodis) vel in Cyprianū,  
vel in Basilium, vel potius in teipsum, qui ea  
retractes, quæ ante proposueras. Quòd si di-  
stingueres inter dicēcesin ipsam Episcopi, &  
Episcopatum, hoc est, munus Episcopi, facile  
videres non repugnare, Episcopos fuisse varie  
distributos pro ratione Dicēceseon: & tamen  
singulos eiusdem muneris Ecclesiastici (quod  
ad rationem eius attinet) fuisse in solidum par-  
ticipes, alioquin essent tantum ex parte Epi-  
scopi. Quamobrem cùm tua subtilitas tam citò  
in neruum eruperit, nihil video causæ cur adeo  
fidenter in huius argumenti tractatione te Ruf-  
fo Lutetiano doctori, hoc est, Hispanum Gal-  
lo præposueris. Sed audiamus quomodo In so-  
lidum exponas apud Cyprianum: hoc est, in-  
quis, ipse solus qui tenet, scilicet suam Dicē-  
sin redditurus est in solidum rationem sue  
partis. Ergo, Francisce, idem tibi est, *solutus*, &  
*in solidum*: quo nihil dici potuit non subtilius,  
ut loqueris, sed futilius & ineptius. Quid sit e-  
nim in solidum, vel à tuis Iurisconsultis disce-  
re poteras, quos tum interpellasti, quum nihil  
opus erat: nunc verò tibi poterant succurrere:  
nimirum quum tradunt eiusdem rei plures pos-  
se esse in solidum debitores, & fidei fuisse: ná  
illud

illud vocabulum nō personam spectat, sed rem ipsam, adeò ut qui ita exponit, in solidum, hoc est, solus: ille in sc̄itiam ipsam, nō solus, sed cum multis alijs in solidum possidere videatur. Apergitur oculos, Turriane, & lege apud Cypriānum, Episcopatum esse vnum & indiuīsum: sic enim ille: Vt Episcopatum, inquit, vnum atque indiuīsum probemus. Et alibi: Episcopatus vñus Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus. Hæc Cyprianus, suam sententiam explicans, quam tu implicare voluisti. Nā si singuli Episcopi separatim tenent partem Episcopatus in solidum, vt exponis, hoc est totam & soli: falsum est igitur Episcopatum esse indiuīsum, quod tamen verum es ē Cyprianus affirmauit. Sed iam profers Aristotelem, vt cum Cypriano opponas: & nobis scilicet rem exponis alphabetica demonstratione. Quod quia Aristoteli licuit argumento suo servienti, vis idem tibi licere. Sed certè tu faltem debebas proferre non *Ba*, syllabam, sed, *P<sup>a</sup>*, quæ repetita tantopere tibi placet. Quid igitur facit tuum illud *Ba*? nimirum Philosophus ita oculis subiiciebat rerum, quæ materia constant, compositionem. At nos h̄c agimus de re, quæ planè est materiæ expers. Quò sit, Turriane, vt non ineptè ad ipsum Alphabetum redieris, qui tantam imperitiam (nisi potius sit malitia) nobis identidem ostendas. Verum enim uero ex tua hac literarum compositione, & ex argumento quod inde petis, collig-

*De rnit.ecl.**Ad Antonia.lib.q.sp.z.*

506 AD REPET. TV RR. SOPHIS.  
go, te ad extremū pœnitentia ductum, superio-  
ra tua retexere & illis omnibus renuntiare, que  
in prima disputatione proposueras de Catho-  
lica Ecclesia, quam dicebas esse visibilem, licer  
non sit in eodem loco, sed in multis locis ac  
plane dissitis: hoc, inquam, nunc isto tuo  
argumento Alphabetico retractas. Nam si  
forma Ecclesiæ Catholicæ est ut forma hu-  
ius syllabæ, Ba, non autem ut B & A: qua-  
tenus separantur, consequitur tum demum Ca-  
tholicam Ecclesiam forma visibili constare,  
quando omnes eius partes simul & vñā con-  
gregantur in uno loco: nec sunt amplius lo-  
corum interuallo separatæ. Atque hanc tuam  
retractionem tibi, Turriane, gratulamur.

### T V R R I A N V S.

XX.  
pag. 326. &  
seq.

**O**bijcis Episcopos Romanos pedo in regium sce-  
ptrum conuerso, seipso pasceret, non oves Chri-  
sti: hoc finxisti odio Pontificis, sed non propterea se-  
queretur non esse Pastores, quia Dominus per E-  
zechielem cap. 34. vocat malos Pastores, Pastores:  
nec enim essent mali Pastores, nisi Pastores essent,  
non magis quam Coriscus esset musicus, nisi esset Co-  
riscus. Ergo tandem oves sumus, quandiu illi Pastores.  
Vide Cyprianum pro Pontifice Romano, Puppi-  
no respondentem. lib. 4. ep. 9.

pag. 330.

Itaque cum omnes Antonianas cauillationes  
redarguerim & repugnantie ac captionis & falla-  
cie plenas demonstrauerim: denique cum nihil aliud  
Antonio

*Antonio relictum sit, nisi negare tantum veritatem: Scripturas suo sensu interpretari: superest ut secundum Tertulliani præscriptiones non sit cum eo amplius disputandum, sed vitandum ab omnibus Catholicis.*

## SADEEL.

**T**andem probas tuum Pontificem esse Pastorē, eō quod mali Pastores sunt nihilo minus Pastores, ex 34 cap. Ezech. & ex Corisco musico, cuius saepe meminit Aristoteles. Egō (ut istum musicum tacere iubeam, quē perperam citas, confundens Relatum cum Substantia: Pastor enim non est Substantia, ut Cōfiscus) ad locum Ezechielis respondeo: illic agi de Pastoribus legitimè quidem vocatis, sed non rectē suo officio fungentibus. At nos in tuo Pontifice hoc imprimis reprehendimus, quod nullam habeat legitimam vocationem: & eō spectauit tota hæc nostra disputatio. Nā quod ad mores attinet, & ad oves non pastas, sed mactatas: ad debiles non cōfirmatas: ad errantes non reductas: ad perditas non quæfitas: & reliqua quæ Ezechiel ibi commemorat, aliam disputationem desiderant: aut non desiderant potius. Nā de ijs quæ sunt ante oculos posita, & quæ ab omnibus videntur, audiuntur, cognoscuntur, non est disputandum. Et quia Cyprianum obiicis: scito nihil h̄ic tibi esse cum Cypriano commune. Tu enim Pontificem tue-

508 AD REPET. TYRR. SOPHES.  
ris:at ille Cornelium non Pontificem Romānum, sed Episcopum: non vocatione carentem, sed tunc legitimē vocatum: non otio luxūque diffluentem, sed Euangeliū annuntiantē (quod tandem suo sanguine obsignauit) non immertiō defendebat.

*Ajaxegau  
natus*  
*Quæ cùm ita sint, facilè cuius perspicuum esse potest in his Christi verbis ad Petrum, Pa-  
see ones meas, nihil esse quo Petri in reliquos Apostolos, & Pontificis Romani in omnes Ec-  
clesias, principatus confirmari queat. Atque hæc de hisce tribus Scripturæ locis, quorum verum sensum aduersus Turriani corruptoris falsas interpretationes & eius sophismata de-  
fendimus hac nostra Responsione: ex qua patuit siue naturam Ecclesiæ Catholicæ, siue perso-  
nam & ministerium Petri spectemus, Eccle-  
siam Catholicam non habere caput visible in  
terrī, nec Romano Pontifici esse subiectam:  
quippe quæ Christum vnum caput, vnum fun-  
damētum, vnum Pastorem, Pastorum omnium  
principem agnoscat.*

Itaque cùm Turrianicos errores ex verbo Dei refutauerimus, eiūsque sophismata & falla-  
cias Philosophiæ nomen ementitas ex ipsis ve-  
ræ Philosophiæ præceptis redarguerimus, su-  
pereft ut nō amplius aduersus veritatem dispu-  
tet Turrianus, sed illam ipsam veritatem quam  
insectatus est, amplectatur: alioqui summo Dei  
iudicio suæ peruvicaciæ & obstinationis pœnas  
grauiſſimas aliquādo datus. Quia vero nobis  
obiecit,

obiecit, in hanc disputationem cum Doctore Freyhubio institutam temerè nos tanquam in alienam possessionem irruisse, & nos conari alienam potius refellere, quam nostram affere-re sententiam: idcirco quæ de hac quæ-stione iampridem scripserimus,  
antequam Turriani scripta  
ad nos peruenissent, de-  
scribenda, & ad finē  
subijcienda cu-  
rauimus.

\* \*

## LAVS DEO.

---

Errata quæ inter excudendum exciderunt, sic corrigito.  
Numerus prior paginam, posterior lineam denotat.

Pag. 5. linea 25. lege tantum abest ut. 7. 5. docenda, discenda ac  
definitenda esse. 14. 6. post veteres adde usurpatum pro, &c. 16. 14.  
Cardinales presbyteros. ibid. 30. Euāgelistas. 18. 1. formā licet ordi-  
nariam alligata, sequitur, neque hanc esse ad exteriorem formam  
quantumvis, &c. 21. 5. Ecclesia caput aliquod. 23. 19. revocare.  
34. 16. Totum discretæ quantitatis. 39. 19. mirum. 43. 6. duas tan-  
gues punctum. ibi. 22. operationis. 55. 29. dole, quod. 61. 9. post ordinationem  
adde punctum. 143. 24. risibilem. 167. 17. hac in re. 205. 3. super-  
iori. 209. 5. cecidit. 217. 20. tue distinctionis. 220. 22. Christus il-  
la. 228. 12. cōsequuntur. 229. 10. Cornelius, &c. audierit. 238. 8.  
Augustinum quidem tum 249. 23. & est virtus. 386. 3. cecidisse  
404. 1. hoc 408. 17. incepit.





# DE LEGITIMA Vocatione PASTORVM ECCLESIAE REFORMATAE.

*Aduersus eos, qui in hoc tantum capite se ab Ecclesia Reformata dissentire profitentur. Ex libro de Disciplina Ecclesiastica, authore A. Sadeele.*



VANDO QVIDEM sunt hodie De iis Di nōnulli, qui præcipuam partem sciplinæ Disciplinæ Ecclesiastice euerte- aduersa- re conantur, reiectis iis, quibus riū, qui ex officio incumbit ipsius Di- Pastorum sciplinæ administratio, aduersus eos nunc nostrorum veritas ab illis disputandum est. Hoc quidem ipsa rei nem im- Dei verbo fundatam esse eam Doctrinam, quā probant. Ecclesiæ nostræ amplexæ sunt: sed affirmant Ministros esse apud nos legitima vocatione Aduersa- destitutos, cum non habeant perpetuam ac vi- riorum ra- bilem ab Apostolis ad hæc usque tempora suc- tio: quod nostri Pa cessionem: cùmque solis Pontificiis attribuunt, stres non ac propterea nobis illos in hac quidem quæ- habent cotionam stione solent anteferre. Hæc est igitur ratio, qua nituntur ij qui Pa- storum nostrorum vocationem in dubium re- uocant, cui cum fuerit à nostris Doctoribus copiose responsum (hoc enim caput, ut plera- A j.

<sup>a</sup> Aduersa que alia, inter nos & Pontificios controuer-  
*ij probat* sum est ) non necessarium esse putauimus huic  
 Reforma illa omnia adducere, que tot scriptis, iisque do-  
 ctarum Eccl<sup>ae</sup>lesiārū cōfessis fusē sunt ab aliis p̄etractata: sed alii  
 doctrinā, quid tantum dicere, quod ad hoc nostrum in-  
 hoc uno l̄titutum accommodatum esse videatur.

<sup>b</sup> Capite excep<sup>tio</sup>, in quo sepe p̄tificij nostris Ecclesiis traditæ consentiunt, hoc vno  
 adiungunt. excepto quod nobis Ministros eripere conan-  
 b Frustra tur: mihi venit in mentē veteris illius Apologi,  
 doctrinā probant, q̄ dictū quo Demosthenes Alexandrū aliquādo  
 Ministri refutavit: nempe perperām fœdus iniri cum  
 rū voca- grege hac conditione, si gregis custodes fue-  
 zionem improbāt.  
 c Pura do- rint sublati: Ita mihi videntur & frustrā Doctrinā approbare, qui tollunt illius docendæ ac  
 Etrinapre dicatio à Pontificiis eius Doctrinæ prædicationem, quā  
 P̄tificiū illi ore, scriptis, gladio, flammis, omni denique  
 non expe cruciatuum genere insēcantur.

<sup>d</sup> Responsum ergo negamus hoc posse nostris Pa-  
 matarum storibus recte obiici, quod legitimè vocati nō  
 Ecclesiārū sint: quandoquidem illi quotidie vocantur &  
 Pastores legitimè eliguntur via ordinaria, & eo modo qui verbo  
 Dei præscriptus est: atque ab iis cōtribus recipi-  
 vocati.

<sup>e</sup> Ratio 1. piuntur, quos manifestis signis & argumentis  
 Quia constat esse veras Ecclesiās: habet enim veram  
 vocantur fideli doctrinam, habent puram sacramentorū  
 eo modo

qui verbo Dei prescriptus est. <sup>f</sup> Ratio 2. Quia eliguntur, recipiuntur &  
 aporobantur a veris Dei Ecclesiis que eligendorū Pastorum ius habent.

<sup>g</sup> Reformatæ Ecclesiæ sunt vere Dei Ecclesiæ.

admi-

administrationem, habent rectam syncerām-  
que Diuini nominis Inuocationem, obseruant  
religiosē disciplinam à Christo & Apostolis <sup>Signa &</sup>  
institutam: denique & charitatis officiis, & in-<sup>not.e vere</sup>  
uicta Martyrum constantia, & totius vitæ re-<sup>Ecclesi.e,</sup>

formatione testantur sese à summa Dei mis-  
ericordia, in numerum fidelium esse cooptatos,  
tanquam membra Ecclesiæ vniuersæ: testātur,  
inquam, se esse ex Christi ouibus eum, reiectis  
humanis traditionibus, vnam Christi veri pa-  
storis vocem audire velint. Cùm ergo tot tan- <sup>Ioh.10.</sup>

tisque argumentis constet Reformatas Eccle-  
siæ (esse veras Dei Ecclesiæ quod etiā agnoscūt  
ij qui hac in parte nobiscū dissentiūt) cūq. Eccle-  
sia ius habeat eligēdi pastores (quod nemo igno-  
rat, nisi simul ignoret quid sit Ecclesia) quid tādē  
causæ erit, cur eos pastores repudiem⁹, quos ve-  
ræ Dei Ecclesiæ, iuxta ipsius verbū, & elegerunt,  
& approbarunt? Si enim Ecclesiæ Dei sunt, quæ  
illos elegerunt, & pro veris Pastoribus agno-  
uerunt: Si ipsi ex præscriptis Euangelicis sunt  
electi, si fideliter officio suo funguntur (quod  
ne Aduersarij quidem negauerint): iam cuius Obieclio.  
facile perspicuum esse potest, nulla ratione pa- <sup>Primos</sup>  
stores nostros ab iis reiici, qui alioquin Do- <sup>Ecclesiæ</sup>  
ctrinæ se nostræ subscriptissime profitentur. <sup>rum p. atto</sup>  
Atenim, inquiunt, non habent continuam res voca-  
successionem, non ergo sunt legitimè instituti. <sup>tos à Ro-</sup>  
Nam qui hac nostra ætate primi Reformatæ Ec- <sup>m. a. Ec</sup>  
clesiæ Doctores extiterunt, non fuerunt voca- <sup>clesiæ non</sup>  
ti ab Romana Ecclesia, sed potius ab ea reiecti, fuisse.

A.ij.

& nullo non anathematum, & fulminū gene-  
re percussi. Ex quo efficitur, ut quotquot po-  
stea ab iis fluxerunt, non habeant legitimam  
vocationem.

*Respoſio.* Primūm, mihi licet, si velim, iſtam obiectionem repellere hac exceptione, quod omnino indigna sit, quae proponatur ab iis, qui nobiscum in Doctrina consentiunt. Hoc certè obiciant Pontificij, quibus nobiscum est non de una re, aut altera, neque de terminis: sed promedium de tota possessione cōtentio: quem verò Dominus ex Pontificiis tenebris, in Evangelij lucem traduxit, eum hac obiectione vti, perquām indignum est. Cedò enim, nonne nobiscum agnoscis Ecclesiæ Romanæ corruptiōrem? agnosco, inquis: rursus quæro, an non illic inter cætera, adeoque in primis, Ministeriū quoque Ecclesiasticum corruptū est? Hic nolo mihi respōdeas, satis enim res ipsa loquitur, & nemo est vel ex ipsis Pontificiis, quem non cogat rei manifestissima veritas id confiteri. Cur ergo nos reuocas ad Romanam vocatiōnem? Tu, inquam, qui puram Dei cognitionē iactas, ausus es hoc ex ore tuo (ut vetus illud Ennianum usurpem) nobis obiicere, quod puram Ecclesiastici Ministerij reformationem non ex fece Pontifícia hauriamus. Immò verò hinc collige restitutum esse inter nos legitimū usum Ministerij, quod à Pontificiis corruptelis sit vindicatum. Fateris Ecclesiam esse apud nos summo Dei beneficio instauratam: Atqui Mi-

*Hæc obiectione non conuenit ijs, qui se nobis in Doctrina consentire profiteantur.*

*Ministerium, ut et cetera, corruptum est in Papa-*

histerium non est minima pars ordinis Ecclesiastici , ne dicam esse præcipuam : Tibi igitur necessariò fatendum est , Ministerium quoque instauratum esse. Immò nō potuit Ecclesia restitui, nisi restituto Ministerio, ( de forma Ecclesiae visibilis loquor ) quia non alia ratione, quam prædicatione Euangeli , vel instaurari Ecclesia, vel instaurata potest conseruari. Quid enim Deus ne renascentem Ecclesiam, tanquam fœtum in lucem eduxerit , neque simul excitatuerit qui nutricis instar ( vt cū Apostolo loquamur) vbera Diuini verbi admouerent & Ecclesiam alearent, souerēt, educarent pura Euangelij prædicatione ? ergo in quamcunque partem te disputando conuerteris, eò tamē semper redigēris , vt, vel Deum instaurasse hoc tempore Ecclesiam, id est, meridie luce, tibi negādum sit : vel fatendum , legitimū simul Ministerij ordinem esse restitutum. Verūm ne nodum secare potius, quam soluere videamur , iam prius inspiciamus vim istius obiectiōnis.

Qui præcisè ac simpliciter pronuntiant , ad legitimam vocationem Ministerij necessariam esse continuam , nec ullo modo interruptam successionem , illi sanè arripere mihi videntur, quasi suo iure , id quod nec verū, nec probabile est, siquidem rēm ipsam diligentius considerēt. Quid enim si rōgemus ex quo tandem scripturæ loco hanc adeo generalem propositiōnem de promulgatione? In illa accuratissima descriptione, quam fecit Apostolus cū de Epis-

Ecclesia  
dici nō po  
test restitu  
ta, nisi re  
stituto e  
tiam Mi  
sterio.

1. Thes. 2.  
1. Cor. 3.  
1. Pet. 2.

Refuta  
tur ad  
uers. sente  
tia, conti  
nuam sic  
cessionem  
ad legitimi  
mam vo  
cationem  
Ministerij  
esse neces  
sariam.

Ratio. I.  
Nullo  
scripture  
testimoni  
probari  
potest.  
1. Tim. 3.  
Tit. 1.

coporum munere differeret, num ullum est verbum de ista continua successione? Cur ergo patiemur aduersarios non tantum addere verbis Apostoli, sed addere aliquid, sine quo munus & vocationem Episcopi negent illa posse ratione consistere?

*Ratio. 2.* Deinde (quod maximè rem causamque continet) qui legitimam Ministerij vocationem alligant ordinarię, continuę ac visibili successioni, illi etiam simul alligant Ecclesiam temporibus, locis ac personis: quod quam falsum sit, facilè norunt iij, qui naturam & conditionem Ecclesię perspectam habent. Qui enim vel mediocriter in sacris literis sunt versati non ignorant, post Christum Dominum & seruatorem nostrum in carne exhibitum, Ecclesiam quæ antea in Abrahami familia conclusa, & quibusdam quasi parietibus contenta, comprehensam que fuerat, iam in uniuersum orbem longè latéque fuisse diffusam. Ergo Ecclesia nec certæ genti astricta est, nec ab ullis personis pendet, nec in ullo terrarum loco certam aliquā, & visibilem sedem habet fixam, atque perpetuam.

*Euseb. O-* Atque utinam non tot exempla nobis suppeterent quibus id verum esse iampridem ipsa recet Ecclesiæ experientia nimis comprobauit: cum Gr̄eciam nec ciæ totiusque Orientis Ecclesiæ, quæ ab ipsis Aliocis, nec postolis plantatae & irrigatae diu floruerant, tamen temporibus, dē à Mahometicis blasphemias afflictæ & opere personis alligari. pressæ propemodū exaruerūt. Ergo nunc quærant Aduersarij continuam successionem Ecclesiæ,

la, & eius formam externam atque visibilem quæ defixa alicubi, immotâq. permaneat. Quin potius adoremus sūmū & imperuestigabile Dei consilium, qui Ecclesiam tot, tantisque mutationibus expositam esse voluit. Lōgē sanè melius Chrysostomus qui \* Ecclesiæ, quæ in terris late excrescit atque propagatur, radicem non in terris, sed in cœlo quærendam esse, non minus verè, quam eleganter affirmauit.

Hic profecto non disputandum, sed dolendum totoque pectore ingemiscendum est, cum tot euersas Ecclesias in memoriam reuocamus, quæ aliquando summis ac præstantissimis Dei donis fuerat exornatæ. Si enim Ieremias vnius urbis Hierosolymæ, cineres & rudera plurimis sanctissimisque lachrymis fuit prosecutus: Quā tò nos magis dolere equū est, quod nō vnius vrbis, non vnius Prouinciæ, nō vnius regni atque imperij, sed totius propemodū Asiæ, totius Africæ & magnæ partis Europæ Ecclesiæ ab horreblis blasphemis, errorib⁹, idololatriis, tāquā Assyriis ac Babyloniiis irrūptibus, expugnatæ, excisiæ, & quodāmodo in puluerē redactæ sint? Itaq. Ecclesia ex totius propè orbis possessione depulsa, in paruo prædiolo relictæ est. Quid dico relicta? Immò verò ne illio quidē ab hostib⁹ relinquitur, Sed perpetuis afflictionibus iactata, nunc dolis & artibus circumuenta, nūc crudelitate ac furore hominum lacerata, cum præcibus & patientia, Redemptorem suum de cœlo venturum expectat.

*In verba**Esa. ho-**mil. 4.**\* Ecclesiæ**in terris**propaga-**te radix,**non in ter-**ris, sed in**cœlo est.**b Dolendū**et potius**de Eccle-**sie statu,**quam de**de eo di-**sputandū.**In Thre.*

Sed, ne ab instituto nostro lōgiūs recedat oratio, ex hac tanta rerum vicissitudine, ex tot, iisque tristissimis exemplis colligimus, Ecclesiam non posse ullis, vel locorum, vel temporum, vel personarum circumstantiis alligari.

*t. Reg. 19.* Atque ut ab rerum præsentium statu, ad præteritarum memoriam sermonem traducamus, vbi, cedò, erat visibilis externaque forma Ecclesiæ Israëlis, quum Eliç conquerenti se solum illic relictum esse, qui Deum coleret, respondit Dominus, septem millia hominū adhuc superesse, qui non flexerant genua coram Baal? In quibus veritatem fuisse testatur Ambrosius. Deinde cum Christus in mundum venit, ut Mediatoris officio fungeretur, quænam erat Ecclesiæ facies? Eratne ex visibili Sacerdotum successione metienda? Postremò cū Christus veniet viuos & mortuos iudicaturus, quæna extera facies Ecclesiæ futura est? quandoquidem ille ipse prædictus se tūc vix reperturum fidem in terra: quiemadmodum. etiam nouissimum ille dies cum diebus Noë & Loth cōparatur. Ex quibus omnibus perspicuum est, cum visibilis & externus Ecclesiæ status tot mutationibus subiectus sit, eos perperam facere, qui Ecclesiam alligant continuæ ac perpetuæ Episcoporum successioni.

*Ratio. 3.* Quinetiam illi ipsi Pontificij, quorū se partibus Aduersarij in hac quidē quæstione adiungunt, fatentur apud Arrianos Ecclesiam non fuisse, quos tamē habuisse visibilem Episcoporum

*Ig. Pſ. 4.  
118.  
ser. 12.*

*Luc. 18.*

*Mat. 24.  
Luc. 17.*

tum successionem dubium non est. Quid, quod non dubitant reiicere Græcorum Ecclesiast? Postquam enim Ecclesiæ Catholice nomen in eorum scholis saepius intonuit, tum illi statim subiiciunt, hanc Ecclesiâ Catholicam esse Romanam ac Latinam, nempe ut, his notis appositis, Græcos excludant: atque ita boni illi viri, quasi Penelopes telam retexentes, tollunt uno verbo ea omnia, quæ antè asseruerant. Quid enim inconstantius & ineptius dici potest, Ecclesiam esse Catholicam, id est, vniuersalem, ea lege ac cōditione, ut unius ciuitatis mōenibus, ceu vinculis, illigata cōcludatur? Sed alius fortasse dabitur de hac re fusiū disputandi locus: Nunc hoc demum quero, cum tanti sit apud illos continua Episcoporum series atque successio, quam in Græcarum Ecclesiarum reliquiis ab ipsis Apostolorum temporibus hactenus perdurasse manifestū est, cur igitur Græcos adeò fastidiosè reiiciunt, nec augustum ilud & magnificum Ecclesiæ Catholicę nomen ad illos usque extendi posse patiuntur? Si enim Episcoporū perpetua successio nota est certissima Ecclesiæ, reuocent igitur Græcos, apud quos illā esse nemini dubium est. Sin minus, certè importuni sunt, qui illam à nobis tam præcise soleat flagitare, ac præsertim cum, Dei beneficio, in nostris Ecclesiis multas ac certissimas Ecclesiæ notas (ut iam antè dixi) videri possint, nisi mallent oculos ad hanc lucem clausum clausos habere.

Cum igitur constet, & Ecclesiam sine visibili ac personali successione, & rursus personalem successionem sine Ecclesia aliquando extitisse, affirmamus Aduersarios qui in nobis tā praeceps ac necessariō personalem illam successionem requirunt, esse iniquissimos.

*Obiect. 1.* Qui verò à nobis dissentiūt, his potissimum rationibus nituntur, quod ab initio mundi semper extiterit, & usque ad nouissimum diem semper in terris futura sit Ecclesia. Quem locum amplificant adductis Dei promissionibus de perpetua Ecclesiæ conseruatione, cuiusmodi sunt istæ: Christum suis affuturum usque ad consummationem seculi, eoque à Spiritu Dei semper esse dirigendos: Portas inferorum non superaturas Ecclesiam: fore ut portæ Hierosolymæ semper pateant, & siquæ sunt similes promissiones ad sempiternam Ecclesiæ gloriam pertinentes.

*Respsio.* Respondemus cùm Augustino eiusmodi promissiones de perpetuo Ecclesiæ statu propriè ad Ecclesiam Electorum pertinere. Quantum verò attinet ad singulas visibilésque Ecclesiæ, affirmamus (post eundem Augustinum, improbos cum palea, & fideles cum tritico, parantem) semper paleam mixtam esse tritico. Quod si aliquando contigerit, ut nihil propter modum quam palea nostris oculis appareat, veram tamen Ecclesiæ, non in palea, sed in granis delitescere. Non igitur negamus quin semper futura sit Ecclesia, sed eodem modo istudem que

*Mat. 28.*

*Ioan. 16.*

*Matt. 16.*

*Esa. 60.*

*De cinit.*

*D.l. 20.*

*68.*

*Ephe. 48.*

que externis ornamentis semper relucentem,  
 atque omnibus cōspicuam fore Ecclesiam, eū-  
 demque eius semper, vel fuisse, vel futurum esse  
 statum pēnegas mus. Nec verō idcirco Ecclesia  
 non est; quia maxima hominum pars eam non  
 videt: neque spiritualibus caret ornamentis, cō-  
 quod sit aliquando extetiōre forma destituta.  
 Atque ut de promissionibus Dei agamus, quo-  
 ties Dominus promisit se Abrahami, & ipsius  
 seminis Deum fore, se in mediis Israēlitis ha-  
 bitaturū: se fore perpetuum Israēliticæ Eccle-  
 sia custodem? Quant i porrò sunt illa quæ to- *Ps. 132.*  
 ties occurunt, Sionem esse Dei sedem & re- *Ps. 68.*  
 quiem sempiternam? nomen Dei in templo *1. Reg. 9.*  
 Hierosolymitano semper extiturum: oculos  
 Dei semper illic futuros? Quid multa? Innume-  
 rables sunt loci, in quibus Dominus testatur  
 Israēlitis se illorum esse Deum, & se illis perpe-  
 tuò affuturum. Ecquis tamen igitur inde con-  
 cludat semper eundem Ecclesiæ Israēliticæ vi-  
 sibilem statum fuisse? imò sēpè accidit, vt nulla  
 inter Israēlitas extaret veræ Ecclesiæ facies:  
 Quod quia paulò post fusiū explicaturi sum<sup>o</sup>,  
 contenti erimus uno exemplo. Nam tempore *2. Chr. 18.*  
*Reg. 16.*  
 Regis Achaz pollūtum ac clausum fuit templū  
 Dei, & idola passim publicè constituta. Ipse de-  
 nique Sacerdos Vrias sanctum Dei cultum in a-  
 lienos planè & impios ritus commutauit. Ibi  
 nulla publica Ecclesiæ facies: nulla veræ Eccle-  
 siæ ornamēta. Sed nūm propterea in Iudea ex-  
 tintam fuisse Ecclesiā dicemus? Negat Esaias, *Esa. 8.*

qui miserrimis illis temporibus à Domino ex-  
citatus Electorum fidem preclaris cohortatio-  
nibus fulciebat: testatur enim se discipulos ha-  
buisse, inter quos legem Domini obsignauit.  
*Esa. I.* Atque ut eundem Esaiam inculcemus: Cum  
summa vocis cōtentione exclamaret Hierofo-  
lymam è fideli in meretricem degenerasse, num  
erat contumeliosus in Ecclesiam illic expresso  
Dei verbo constitutam? Minime verò, sed fal-  
sam à vera Ecclesia distinguebat, cum diceret  
semen piorum nihilominus superesse. Hæc o-  
mnia (inquit) ad vetus testamentum pertine-  
bant: quasi verò Deus non quæ fuerit verax in  
veteri testamento, atqué in nouo: aut utrobi-  
que nō sit eadem promissionum substātia: quod  
fit, ut veteres illas promissiones identidem A-

*In 1. cap. dēt. Meliūs* igitur Basilius, qui ex illo Esaiæ lo-  
co ita concludit: Multa admittit & versicoloria  
semina verbi Ecclesia, ab istis subinducta,  
qui puritatem sacramentorum contaminant,  
& dogmata impietatis disseminant ad extremā  
animatorum perniciem: de tali Ecclesia meritò  
dici hoc potest. Quomodo facta est meritrix ci-  
uitas fidelis Sion? Hæc Basilius de visibili Eccle-  
sia differebat, cuius corruptio nō impedit quo-  
minus Deus suam Electorum Ecclesiam con-  
seruet. Itaque ut ad promissiones Israëlitis fa-  
ctas redeamus. Quærit Paulus, Num Deus po-  
pulum illum suum penitus reiecerit, cuius fuit  
& II. adoptio, gloria, fœdera, legis constitutio, cul-  
tus

tus & promissiones: cum fieri non possit ut ex-  
ciderit sermo Dei: Respōdet Deum non abie-  
cisse populū suum, quem præcognouit: & pro-  
posito hoc diuino ad Eliam responso (Reliqua  
feci mihi septem millia virorum, qui non flexe-  
runt genu idolo Baal) Sic, inquit, & hoc tempo-  
re, referuatio secundum electionem gratuitam  
facta est. Ex quibus efficitur, licet vniuersa pro-  
pemodum Ecclesia aliquando planè corrupta  
esse videatur, non tamen propterea Ecclesiam  
deleri, quæ in Electorum semine tandiu deli-  
tescit, dum admirādo Dei consilio rursus in lu-  
cem prodeat, ab erroribus & corruptelis repur-  
gata. Quamobrem perperām faciūt, qui gene-  
tales illas Dei promissiones restringūt ad Ec-  
clesiam Romanam, quasi nulla alia vñquā pos-  
sit esse Ecclesia, quam Romana: ita ut non am-  
plius sint generales promissiones, sed adeò spe-  
ciales, vt vnius visibilis Ecclesiæ propriæ sint,  
quod nemo nō videt quam sit absurdū. Quin-  
ctiam vel, nobis tacentibus, illæ ipsæ promissio-  
nes nobis obiectæ satis pronuntiant, Ecclesiam  
Romanam non esse veram Ecclesiam. Si enim  
Deus semper adest veræ Ecclesiæ, si semper eā  
tuetur, & spiritu veritatis dirigit: Si nunquam  
inferorum portæ superaturæ sunt: Si denique  
semper patet fidelibus ad eā ingressuris: Si, in-  
quam, illa omnia ad veram Ecclesiam pertinēt,  
efficitur profectò Romanam non esse veram  
Ecclesiam, vtpote quæ verbum Dei suis tradi-  
tionibus corruperit, Spiritum veritatis reicce-

rit, & ab ingenti superstitionum caterua tanquam ab inferorum portis superata fuerit, atque exclusa veritate, humanis commentis ac mendaciis fores aperuerit.

**Obiect. II.** Atenim, inquiunt, precatus est Christus ne  
**Luc. 22.** fides Petri deficeret. Certè: nec enim lapsus eius paulopòst futurum ignorabat. Verùm quid hoc ad Ecclesiam Romanam? nisi fortè dicas  
**Reffons.** hoc ipsi cum Petro conuenire quod Christum negauerit: vt inā vero Petri lachrymas ac resipiscientiam imitetur, vt tandem ad Dominum conuerfa, hominibus nō iam à vero Dei cultu abducendis, sed potius in pura sinceraque doctrinā confirmandis diligenter studeat. Quod si hoc argumentum dignum esset longiori responsione, dicerem fidem Petri fuisse donum personale, ita vt nullo iure ad alios transmitti debeat: quærerem quibus tandem Scripturæ fundamentis nitatur illa Petri cathedra, quam Pontificij Romæ constituunt, eique hisce postremis temporibus nutanti, humana omnia præsidia summo conatu suffulciunt: Proferrem quę extat apud Iohannem, non tantum pro Apostolis, sed pro iis omnibus, qui per eorum sermonem erant in Christum credituri, ac rogarem, num huius precationis fructus ad alios quam ad electos pertineat? Quòd si eò Christū spectasse existimat, vt visibiles Ecclesiæ ab ipsis Apostolis institutæ nunquam labefactari possint, postularem ut nobis veteres Orientis Ecclesiæ

clesias repræsentarent: Hæc, inquam, omnia  
premerem, nisi satis esset perspicuum, quām i-  
nceptè illi à fide Petri ad fidem Ecclesiæ Roma-  
næ ratiocinentur.

Nihilo melius ad suæ sententiæ cōfirmatio- *Obiect.*  
nem trahunt, quod Christus Apostolis dice- *III.*  
bat, vrbem supra montem positam non posse  
occultari. Quanquam enim verissimum est, *A-* *Resp.*  
postolorum predicationem instar lucis claris-  
sime, per vniuersum terrarum orbem refulsisse,  
ipsa tamen experientia docuit, quām verum sit  
quod ait Christus apud Iohannem, homines  
potius tenebras, quām lucem diligere, cùm re-  
pudiata Euangelij luce, ipsi se in crassissimas  
humanæ traditionis tenebras immerserint.

Postremò quod aiunt, ex hoc præcepto Chri *Ob. III.*  
sti, Dic Ecclesiæ, cùm semper locum habere  
debeat, sequi visibilē Ecclesiam suis omnibus  
partibus cōstantem nunquam esse defuturam,  
nullam rationem habet: Nam ab eo quod  
fieri debet, ad id quod fit, non satis rectè vi- *Resp.*  
dentur concludere. Quid enim? nonne lex de  
sacrificiis offerendis lata sub veteri Testamen-  
to, semper viguit usque ad Christum exhibi-  
tum? constat tamen sacrificia aliquoties fuisse  
intermissa, ac præsertim totos sextuaginta an-  
nos, cùm Iudæi apud Babylonios exularent. Ita  
etiam præceptum Christi de Disciplina in Ec-  
clesia obseruanda, non in euersa corruptaque  
sed instantे Ecclesia locum habet. Viget certè  
perpetuò ipsum præceptum, sed eius obserua-

tio aliquando (atque utinam id rarius contineret) hominum vitiis intermittitur.

*Obiect.*

5.

Cæterum cum Aduersarij se Scripturæ testimoniis, atque exēplis esse destitutos sentiant, iam refugiunt ad veterum aliquot Doctorum authoritatem. Quid enim? Inquiunt, an negligitis Episcoporum successionem, quam tamen Tertullianus, Augustinus, Irenæus, & plerique alij doctores Ecclesiæ tanti fecerunt, ut ea ratione, tanquam admota fortissima machina, Hæreticorum omnia argumenta atque præsidia euerterint? Premunt igitur & vrgent hæc

*De prese.* Tertulliani verba: Edant, inquit, origines Ecclesiæ suarum, euoluāt ordinem Episcoporum suorum. Et paulopost inducit Ecclesiam ita insulstantem Hæreticis scripturam corruptentibus: Qui estis? quando & unde venistis? quid in meo agitis non mei? quo, Marcion, iure syluam meam cedis? qua licentia, Valētine, fontes meos transuertis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis authoribus, quorum fuit res. Ego sum heres Apostolorum: sicut cauerunt testamento, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Multa sunt alia eiusmodi, quæ Aduersarij nobis obiiciunt ad stabiliendam suam de successione sententiam.

*Respons.*

*Eius refutatio.*

Quia verò hoc præcipuum est illorum Argumentum, operæ pretium est accuratiū illud considerare, & intentis oculis omnes eius partes intueri, ut cognoscamus quidnam ex eo consequi possit.

Ac pri-

Ac primū si velim agere meo iure, requirā aliquem Scripturæ locum, quo veterum istorū fulciatur authoritas: Eā enim legē Augustinus sibi ipsi ac nobis indixit, ut quicunque tandem sit, qui dogma aliquod proponat, non recipiat, nisi illud hauserit ex sacrarum literarū fontibus. Et in hanc sententiam cæteri doctores frequētes eunt. Nec immeritò sane, cū scriptura sit sola nostræ fidei ac religionis regula, hoc, inquam, possem meo iure postulare. Sed rem ita ad viuum ressecare nolumus, ne quis existimet, nos prius velle vincere, quām pugnare. Nō ergò illi veteres nunc à nobis repudiati discedent, sed expendemus, quo sensu, qua ratione, quē in finem illi continuam Ecclesiæ successio nem hæreticis obiecerint. Rursus quid sibi voluerint nomine *successionis*. Denique, num etiā hodie liceat Pontificiis ista successione gloriari. His omnibus discussis, huic obiectioni responsum erit.

Tertullianus, inquis, Augustinus, & alij plerique, continuam Ecclesiæ successionem hæreticis obiecerunt, fateor. Sed simul addo, fortis illos ac strenuos veritatis athletas longè fortioribus armis instructos fuisse, quibus hæreticorum falsa & impia dogmata iugularint. Si enim hoc solum successionis telum in hæreticos contorsissent, fuissent profecto obtusiùs, quām vt eo magnas hostium strages edere potuissent. Quid ergò? Cū hæretici errores suos atque horrendas blasphemias in medium proponerent,

B.j.

*Non recipienda veterū au thoritas Scripturæ testimonio destituta.*

*Divisio Responsio nis in 3. membra.*

*Quonam pacto ve teres obie cerint hæ reticis cō tinuā suc cessionem Ecclesiæ Catho licæ.*

*Tert. con.* Scripturæ Canonicae libros alios reiicerent,  
*Marc.* lios suis additamentis corrumperent, quin e-  
*Aug. con.* tiam sua scripta pro libris Canonicis obtru-  
*Eccl. fund.* derent, atque interim sibi nomē Ecclesię Apo-  
*gō.* stolicę nō minus falso, quā impudēter arroga-  
 rent: Ecce, hæreticis obstiterunt boni ac vigi-  
 lantes Ecclesiæ Pastores, ac primū ex Dei  
 verbo refutarunt peruersa hæreticorum do-  
 gmatā, docueruntque nihil tale ab Apostolis  
 fuisse traditum: quorum scripta doctrināque  
 fidelis Dei Ecclesia amplexa est, illi soli adhæ-  
 ret, illam sequitur, & ab eius finibus nunquam  
 diuelli nec distrahi potest. Deinde ipsum Ec-  
 clesiæ nomen hac ipsa ratione ab hæreticis, tā-  
 quam ab iniustis possessoribus, abstulerunt.  
 Longè ergo falluntur, qui existimant veteres

*Veteres* loqui de sola Episcoporum successione, cùm  
*nō de sola* potius agant de ipsius doctrinæ successione, ac  
*Episcopo-* eius fidei, quam primi Episcopi ab Apostolis  
*rū, sed e-* acceptam atque haustum ad posteros cōtinuâ  
*tiam de* serie transfuderūt. Ex quibus manifestum est,  
*pure do-* quantum interuallum interiectum fuerit inter  
*ctrinæ suc* veteres Orthodoxos & hæreticos. Nam hære-  
*cessione lo* tici noua & aliena, atque adeò ipsi Apostolorū  
*cuti sunt.* Doctrinæ & sacris literis contraria profere-  
*Hæretici* bint, atque ita cùm fidei, tum etiam Episcopo-  
*utraqe* successionem continua ab Apostolis successione erant  
*succeſſione* carebant, destituti. Orthodoxi contrā, & fidei ab Aposto-  
*carebant,* Orthodo- lis traditæ, & piorum Episcoporum successio-  
*xi utran-* ne freti erant. Nihil igitur mirum, si eiusmodi  
*que habe-* bint. successionem hæreticis obiecerint, modò me-  
*mineri-*

mincerimus, vim illius argumenti non in Episcoporum nomine ac serie, sed in ipsa fide esse positam: ita ut fidei Successio sit instar anni, quæ Episcoporum Successioni, tanquam cæsio in corpori, vires ac robur infundat. Ex quo intellegitur, si continua Episcoporum series vera fideli successione, ceu anima, destituatur, eam iacere mortuam, ac nihil aliud quam cadaver inutile superesse. Eam veterum Doctorum esse poris. Fidei suc-  
 mentem facile nobis assentietur, qui eorum Confirma-  
 disputationis ordinē attentē considerarit. Nec tio ab or-  
 enim statim ad Episcoporum seriem profiliūt, dine quæ  
 sed primum docent, apud hæreticos fidei Suc- seruarunt  
 cessionem non esse, atque id efficiunt certis, in suis di-  
 expressis que scripturæ testimoniis: postquam sputatio-  
 id obtinuerunt, tum in hoc Successionis Episcoporum campo longè exultant, eorumque nibus ad-  
 ordinem ac seriem tanquam victoriæ insignia ostentant. Denique si rem proprius ins- uersus he  
 spicias, facile animaduertes, istam Episcoporū Successionem non tam pertinere ad pugnam, quæ ad victoriam: nec tam esse eius qui manū cum hoste conferat, quæ eius qui parta de ho-  
 ste victoria triumphum agat. Ne nos igitur Depræsc.  
 stantes, armatos, pugnantes conferint Ponti- her.  
 ficij cum iacete, prostrato, ac iugulato Marcio- Lib. 3.  
 ne, vel Valentino, & cæteris eiusmodi mōstris, c. 2.  
 quæ nos toto pectori exhorrescimus. Præterea cum hæretici suas doctrinas ad Apostolos au-  
 thores passim referrent (vt constat ex Tertul-  
 liano, Irenæo, & aliis plærisque Doctribus)

operæ pretium fuit illis opponere Ecclesiæ ab Apostolis fundatas, & earum in Apostolica doctrina constantiam.

*Nō iactā  
da Episco  
porum suc  
cessio, ubi  
deest vera  
fidei suc  
cessio.* Ergo, si qui hodie velint veteres in hac Successione propōnenda imitari, primūm doceat apud se esse veræ & Apostolicæ fidei successione: ac tūm deinde, si videbitur, longum suo-rum Episcoporum catalogum recensent: alio-qui, si illo omissō, hoc vnum vrgeant, in illos proculdubio quadrabit, quod dici solet, triū-phum ante victoriam cecinisse.

*Expositio  
sententiae  
Doctoris  
qui nobis  
obiiciuntur,  
ab il-  
lis ipsis  
Doctori-  
bus peti-  
ta.  
Tertullia  
ni senten-  
cia.  
De p̄fsc.  
her.* Hec autē ut planiūs intelligi possint, sistant se in hac nostra disputatione illi veteres, qui nobis ab Aduersariis opponuntur, atque abiiciuntur, ab illicet hoc Successionis telum in hereticos vibrarint. Ergo sic apud Tertullianū exclaimās Ecclesia nobis objiciebatur, *Sū, inquit, heres Apostolorum, sicut canerunt testamēto, sicut  
fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo.* Quibus verbis apertissimè significat se de Successione doctrinæ gloriari. Audiamus etiā quæ idem, atque in eodē tractatu de hac re differat. Nobis, inquit, nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxit. Apostolos Domini habemus autores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaque etiam si Angelus de cœl's aliter euangelizaret, anathema diceretur a nob̄is. Idem: *Ipsa hereticorum doctrina cum*

cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli alicuius authoris esse, neque Apostolici: quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis edidissent, nisi illi qui ab Apostolis descivierunt, & aliter prædicauerunt. Et paulò post: Si hec ita se habet, ut veritas nobis adiudicetur, quicunque in ea regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit, constat ratio propositi nostri, &c. Deinde subiicit, Vnde autē extranei & inimici Apostolis heretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quā unusquisque de suo arbitrio aduersus Apostolos, aut protulit, aut recepit? Illic igitur & scripturarū, & expositionum adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrina. Item: Percurre Ecclias apud quas ipsa adhuc cathedra Apostolorum presidentur, sonantes vocem & representantes faciem uniuscuiusque, &c. Itemque agens de veris Apostolis. Qui tamen, inquit, cum Apostolis perseverauerit. Sic ille successores Apostolorum interpretatur. Et alibi: Id est Aduers, Marc. l. 4 verius, quod prius: id prius, quod ab initio: id ab initio, quod ab Apostolis. Plura recensere non est opus. Ex his enim satis apparet, quænam sit causam successio, quam veteres tot laudibus extulerūt. Qui vero ad personarum Successionem eorum / sententiam astringunt, audiant Tertullianum De Praesc. affirmarem, non fidem ex personis, sed ex fide her. personas probari debere. Atque, ut ad alios Doctores progrediamur, Cypriani sententia

Lib. I. E- Cyprianus plurimam eiusmodi Successionem  
 phe. 6 commendauit, & hoc potissimum ariete No-  
 uatianorum errores expugnauit: sed satis de-  
 clarat se de ea Ecclesia loqui, quæ à scriptis E-  
 De simpl. uangelicis non recedit. Auelle, inquit, radium  
 Prelat. solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit:  
 Sic & Ecclesia luce Domini perfusa per orbem to-  
 tum radios suos porrigit, unum tamen lumen est,  
 quod ubique diffunditur, nec unitas corporis sepa-  
 ratur, &c. Adulterari non potest sponsa Christi, in-  
 corrupta est & pudica: unam domum nouit, unius  
 Ibid. cubilis sanctitatē casto pudore custodit: Itē: Chri-  
 stianus videri non potest, qui non permanet in Euā  
 gely & fidei veritate. Hęc illę, Reponat igitur  
 nobis Fabianos, Cornelios, & ipsam Petri ca-  
 thedram, id est, Apostolicam doctrinam (sic e-  
 Augustini nim Mosis cathedral Christus intellexit do-  
 sentia. Etinam & legem à Mose traditam) tūm dein-  
 Cont. Ep. de si placet, Cypriani patrocinio glorientur.  
 funda. c. 4. De vti. Augustinus autem, qui & Manichæis & Do-  
 cred. c. 17. natistis s̄epe hanc, de qua agimus, Successio-  
 Quest. ex nem opposuit, aperte docuit se de ea Ecclesia lo-  
 utroque. qui, quę Doctrinę puritatem ab Apostolis ac-  
 110. Ep. ceptam constanter retinet. Hac est, inquit, ma-  
 165. Conc. cōt. ter vera, pia, & casta, intrinsecus sui viri dignitate  
 Ind. pag. ornata, non forinsecus mendacio fallente turpiter  
 & Ar. colorata: & alibi: Ecclesia Catholica mater Chri-  
 De mori. stianorum verissima, ipsum Deum purissimè atque  
 Ecc. Cath. castissimè colendum prædicat, nullam nobis crea-  
 De symb. ad Catec. turam adorandam induens: cui seruire inbeamur.  
 1. cap. 5. Idem: Ecclesia Catholica expugnari non potest,  
 hereses

heres omnes de illa exierunt tanquam sarmenta  
 inutilia de vita precipia: Ipsa autem manet in radi-  
 ce sua, in vite sua, in charitate sua: portæ inferorum  
 non vincent eam. Idem: Tenerent Ecclesiæ Aposto-  
 lorum labore fundatæ, cum quanta cura sibi præ-  
 dictum sit, Siquis vobis Euangelizauerit preter- De unit.  
 quam quod accepistis, anathema sit. Ecclesiam at- Eccl. cont.  
 tem ipso Dei verbo fundatū esse, atquē ex eo- Petil. Epi.  
 dem verbo dignoscendā, idem Augustinus te- Ibi. cap. 3.  
 stis est his verbis: In scripturis sanctis (inquit) Ec Ibi. ca. 10.  
 ecclesia requiram⁹. Et postea Nemo mihi dicat quid  
 dixit Donatus, aut Parmenianus, quia nec Catho- Ne Catho-  
 licis Episcopis consentiendum: sicubi falluntur, vt licus quidē  
 contra canonicas scripturas aliquid sentiant. (Au- cōsentien-  
 diant qui Catholicorum nōmen toties incul- dum, ubi  
 cant, vt suā commenta, ac traditiones Scriptu- reclamat  
 ris contrarias hoc, non tam solido, quām splē- ex Augu-  
 dido nomine, ceu fuco & pigmentis illitas no- stino.  
 bis commendāt) Idem alibi. Ecce Scriptura com Eph. 166.  
 munis, ecce ubi nouimus Christum, ecce ubi noui- De unit.  
 mus Ecclesia. Et alio loco, nolo humanis documē- Eccl. cont.  
 tis, sed diuinis oraculis sanctā Ecclesiā demōstrare. Peti. ca. 3.

Ex quibus omnibus perspicuum est, quām pro-  
 cul absit Augustinus ab Aduersariorum sentē-  
 tia, qui successionem visibilem proponunt tan-  
 quam certissimū fidei ac religionis fundamen-  
 tum: cùm ille tantum existimauerit eam esse v-  
 tilem ad animos hominū præparandos alliciē-  
 dósque, vt his quasi gradibus paulatim ad ve-  
 ritatis cognitionem descendant, tātum abest, vt  
 ea sit opponenda veritati. Sed præstat vt nobis

suam ipse sententiam suis verbis explicit Au-  
 Con. Epi. gustinus. Sic enim ille: *Nemo nostrum dicat se*  
 fund. c. 4. *iam inuenisse veritatem: sic eam queramus quasi*  
*ab utrisque nesciatur, &c.* *Vt omittam hanc sa-*  
*pientiam, quam in Ecclesia Catolica esse non*  
*creditis, multa sunt alia quae in eius gremio me*  
*instissimè teneant, &c.* Ista tot & tanta vincula  
 rectè hominem tenent credentem in Catho-  
 lica Ecclesia, etiam si propter intelligentię no-  
 stræ tarditatem, vel vitię meritum, veritas non  
 dum se apertissimè ostendat, &c. *Apud vos [ō*  
 Ibid. c. 4. *Manichei] sola personat veritatis pollicitatio,*  
*qua quidem, si tam manifesta monstratur, ut in*  
*dubium venire non possit, præponenda est omnibus*  
*illis rebus, quibus in Catholica teneor.* Hæc Au-  
 gustini verba planè sūt auræ, vt quæ doceat vel  
 legitimā successionē Episcoporū, cæteraq. ex-  
 terna Ecclesiæ ornamēta nūquā esse manifestæ  
 veritati opponēda: quātò igitur minùs corrup-  
 tissimā Pontificiorū successionē, & quæ nomi-  
 ne tenus successio dicēda est? Sed redeo ad Au-  
 gustinū. *Sola est, inquit, authoritas quæ commo-*  
*uet stultos, ut ad sapientiam festinent &c.* Nō est  
 desperādū ab ipso Deo autoritatē aliquā con-  
 stitutā, qua, velut gradu certo, innitētes attolla-  
 mur ad Deū. Hæc autē seposita ratione, quā syn-  
 ceram intelligere stultis est difficillimum, du-  
 pliciter nos mouet, partim miraculis, partim  
 sequentium multitudine. Nihil horum est ne-  
 cessarium sapiēti: quis negat? Sed id nunc agi-  
 tur, vt sapientes esse possimus, id est, adhaerere  
 veri-

Veritati. Item: Si, qui inconcessa præsumit, reus *Quæst. ex  
vete. Tes.*  
est: quanto magis si & corrumpat traditionem *mix. que.  
eius, cuius sedem usurpat? (audiat Romanus Pō  
tifex) Item, postquā recensuit catalogum Epi-  
scoporum Romanorum, si quisquā, inquit, tra-  
ditor per illa tempora subrep̄sisset, nihil præ-  
judicaret Ecclesiæ ut certa sit spes fidelis non  
in homine, sed in Domino collocata. Hæc  
igitur Augustinus, & quod attinet ad Episco-  
porū Rom. catalogum quem aliquādo vēteres  
recensent, cum Rom. Episcopos alio ordine  
Augustin⁹, quām Irenēus (nequid de aliis dicā)  
recēscrit, satis magno est argumento pios illos  
maiores non ad illam Episcoporum seriem Ec-  
clesiam vñquam astringere voluisse. Sed iam a-  
lios Doctores audiamus.*

Sic ergo Chrysostomus: *cum videritis hæresim Chrysosto-  
miam, que est exercitus Antichristi, stantem in mi- senten-  
tia. locis sanctis Ecclesiæ, tūc qui in Iudea sunt, fugiāt In Matt.  
ad montes, id est, qui sunt in Christianitate, confe- hom. 49.  
rant se ad scripturas: quia ex quo obtinuit heresis  
illas Ecclesiæ, nulla probatio potest esse vera Chri-  
stianitatis, neque refugium Christianorum aliud,  
volentium cognoscere fidei veritatem, nisi Scriptu-  
ra divina. Hec Chrysostomus, cui quis non mi-  
retur non succurrisse præclarum illud Succes-  
sionis argumentum, quo uno Pontificij vtun-  
tut ad Ecclesiæ suæ confirmationem? Antea,  
inquit Chrysostomus, multis modis ostēdebatur  
quæ esset Ecclesia Christi, nunc autem nullo modo Ibid.  
cognoscitur, nisi per Scripturas. Ergo dicendum*

est, vel Chrysostomum nō tam perspicacēs  
culos habuisse quām Pontificios (cum ex Suc-  
cessione non statim dignouerit Ecclesiam) vel  
istam successionem, quam iactant, non esse 2-  
deō certam Ecclesiæ notam & probationem.

- Irenæus* *Irenæus* autem postquam Romanorum E-  
*rentia.* piscoporum catalogum rencensuit: hac, inquit;  
*Lib. 3. c. 3.* ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis  
traditio, & veritatis praconizatio, peruenit usq; ad  
nos, Et est plenissima hac ostentio unam & eandem  
vinificatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Aposto-  
lis usque nunc sit conservata & tradita in verita-  
te. Et postea Nō oportet apud alios querere verita-  
tem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apo-  
stoli, quasi in depositorum diues, plenissime in ea  
cōtulerint omnia quæ sunt veritatis, ut omnis qui  
cūque velit sumat ex ea potum vita. Idē alio lo-  
*Lib. 3. c. 3.* CO: Hanc prædicationem cum acceperit, & hāc si-  
dem (quemadmodum prædiximus) Ecclesia, & qui-  
dem in uniuersum orbē disseminata, diligenter cu-  
stodit, quasi unam domum inhabitans, & similiter  
credit iis, quasi unam animam habens, & consonā-  
ter hāc prædicat, & docet, & tradit, quasi unū pos-  
fidens os. Sed nihil est apertius iis quæ ab eodē  
*Irenæo* traduntur alibi his verbis. Eis, inquit,  
qui in Ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet,  
bis quis successionem habent ab Apostolis, sicut ostē-  
*43.* tū dimus, qui cū Episcopatus Successione, charissima  
veritatis certum, secundum placitum patris acce-  
perunt, reliquos vero qui absunt à principalis suc-  
cessione suspectos habere [Nota successionem doctri-  
nae esse]

ne esse principalem successionem Ireneo, à qua discedentes hereticos comparat cum Nadab & Abiu ignem alienum afferentibus. Lxxi. 10. illi tamē successionem habebant, ut qui essent Aaronis filij. Sed non valet personalis successio, ubi receditur à veritate doctrinæ.] Et paulò post Adhærere oportet his qui & Apostolorum, sicut prædiximus, doctrinam custodiunt, & cum presbyteri ordine sermonem sanum & conuersionem sine offensa præstant. Ad informationem & correctionem reliquorum: & alibi: apud quos est ea quæ est ab Apostolis successio, & id quod est sanum irreprouabile sermonis constat. Idem, lib. 5. Oporter, inquit, confugere ad Ecclesiam, & eius sinu educari, & Dominicis scripturis enutrii: plantatus est enim Ecclesia paradisus in hoc mundo: Ab omni ergo ligno paradisi manducabis, id est, ab omni scriptura Dominica, &c. Quæ omnia idem alio loco uno verbo complexus est, cum dixit, Euangelium esse columnam & firmamentum Ecclesiæ. L. 3. c. 11.

Adderem etiā quod ait Hieronymus, se cu- Hieroni-  
pere per scripturas sanctas ingredi in Ecclesiā mi senten-  
Dei. Citarē ex eodem elegantissimū illū locū, tid.  
vbi Catholicam Ecclesiam ita describit: Eccle- In Psa. 5.  
sia, inquit, Christi in toto orbe Ecclesiæ possidens In Mich.  
spiritus unitate coniuncta est, & habet urbes, leges  
Prophetarum, Euangeli & Apostolorum: Non est  
egressa de finibus suis, id est, descriptur sanctis.  
Hæc, inquam, omnia, atque etiam plura con-  
gererem, si quid difficultatis res hęc habere vi- In land.  
deretur. Sed ne longiores simus, concludemus Athani-

hac elegantissima Nazianzeni sententia: pietatis, inquit, successio, propriè successio existimāda est: nām qui eandem fidēi doctrinam profitetur, eiusdem quoque throni particeps est: qui autem contrariam fidem amplectitur, aduersarius, etiam in throno cēseri debet: Atque hæc quidem nomen, illa verō rem ipsam & veritatem habet successionis. Hæc ille: Ex quibus omnibus intelligitur legitimam successionem nunquam à doctrinæ finibus esse diuellendam.

Quid autem si nobis petere liceat vel ab ipsis Pontificiis nostræ sententiæ confirmationem? Cum enim aliquando ex illis quæstū est quā obrem negēt Successionem fuisse apud primos Ecclesiarum nostrarum Doctores, quos tamē ordinarios Ecclesiæ pastores ac Doctores, fuisse constaret: tum illi responderunt viros illos omni iure successionis excidisse quod ab Ecclesiæ Rot. doctrina defecissent. Itaque iam vel ipsis absentibus cōcludimus, nullius momenti successionē esse, nisi simul ad sit doctrinæ successio. Ex quo efficitur, vt, cum Pōtificijs ab Apostolorum doctrina desciverint, non possint

*Tria consideranda* de Apostolica successione gloriari: nisi fortè dixeris Pontificios eo modo Apostolis successione intelligisse, quo tenebræ luci succedere dicuntur. *veterū de Ecclesiæ successione sententia* Quare, vt summam faciam eorum quæ à nobis exposita sunt, tria mihi videntur esse consideranda ad intelligendam eorum veterum sententiam, qui Ecclesiæ Catholicæ Successionem commendarunt. Primum, eos non de sola Epis-

Episcoporum, sed potius de Apostolicæ & ortho-  
 doxæ fidei successione agere. Deinde, eam  
 Successionem attribuere ei Ecclesiæ, quæ Christi  
 sponsa est, quæ solam ipsius vocē agnoscit,  
 quæ Doctrinam ab Apostolis traditam, cœu-  
 pretiosissimum thesaurum in suis manibus de-  
 positum, fideliter ac sedulò custodit, quę deni-  
 que ex sacris literis dignosci facilimè potest.  
 Postremò ipsam Episcoporū successionem &  
 externum ordinem Ecclesiæ ita ab illis veteri-  
 bus commendari, non ut ei vlo modo ipsam  
 Ecclesiam subiiciant, non ut Ecclesiam isti ex-  
 ternæ speciei, & formæ, quasi quibusdam nece-  
 sitatis vinculis astringat: sed ut illius considera-  
 tione, vel infideles ipsi alliciantur ad doctrinam  
 Ecclesiæ recipiendam: ut ipsa fide valentiores  
 facti (vtendū est enim Augustini verbis) quod Contr.  
Epist. fud.  
c. 14.  
 credunt intelligat: nō iā hominib. sed ipso Deo intrin-  
 secus mentem illorum firmante atque illuminante.  
 Quemadmodum enim externa ædificij alicuius  
 elegantia & splēdida facies, decoraque, & apta  
 partium compositio mouet oculos, & nos ad  
 ingrediendum attrahit, vt interiorem ornatum  
 introspiciamus: Ita non dubium est animos  
 hominum ipso Ecclesiæ ordine, externaque  
 pulchritudine cōmoueri, vt ea quasi ianua pa-  
 tefacta, in Ecclesiam se recipient, eam oculis  
 animi colluscent, interiorem eius ornatum,  
 cœlestes diuitias, reconditos thesauros admi-  
 rentur, Denique in ea sibi sedem optent fir-  
 mam atque perpetuam esse constitutam.

Nō recte  
 concludi-  
 tur, si Ve-  
 teres sibi  
 successio-  
 nē tribue-  
 runt, idem  
 igitur ho-  
 die Pon-  
 tificis li-  
 cere.  
 Hęc igitur fuit veterum sententia, qua vel  
 Pontificiorum causam subleuari, vel nostram  
 inclinari posse non video. Ecquod est enim i-  
 stud argumentum veteres successionē Ecclesię  
 tanquam sibi propriam commendarunt. Licet  
 igitur Pōtificiis idem facere. Veteres certè, ta-  
 metisi nāuis non caruerunt, præcipua tamen  
 capita fidei ac religionis ab Apostolis traditę  
 seruarunt, & pro doctrinę puritate aduersus  
 innumerabilium hęreticorū impetus feliciter  
 propugnarunt: necdū Irenæi, vel Tertulliani,  
 vel Augustini temporibus exortus erat inter  
 Episcopos, qui se Episcoporum Episcopum el-  
 se iactaret, qui se caput Ecclesię Catholicę  
 ore blasphemō, appellareret, qui sibi non tantum  
 Episcopos, sed etiam ipsas totius propè orbis  
 Ecclesias subiiceret, qui extincta Euāgetij luce,  
 humanarum traditionum tenebras offunderet,  
 qui puritatem doctrinę euerteret, sacramenta  
 corrumperet, fœdissimam idolatriam inue-  
 heret, noua fidei dogmata fabricaret, ius sibi in-  
 viuorum ac mortuorum animas arrogaret:  
 Denique (quis enim omnia recēseat?) qui dis-  
 ciplinam Ecclesię in Tyrannidem omniū lon-  
 gę maximā sanguissimā nque cōuerteret. Longę,  
 lögę inquā boni illi patres aberant ab hac ma-  
 lorum abyssō, in quā postea Christianum or-  
 bēm hominum perīlia & ambitio demersit.  
 Illis igitur licebat, stāte adhuc Ecclesia, piorū  
 Episcoporum catalogum in medium proferre,  
 Successionem fidei iactare, suas ostentare diui-  
 tias,

tias, sua ornamenta celebrare. Nunc verò cum *Cur non  
liceat Pō-  
tificius de  
successiōe  
gloriari?*  
 nec fidei, nec vera Episcoporum successio, nec  
 Vera Ecclesia sit apud Pontificios, quis eos per-  
 mittat quasi falsam hæreditatem alienæ gloriae  
 cernere? An possunt vñquam priora illa secula  
 in memoriam reuocare, quin ipsa recordatio  
 quasi morsu quodam dolorem inferat? an cum  
 pudore (siquis pudor esse potest in tanta im-  
 pudentia) possunt vel ipsa piorum Episcopo-  
 rū nomina usurpare? & quia Tertulliani verba  
 antè a nobis exposita solent sèpius obiectare,  
 agè, Tertullianum ipsum illis vicissim regera-  
 mus, vt cum eo potius, quā nobiscum sibi rem  
 esse sentiant. Ergo qui tot alia confinxerunt,  
 singant Tertullianum reuixisse, & in Romana  
 Ecclesia, tanquam in aliena Republica hospi-  
 tem versari: Pontificum coronas, pompam, or-  
 natum, delitias, voluptatésque conspicere (si  
 modò id eius oculi ferre possent) Tum purpu-  
 reas Cardinalium cohortes, gregalium Epis-  
 coporum turmas, nō in Cathedris Ecclesiasti- *Tertullia*  
 cis sedentes, sed per aulas regum ac principum *ni verba  
à Pontifi-  
ciis ob-  
iecta in*  
 volitates intueri. Deinde ab illis sublimioribus *ipso Pon*  
 ad inferiora descendere: videre innumerabiles  
 monachorum familias, contrariis inter se legi- *tificios re-*  
 bus, ritibus, cultu & non minus animo, quam *geruntur.*  
 veste dissidentes, eosque in Pontificiorū agro,

rerum eiusmodi fertili ac feracissimo, tanquam  
 noua quotidie ἀντοφυτα & vepres nasci & longè  
 latèque serpere, quod vel ipsi Iesuitæ nudius ter-  
 tius exorti, & aliis monachis frustrè reclaman-

tibus, erumpentes ac per totam propè Europam pullulantes, & in ipsa iam India fructificantes abundè confirmant. Longū esset cætera omnia commemorare: sed quid censes animi habiturum esse Tertullianum, si hunc Ecclesiæ Romanæ statum cerneret? quām, cedò, miratur? quām obstupesceret? quanta vocis contentionē Ecclesiā induceret eadem ipsa verba usurpantem, quæ nobis antea falso ab Adversariis obiecta sunt? Qui estis? quando & unde venistis? quid in meo agitis, non mei? Quo injure, ô Pontificij, syluam meā cœditis, vestatis, exuritis? qualicentia, ô Monachi, fontes meos transuertitis? Sum hæres Apostolorum: sicut cauerunt testamēto, sicut fidei cōmiserunt, sicut adiurauerunt, itateneo. Magnifica verò vox, & Ecclesiæ nomine verè digna! Sed, obsecro, num auderent Pontificij eadem hæc verba usurpare? Eripiunt illis hanc orationem humanæ traditiones, Pontificum primatus, placita, ac decreta idola in templis erecta, mortuorum inuocationes, precatio[n]es pro defunctis, atque omnino ἡγεμονία, quib[us] tota propemodum constat Pontificiorum Ecclesia: quæ tamen omnia Apostoli, ne locum vñquam in Ecclesia haberent, testamento cauerunt, fidei commiserunt, adiurauerunt. Quis igitur non videt quasi Tertullianicis tormentis summū illud Successionis castellum labefactari, in quo Pontificij omnia suæ religionis præsidia collocarūt? verūm quid ego vñū Tertullianum commemoro, ac non potius excito totam

totam ipsam vetustatem? vt vna voce & exhibitis tabulis neget Pōtificios sibi hæredes successisse, profiteatūrque se non istos hæredes agnoscere, non probare, non eos propriam adiuisse, sed alienam hæreditatem inuafisse, expiassē & locupletissimis ornamētis ab Apostolis relictis, destitutam reliquisse. Tu ne Petri hēres & successor, qui tanta dissimilitudine à Petro sciungeris? Ille non in vna aliqua vrbe sedem sibi fixit, sed vt Apostolus, multa loca peragravit, vt omnes Christi iugo subiiceret: Tu in vna vrbe, sublimique in solio residens, inde omnēs gentes ac populos, tuo iugo subiicere conāris. Ille Cornelium ad pedes accidere non est passus: Tu vel ipsos reges ac principes ad pedis osculum adegisti. Ille pura Euangeliū prædicatione ac diuinis instituti fundauit & extruxit Ecclesiam: Tu tuis mādatis, non Christi: non tuam, sed Christi Ecclesiam addicere voluisti, tentasti, ac prope in modum perfecisti. Ecquonam igitur ore te diutius Petri hæredē & successore esse iactabis? Sed nescio quomo-  
 do agens de Ecclesiæ & Episcoporum succes-  
 sione, quasi riuulum sequens, in ingens ac la-  
 tissimum flumen sum delapsus, dum incidi in  
 sermonem errorum & corruptelarum, quibus  
 scatet Romana Ecclesia. Quare, ne longius ex-  
 tra ripas diffluat oratio, ad id reuocāda est un-  
 de digressi sumus, vt cōcludamus, veteres qui-  
 dē meritō ac suo iure de vera Ecclesiæ Episco-  
 porū inque successione fuisse gloriatos, quan-

*Pontifice Romanus non est Pe-  
 tri Apostoli Successor. Vtriusque collatio.*

C.j.

doquidem illo tunc ornamento præfulgebant,  
- vt & multis aliis spiritualibus diuitiis abunda-  
bant: Pontificios autem non magis posse eam  
successionem veditare, quām si Iesus Crœsi di-  
uitias iactaret. Nec vñquam nobis persuade-  
bunt Romanam Ecclesiam ad Apostolicam &  
veterem Ecclesiam, tāquam ad suam originem  
*Ex veri- ac stirpem, esse referendam, nisi prius doceant,  
tatis ra- ex veritatis radice, errorum surculos & mēda-  
dice, erro- ciorum ramos gigni & crescere potuisse.*  
*rion rami  
nō gignū- Quorsum igitur, inquis, ipsi Episcoporum ti-  
tur.*

*Nuda Ec ficiis repetitum? Fateor certè ipsa rerū sanctif-  
Episcopo simarum nomina apud Pontificios remansisse,  
rum nomi quorum cum fructus proferre nō possint, eo-  
na Ponti- rum foliis sese, vt quondam Adamus, obtege-  
ficiis dede- re conantur. Sed contendo nihil inde præsidij  
cūs affe- ipsorum causæ posse comparari. Quid enim a-  
runt nedū gloriā. liud relicta illa nomina docere possint, quām  
Pontificios, cùm veræ Ecclesiæ solidam & ex-  
pressam effigiem non teneant, vmbra tantum  
*Similitu- & imaginibus delectari? Ac, ne illi conqueran-  
dine ab tur se procul à suis finibus abduci, queramus  
vrbe Ro- in illa ipsa vrbe Roma similitudinem, qua faci-  
ma peti- lius sententiam nostram explicemus. Illic enim  
za, doce- tametsi augustum & magnificum Romæ nomē  
tur, Roma ha&tenus remansit, & commemorantur etiam  
nam Ec- quædam vetusta nomina, vt Capitolij, Campi  
clesia fru- Martij, & id genus, quæ ad florentē Romæ sta-  
stra vete- tum olim pertinebant: Immò etiam ipsum Pō-  
ris Eccle- tificis nomen retentum est, & à veteri ad no-  
sia nomi- uam  
na usq[ue] pare,**

uam idolatriam traductum, quāquam etiam  
ibi extant quædam illius veteris ciuitatis rude-  
ra: *Quis tamen adeò demens & iudicij expers*  
*fuerit, vt vel ex illis nominibus, vel ex iis anti-*  
*quæ urbis iam ipsa vetustate exesis, sitūque*  
*obductis vestigiis, audeat hanc Romam cum*  
*illa omnium ciuitatum præstantissima compa-*  
*rare? Que enim vtriusque alia possit esse simili-*  
*tudo, quām si præsentes ruinæ cum olim stante*  
*ædificio conferantur? Ergo, vt illud usurpem,*  
*quod in quodam elegantissimo Epigrammate*  
*dicitur, de eo qui Romam in media Roma*  
*quærerit.*

*Et Romæ in Roma nihil reperit media:*

affirmo, vt cunque acerbitis oculis omnia  
peruestiges, nihil tamen propemodum Eccle-  
sia in Ecclesia Romana posse reperi. Et certè imagines  
non possum, quin doleam vicem ipsorum sa-  
cros tam turpiter abuti, dum ea in mediis suis  
triumphis ostentant. Ut enim veteres Romani & Episcopi  
Imperatores, cum de euersis excisisque ciuita-  
tibus triumpharent, solebat illarum ciuitatum  
imagines in suis triumphis circuferre: Ita dico  
Pontificios, cum de expugnata, eversaque Ec-  
clesia triumphum agant, Ecclesiæ nomen, & ut olim  
Episcoporum titulos, tanquam imagines pro-  
ferre, quæ sunt certè nō stantis, sed eversæ Ecl-  
esiæ, non gloria insignia, sed luctuosa mo-  
numēta. Dico sancta hæc nomina à suis & pro-  
priis sedibus in aliena loca fuisse abrepta, non

C.ij.

minus quam olim sanctissima templi vasa, ex-  
cisa vrbe, incensoque templo, fuerunt Hiero-  
solymâ Babylonem trâsportata. Dico iam iam  
instare summa Dei vlciscentis iudicia, quibus  
iustissimas pœnas repeatat ab iis qui sancta illa  
*Daniel. 5.* nomina (ut olim reges Babylonij sacra templi  
vasa) per vim occuparunt, profanarūt, ludibrio  
exposuerunt, & illis ad suum luxum, ac delicias  
*Pontificij* quotidiè abutuntur. Verum audiamus quid illi  
*nos cum* nobis obiiciant, aiunt enim nos esse Donati-  
*Donati-* starum similes, qui dicebāt Ecclesiam Catho-  
*fis compa-* licam defecisse, atque hunc locum multis Au-  
*rantes re-* gustini & aliorum veterum testimoniiis mirè  
*futantur.* amplificant. Nos antem uno verbo calumniam  
*Contr.* illam refellemus. Cūm enim Donatistæ Catho-  
*Cresc.* licorum doctrinam se probare dicerent, & in  
*gram.lib.* omnibus prope doctrinæ capitibus cum or-  
*2. cap. 3.* thodoxis conuenire: in hoc uno potissimum  
dissidebant, quod negaret apud eos Ecclesiam  
esse posse, qui tot vitiorum fordibus essent cō-  
taminati: nos autem non tam Pontificiarum  
vitæ, morēsq; discutimus, quam reiicimus do-  
ctrinam, ut Apostolicis scriptis contrariā: nec  
existimamus, stāte doctrina, licere ab Ecclesia  
discedere, propter morum corruptionē. Dein-  
de affirmamus Ecclesiam perire nūquam pos-  
se, licet aliquando visibilem eius faciem nobis  
hominum improbitas eripiat. Neque nostræ  
*Ep. 48.* sententiæ aduersatur Augustinus, qui, propo-  
sita Christi parabola, semper distinguit inter  
granum & paleam, & in solis granis Ecclesiam  
pro-

propriè constituendam esse censem. Quinetiam  
in illa disputatione contra Donatistas, sæpe af-  
firmat Ecclesiam Catholicam probandam esse  
expressis Scripturæ locis: *Vtrum, inquit, Dona-* De vñk.  
tiste Ecclesiam teneant, non nisi diuinarū Scriptu-  
rū Canonicis libris ostendat. Hæc sunt causa & no-  
stra documenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta,  
hæc ille. Atque, ut nominatim de Ministrorū  
electione agamus, Orthodoxi profitebantur,  
modò Donatistæ ad veram & Apostolicā do-  
ctrinam redirent, se non improbaturos ipso-  
rum Episcopos: ut intelligerent (inquit Augusti-  
nus) quod in eis Catholici non Christianam conse-  
crationem, sed humanum detestarentur errorem.  
Itaque qui nos toties cum Donatistis compa-  
rant, nos (si modò possint) erroris conuincant,  
idque præclaris illis Augustini documētis, fun-  
damentis, firmamentis: hoc est, expressis Scri-  
pturæ testimoniis, potius quam Christianam  
pastorum nostrorum consecrationem infecte In Luc. I.  
tur. Cur autem ab illis discesserimus, rationem 6.c.9.  
pro nobis reddat Ambrosius his Verbis: fides,  
inquit, Ecclesiæ in primis querenda mandatur:  
*in qua si Christus habitator sit, haud dubie legēda,*  
&c. Sed si qua est Ecclesia quæ fidem respuat, nec  
Apostolicæ predicationis fundamēta possideat, ne-  
quam labem perfidie possit aspergere, deserēda est.  
Hæc Ambrosius. Quamobrem desinant tandem  
nos schismaticos appellare: quandoquidem  
schisma dīci debet cū à vera Ecclesia & ab A-  
postolica doctrina receditur, non autem cum

*ab erroribus ad veritatem redditur. Nec enim*  
*Apoc. 18.* *Ioannes hortatur ad schisma faciendum, cum*  
*fideles admonet ut ex Babylonica corruptio-*  
*nne discedant.*

*Sed ut aliquando à rerum abusu ad rerum*  
*vsum orationem traducamus, quærent for-*  
*tasse à nobis Aduersarij, cum afferamus Pon-*  
*tificios ista, de qua agimus, Successione abuti,*  
*Quis sit*  
*legitimus*  
*Successio-*  
*nis Epis-*  
*coporum*  
*vsus.*  
*Equis igitur illius rectus ac legitimus vesus esse*  
*debeat? Huic quæstiōni ut satisfaciamus, in me-*  
*moriam reuocandum est quod iam ante dixi-*  
*mus, neminem hoc errore duci oportere, ut*  
*existimet Ecclesiæ statum cundem perpetuo*  
*manere, quem tot vicissitudinibus ac mutatio-*  
*nibus expositum esse probauimus, & pluribus*  
*adductis rationibus posset illustrari. Multa e-*  
*nim in sacris literis occurunt huius rei argu-*  
*mēta, sed ex infinita sylva quædam tantum de-*  
*cidimus, quæ ad hoc nostrū institutum per-*  
*obnoxium*  
*tinere videbantur. Hoc certè ita esse cōfirmat*  
*esse confir sancta Azariæ prophetæ ad Regem Asam co-*  
*matur cer*  
*hortatio, cum ait multos quidem dies præteriū*  
*2.Chr. 15.*  
*sisque scri*  
*pture lo-*  
*cis.*  
*Locus 1.*  
*Nunc contrà dicitur esse similis ei vineæ, quam*  
*Locus 2.*  
*fusi palmites terram ipsam tegere videantur;*  
*Psal. 80.*  
*Ezec. 19.*  
*Ezec. 36.*  
*Apri & feræ sylvestres depascētes penitus vasta*  
*Esa. 6.*  
*runt: Aliquando dicitur Ecclesia esse instar ar-*  
*boris*

*2.Chr. 15.* *Ecclesia cum vite frugifera, cuius latè dif-*  
*Locus 2.*  
*fusi palmites terram ipsam tegere videantur;*  
*Psal. 80.*  
*Nunc contrà dicitur esse similis ei vineæ, quam*  
*Ezec. 19.*  
*Ezec. 36.*  
*Apri & feræ sylvestres depascētes penitus vasta*  
*Esa. 6.*  
*runt: Aliquando dicitur Ecclesia esse instar ar-*  
*boris*

boris ramos longè explicantis, atque porrigitur: Aliquando verò significatur nomine arboris, quæ, aduētante hyeme, decussis foliis, omnino videtur exaruisse, cum tamen vim ac substantiam intus collectam, conclusamque retineat. Quod & facilius intelligetur, si quis paulò fusiùs persequatur eam similitudinem, qua video Ambrosium fuisse delectatum, dum Ecclesiam cum Luna cōparabat. Ut enim hæc non propria, sed (vt quidam dicebat) luce lucet aliena, quādoquidem à Solis radiis accensa totam inde suam lucem accipit: ita Ecclesia lucet, non suo, sed Christi fulgore & summis eius dōtibus ac beneficiis illustrata: & quemadmodum non semper Luna pleno orbe lumen suum nobis ostentat, sed aliquando ita decrevit, vt nobis illa non amplius superesse videatur, nec tamen vñquam propterea radiis Solis destituitur, quāvis humanis sensibus secūs appareat: Ita Ecclesia non semper plenum fulgorem emittit, sed aliquando ita obscuratur, vt nostris oculis non pateat: & nihilominus certum est eam semper esse, semp̄que à suo Sole, id est, à Christo illuminari.

Quod si quis repetat veterum temporum memoriam, facile videbit semper varium Ecclesiæ statum, & varias eius vicissitudines fuisse.

Ac primum cum narrat Moses, Enos tempore, homines cōpisse inuocare nomen Domini, siue ita hunc locum cum veteribus interpres: siue intelligas, vt quidam doctissimi

*Ecclesiæ  
compara-  
tio cum  
Luna.  
Hexae-  
mer. l. 4.  
c. 8.*

C. iiiij.

censuerunt, tunc homines cepisse vocari, Dei nomine, semper ex hoc loco licet colligere, tunc temporis cultum Domini fuisse instauratum, & Ecclesiæ faciem clarissimè enituuisse. At postea impietas adeò grassata est, ut inundante terras diluuiio, Ecclesia in Noë familia, non minus quam in arca conclusa fuerit. Deinde summa fuit temporum caligo, donec rursus in Abrahamo, cuius maiores idola coluerant, & in eius posteris luxit Ecclesia. Postquam autem in Ægyptum ventū est, Tunc Ecclesiæ scintillulæ Ægyptiaca seruitute, quasi cineribus, per multos annos obrutæ, tandem Mosis flabello excitatæ, in maximas flammas eruperunt. In terra Chanaan (hæc enim properans percurro) toties Ecclesiæ status mutatus est, ut diuinus cultus, & idololatria, alternis sibi inuicem idētidē succedere viderentur. In regno Dauidico videtur Ecclesia quasi pleno orbe refulsiſſe: Sed postea, offusis idololatriæ tenebris, ſæpe eius lumen quodammodo extinctum viſum est. An porrò mihi multa dicēda ſunt de Iſraēlitarum decem tribubus ab reliquis duabus, ſimilque

*Eze. 2.3.* à vera Dei religione diuulſis? Quid cōmemor  
*Oſ. 2.4.* rem Iudæorum idololatriam atque adeò ipſius Templi profanationē? An Hierosolymam  
*2. Reg. 21.* *¶ 23.* à Babyloniiſ expugnatam, Iudeosque in captiuitate  
*2.Chr. 28.* uitatem abductos fusiūs enarrabo? quam cedò  
*Ezech. 8.* tunc fuit misera Ecclesiæ conditio? Tandem verò sub Zorobabele nouus quidam dies illuxit Ecclesiæ, cum reuersis ex captiuitate Iudeis, extru-

extructa vrbe, instaurato templo, cultus Dei  
fuit restitutus. Sed ecce, rursus ille nitor Eccle-  
sie, statim in squalorem conuersus est, vera do-  
ctrina à variis sectis & impiis hominum com-  
mentis miserè corrupta. Hinc Pharisæi irrum-  
pebant, illinc vrgebant Sadducæi, & aliunde  
alij falsi Doctores irruerant. Interim Ecclesia  
ad summas angustias redacta, vix habebat vbi  
pedem poneret. Tunc Christus redemptor &  
instaurator Ecclesiæ in terras venit, Ecclesiam  
quasi à mortuis excitatam in vitam restituit, ei  
nouam quandam faciem dedit, cámque omni  
benedictionū genere cumulauit. Et quanquā <sup>2. Thes. 2.</sup>  
ab eo tempore multæ s̄epe nebulæ interuenie-  
runt, tamen aliquos semper radios emisit, do-  
nec tandem facta est illa generalis <sup>anno 310</sup>, quām  
futuram prædixerat Apostolus: tunc enim ex-  
terna Ecclesiæ luce penitus extincta, sola visi-  
bilis quidem Ecclesiæ umbra, atque nomen re-  
manuit: quod non est opus nunc pluribus per-  
sequiri: nam enim antea de hac re aliquid à nobis  
dictum est, & nolo meo, communique piorum  
omnium vulneri, manus s̄epius afferre.

Cæterum Augustinus rem hanc totam vo- <sup>V. arine Ec-</sup>  
lens exprimere, *Ipsa est Ecclesia*, inquit, que ali- <sup>clesie sta-</sup>  
quando obscuratur, & tanquam obnubilatur mul- <sup>tus confir-</sup>  
titudine scandalorum, quando peccatores inten- <sup>matur sen-</sup>  
dunt arcum, ut sagittet in obscura luna rectios cor- <sup>tentia Au-</sup>  
de, &c. Et paulò post, Illi qui tunc firmissimi fue- <sup>gustini &</sup>  
runt, & verba hæreticorum insidiosa intelligere po- <sup>Chrysost.</sup>  
tuerunt, pauci quidem in comparatione cæterorum, <sup>mi.</sup>  
<sup>Epi. 48.</sup>

sed tamen etiam ipsi quidam pro fide fortiter extabant, quidam toto orbe latitabant: ac sic Ecclesia, quæ per omnes gentes crescit, in frumentis dominicis conservata.

*In Matt. hom. I. com. post.* Quod si Augustino Chrysostomum adiunxeris, res fieri etiam planior: ut Robbam, inquit, abiiciens consilia seniorum, & coetaneorum suorum sequens, occasionem prebuit dissidio: Sic & circa finem, Episcopi relinquentes consilia seniorum, Apostolorum & Prophetarum, & sequentes consilia coetaneorum suorum consulentium oportere Episcopum diuitem fieri, & inhospitalem, & timorem Dei non habere, & talia quedam loqui, que moueant plansum, dederunt occasionem Diabolo præcisionis faciendarum: Hæc ille.

*Quando colèda sit ordinaria vocatio.* Quorsum igitur tam multa? nempe ut intellegamus, cum tot tantæque occurrant Ecclesiæ mutationes, ita nobis statuendū esse, ut quādiu Dominus nobis pro summa sua misericordia Ecclesiæ exhibet purissima Christi luce præfulgentem, & suo ornatu ac pulchritudine, id est, puritate doctrinæ, sincera Sacramentorum administratione, & recto disciplinæ usu decoratam, tūc ordinariam Ecclesiæ, pastorumque Successionem plurimi nobis esse faciendam: nec ferendos, si qui, spredo Ecclesiæ ordine, sese temerè inferant & intrudant in Ecclesiasticas functiones, vel alienos coetus colligant, quibus diuellatur sancta Ecclesiæ coniunctio: nec esse propter scandala ab Ecclesiæ communione recedendum. Quod semper videmus fuisse ab Ecclesia

clesia traditum & obseruatum, quandiu aliquid  
 puritatis retinuit. Si vero tota (quantum appa-  
 rebit) Ecclesia corrupta fuerit, atq. adeo ipsius  
 corruptionis origo & fons in ipsis Pastori-  
 bus extiterit, & ab illis ad totum Ecclesiæ cor-  
 pus dimanarit: Si depresso atque abolito Dei  
 cultu, idololatria erecta: Si verus Sacramento-  
 rum ysus in vanas ceremonias ac supersticio-  
 nes commutatus: Si Ecclesiæ Disciplina in am-  
 bitiosum principatum & Tyrannidem con-  
 uersa fuerit: Tunc verâ legitimâmque Successio-  
 nem simul etiâ illic extinctam esse dicendū est.  
 Quis enim, siquidē propriè loqui velit, mortua  
 Doctrinâ, & vero Ministerio sublato, Ministe-  
 rij vim, & verâ successionē adhuc viuere & re-  
 spirare vñquā dixerit? & siquî sint, qui Pastores,  
 qui Episcopi nominentur, eorum ordinē ac se-  
 riem à Domino improbari, qui pro sua summa  
 & imperuestigabili sapientia, solet, quando vi-  
 sum fuerit, extraordinariis modis verum ordi-  
 nem Ecclesiæ restituere: Solet, inquam, exci-  
 tare, idque præter solitam & vulgatam ratio-  
 nem, certos homines ad id comparatos & in-  
 structos, quorum animos accendit vehemen-  
 tissimo pietatis zelo, & quorum os implet san-  
 ctissimo suo verbo cum omni efficacia & vir-  
 tute. Nee tantum eximios illos viros, tanquam  
 lumen clarissimum exhibet: sed etiam aperit  
 oculos hominum, vt eam lucem oblatam in-  
 tueantur, & emergentes ex tenebris, eos se-  
 quantur qui lucem præferunt, atque ita rursus

Quando  
 locus sit  
 extraor-  
 dinarie  
 vocatio-  
 ni.

ordo Ecclesiæ qui interruptus fuerat, instauratur: & tunc ille à nobis colendus est, & ordinaria Pastorum vocatio diligenter obseruanda.

**Ordinem solitum propter hominū pecunia inter Argum. 1. t. Sam. 2. I. Reg. 2.** Si quis huius rei confirmationem requiret, multa exempla multasque rationes suppeditabit Scriptura, quæ tollent omnē dubitationem. Primū, quanuis ordinaria Successio aedificata intercessit, commēdata esset in Israēlitica Ecclesia, ut Ministerium Ecclesiasticum, quasi hæreditario iure, à parentibus ad liberos, ex Dei verbo deferretur, aliquando tamē videmus illic propter peccata successionem fuisse interruptam. Cūm enim Ophni & Phinees, Heli Sacerdotis filij, omni vitiorum generi dediti essent, eorūque tam effusam licentiā aleret nimia patris indulgentia, eam ob causam Dominus pronuntiat sublaturum esse cā Sacerdotij Successionē, quæ diu in Heli familia permāserat. Dixeram (inquit, Dominus Heli sacerdoti) fore ut tua ac tui patris domus corā me perpetuō incederet, sed absit ut faciam, quin honore prosequar eos qui me honore prosequentur, & qui me contemnunt, ignominia afficiantur, ecce dies venient, quibus succidam brachium tuum & brachium patris tui, & quæ sequuntur; Tum subiicit, suscitabo mihi sacerdotē fidem, qui iuxta cor meū, & iuxta animum meū agat. Hæc autem Dei comminatio effectum habuit, maximè Solomonis tempore, cūm sacerdotium ab Heli familia sublatum fuit, cui tamen facta erat perpetuæ Successionis promissio.

Præterea cùm decem tribus Israëliticæ , au- Argu. 2.  
thore Ieroboamo, à vero Dei cultu recedétes, 1. Reg. 16.  
quibusuis idololatriis corrupte essent: Mittitur  
ad eos Elias propheta , vt illos ad veram reli-  
gionem sanctissima cohortatione reuocaret.  
Elias, inquam, mittitur , qui tamen non erat ex  
Sacerdotum ordine, sed præter ordinem excita-  
tus à Dcō, ad anuntiandum ipsius verbū Israë-  
litis, atque etiam ad sacrificiū in oculis to-  
tiū populi, quemadmodum narrat historia.

Expendamus etiam quid contigerit Silo, vbi Argum. 3.  
Dominus præsentiaꝝ suæ testimonium colloca-  
uerat, nēpe propter populi scelera, sublata inde  
arca foederis, nihil præter vastitatem solitudi-  
nēmque remāsisse. Cùm autem Iudæi sibi vana  
spe blandirentur , & nomen templi identidem  
iactantes, Diuinum interea cultum alienis ri-  
tibus corrumperent: increpantur à Domino  
per Ieremiam, his verbis: Faciā, inquit, huic do- Jerem. 7.  
mui super quam inuocatur nomen meum , &  
qua confiditis , & huic loco quem vobis de-  
di ac maioribus vestris , quemadmodum fe- Pontificū  
ci Silo, & vos reiiciam à facie mea. Quæ omnia nullo iure  
tandem exitus comprobauit.

Hic igitur quærimus à Pontificiis, num pos-  
sint proferre peculiarem aliquam promissio-  
nem eiusmodi Successionis, qualem habebant eos Mini-  
sterij suc-  
cessio, ut  
cunque ex  
roribus  
scateant.  
Iudei, cùm de Tēplo, tum etiam de Sacerdotio.  
Quòd si ea promissione sint destituti, quo tā-

sint corrupti & scateat infinitis erroribus, cum  
 Dominus Iudeos propter ipsorum peccata, &  
 suæ præsentiaæ testimonio, & publico suo cultu  
 priuauerit? Si Deus deseruit vetus illud tem-  
 plum, quod tanto fauore, tantisque promissio-  
 nibus exornarat: si reiecit veteres Sacerdotes,  
 quos suæ præsentiaæ testimonio toties decora-  
 uerat: si successiones ordinariae, easque expressæ  
 suo verbo fundatas, interrupit propter homi-  
 num peccata, num cedò alligabit, aut Ecclesiæ  
 alligatam esse patietur Pontificiorum Episco-  
 porum Successioni, qui & peculiari promissio-  
 ne sunt destituti, & innumeris corruptelis at-  
 que erroribus abundant? Hæc verba certè, &  
 quæ iam antea de Pontificiorum erroribus di-  
 cta sūt, nobis extorquet ipsa rei veritas: nec ita  
 vel detractandi, vel maledicendi studio loqui-  
 mur ( à quo profitemur nos esse penitus alie-  
 nos) sed ut simpliciter retin, ita ut est, describa-  
 mus. Neque id facimus sine gemitu, ac dolore:  
 sed Ecclesiæ Romanæ corruptionem deplora-  
 mus vñà cum permultis, etiam ex iis, qui in i-  
 psius verba iurauerunt.

*Arg. 4.*

*Eze. 44.*

Cæterum non omittendum est, quod Do-  
 minus per Ezechielem denūtiat Letitis ac sa-  
 cerdotibus, qui non obſtiterant idololatriæ  
 populi, sed in eiusdem sceleris societatem vñà  
 abrepti fuerat: *Lemani*, inquit, Dominus manū  
 meam contra illos, & inuenient iniuriam suam, ne-  
 que accedens ad me, ut mihi sacerdotio fungantur,  
 vtque adeant vñla sacra mea: *Ego autem eos ordi-  
 nabo*

nabos qui seruent institutū domus in toto ipsius servitio, & in omnibus quæ debent in apagri. Eò spectat etiam illa increpatio, quæ extat apud Osseam aduersus Sacerdotes Israelis: *Quando-* Ose.4.  
quidem, inquit, tu scientiam repulisti, reprobasti cetera ego te, ne sacerdotio mihi fungaris, & quia oblitus es Legis Dei tui, obliuiscar & ego filiorum tuorum, gloriam eorum in ignominiam commutabo: quod postremum eò diligentius obseruandum est, quod nominatim ad Successionem pertinet. Hic ergo paululum subsistant aduersarij, & nobiscum videant Pôtificiam successionem ab his duobus Prophetis, ceu grauissimis testibus, esse conuictam. Si enim Sacerdotes Israelitici, qui Sacerdotium ad suos hæreditario iure transmittebant ex Legis præscripto, exautorantur, & illo iure successionis priuantur, quia aberrantem populum in viam non reduxerât, sed illi se adiunixerant socios in idolorum cultu: quæ maiori ratione dicemus Pontificios iure Successionis excidisse, qui non modo non populum ab errore reuocarunt, sed etiam erroris authores extiterunt: qui non secuti sunt populū in vanis suis superstitionibus, sed quos populus in turpisimis illis terroribus secutus est: qui pro suis idolis, tanquam pro aris & focis, pugnacissimè decertât: qui denique erranti populo non tantum comites, sed etiam duces, non adfuerunt tantum, sed etiam præfuerunt? Eant nunc Aduersarij, & si possint, ius Successionis restituant Pôtificiis, quod illis Ezechiel,

Arg. 5.

Oseásque verbis apertissimis abstulerunt.  
 Sed quid pluribus de hac re contendimus?  
 quasi vero locupletior nobis sit querendus au-  
 thor, quam Christus ipse, qui cum Ecclesiam  
 ab infinitis erroribus & corruptionibus, ad sta-  
 tum purissimum traduxit, unde tandem sumpfit  
 Apostolos? num ex numero Sacerdotum? num  
 seruauit ordinariam Successionem in Ecclesiæ  
 reformatione? Nōne potius videmus Aposto-  
 los fuisse præter ordinem excitatos?

Cœclusio.

Quare maneat hoc certissimis rationibus fir-  
 matum, expressisque Scripturæ testimoniis exé-  
 plisque ita obuallatum, ut rescindi nullo modo  
 possit: Tunc Deum vti extraordinaria ratione  
 ad Ecclesiam instaurandam, cum illa videtur  
 omnino corruisse.

Applica-  
tio ad Pō  
tificios er-  
rores.

Iam quid de iis temporibus dicendum est,  
 quibus homines relictis Dei mandatis, huma-  
 nas traditiones secuti sunt? qui propemodum  
 sine puritate doctrinæ, sine legitima Sacramē-  
 torum administratione, sine recto vsu Eccle-  
 siasticæ Disciplinæ vixerunt: (si hoc viuere est,  
 ab ea vita quæ sola vitæ nomine digna est, re-  
 cedere) Nonne satis est argumenti ad agnoscē-  
 da irati Dei aduersus nos iudicia, cum propter  
 peccatum nostrum permiserit lumen illud ex-  
 est modis tingui, quod nobis debebat in vita moderanda  
 extraordi-  
 nariis ad  
 Ecclesiæ  
 reforman-  
 dam,

perpetuo prælucere? Quis igitur iure mirari  
 possit, si in tanta rerum perturbatione, Deus  
 qui in ipsa prima mundi conformatio*n*e iussit  
 lucem in mediis tenebris, ordinem in confu-  
 sione,

sione, & summā in tanta deformitate pulchritudinem exoriri, qui vocat ea quæ nō sunt, qui potest ex lapidibus excitare filios Abrahamos: Ille, inquā, cuius summa est atque infinita potētia, inexhausta bonitas, incōprehensum cōsilium, constantissima veritas, imperuestigabili sapientia, aliquos præter ordinem excitauit, qui vera Euangelijs prædicatione Ecclesiasticū ordinem instaurarent, & quemadmodum Pōtificij Ecclesiam quodammodo ex Ecclesia sustulerant, ita illi Ecclesiam Ecclesiæ redderent? Ergo idem, quod olim diluuij tēpore contigit, dicamus accidisse: vt enim tunc, aquis terram vniuersam occupantibus, Ecclesia non cōspicua quidem, sed in arca delitescens: vndis iactata, sed non obruta: fluctuans, sed non demersa cōseruata est, donec tandem foras & in lucē pro-  
 diit: Ita postquam diu delituit Ecclesia, huma-  
 nis erroribus propemodum obruta, eam Do-  
 minus, & quando voluit, & quibus modis vo-  
 luit, in lucem hoc tempore reuocauit.

Verūm obiiciūt aduersarij, ab aduentu Chri-  
 sti nullas amplius, nec fuisse, nec fore vocatio-  
 nes extraordinarias ad restituēdam Ecclesiam.  
 Nos autem petimus istius sententiæ aliquam  
 confirmationē. Habemus enī certa Scriptu-  
 ræ exēpla, quibus nitimur, & quorum vsum se-  
 quendum esse affirmamus, nisi aliquid illi ex-  
 Scriptura proferat, quod nos ab eorum exem-  
 plorum vnu possit auocare. Deinde (vt progre-  
 diamur vltterius) citamus testem Ioannem, qui

obiectio

ab aduentu

Christi

nullū esse

locum ex-

traordinaria

rius voca-

tionibus.

Respōsio.

Aduers.

obiectio

probatiō-

nibus de-

stituta, &amp;

Scripturae

testimo-

niis refu-

tata.

D. j.

in Apocalypsi agens de generali corruptione Ecclesiæ quæ futura erat, prædicit Deum excitaturū testes, qui Prophetēt aduersus Ecclesiæ corruptores, & bestiam ascendentem ex abyssō: & Angelos Euāgelizaturos incolis terre, ut vni Deo gloriam tribuant, reiectis Babylo-nicis erroribus: quibus significare voluit, Deū vſurum esse extraordinaria ratione in instauranda Ecclesia, nimirum excitatis quibusdam sanctis hominibus, qui, pura Euāgeliij prædicatione, restituendæ Ecclesiæ fideliter incumbérēt. Proferimus etiam locupletissimum illud Apostoli testimoniū, qui postquam prædixit futuram esse generalem *πονηστιαν*, subiungit fore, vt filium illum perditionis Dominus confiat Spiritu oris sui. Elegans sanè locus, & qui, si rectè expendatur, totam hanc quæstionem definit. Ex eo enim duo illa consequuntur, in quorum tractatione iam pridem versamur: Vnum, in generali illa Ecclesiæ corruptione successionem visibilem nullam supereſſe, vt *απεριστατων* nomen liquidò cōfirmat, quod successione contrarium est. Alterum instaurandam esse Ecclesiam pura Euāgeliij prædicatione, vt apparet ex his verbis: *quem Dominus conficiet Speritu oris sui*, cuius prædicationis rationem extraordinariam fore, vel ipsa verba satis indicant. Non enim ait, impium illum à ſeipſo conficiendum eſſe, ſed à Spiritu oris Domini, qui proculdubio opponitur blaſphemii, quas euomit *απνεάθη*, vt loquitur Paulus. Sic igitur

*Expenditur locus  
Pauli. 2.  
Theſſal. cap. 2.*

tur breuiter rem totam hac conclusione definiamus. Is qui sese Christo opposuit, & Ecclesiam, quantum in ipso fuit, sibi suis traditionibus ac decretis mancipauit, conficiendus est à Spiritu oris Dei, id est, à pura verbi Dei prædicatione: Constat autem illam nō esse apud eū, qui Ecclesiam corrupti, nec enim esset ~~annexa~~  
Aliunde igitur syncera Euangelij prædicatione debuit exoriri. Nec verò potest esse prædicatio, nisi sint qui prædicent, qui doceant, qui errores conuincant, veritatem afferant, Ecclesiam denique ex Dei verbo restituant. Ex his igitur efficimus, veros Doctores ac Pastores fuisse à Dōmino præter ordinem solitum excitandos, ut ita conficiantur errores & blasphemiae à Spiritu oris Christi, non à Spiritu oris Antichristi. Quod ita esse facile intelliget, qui rem ipsam propius inspexerit. Nam ipsum Dei verbum, ipsa Euangelij prædicatione secum infert Ministerium Ecclesiasticū.

Quid enim intelligis nomine Spiritus oris Dei? an vt è nubibus, vel ex ipso cœlo Deum loquenter audiamus? Minime verò. Sed Apostolus significat Deum suscitaturum esse pios Euangelij præcones, qui, vt stricto ense, ita verbo Dei proposito, hostem Christi, eiūsque blasphemias conficiant. His igitur expressis Scripturæ locis, extraordinariæ vocationes nituntur.

Verum hic nobis occurritur ab Aduersariis rias esse miraculis confirmādas.

Cōclusio.  
 Extraordi-  
 nariæ vo-

cationes  
 niti Scri-  
 ptura.

Obieclio.

Vocacio-

nes extra-

ordinaria-

rias esse

miraculis

confirmā-

das.

concilient; eos verò qui nostrarum Ecclesiarū fundamenta iecerunt, nulla miracula edidisse: Non igitur fieri posse ut eorum extraordina-  
ria fuerit à Deo vocatio.

*Respsio.* Antequam aliud respondeo, libenter quæ-  
*Matt. 12.* rerem ab Aduersariis, quid tandem dicturi sint  
*¶ 16.* ad hanc Christi sentētiā: Natio mala & adul-  
*1. Cor. I.* terina signum requirit. Et ad illud Pauli dictū:  
 Iudæi signum quærunt. Si enim, vel eo ipso tē-  
 pore quo donum miraculorum vigebat in Ec-  
 clesia, damnantur ij qui ad illa adhærescebant:  
 quantò minùs ferendi sunt, qui hoc tempore  
 flagitant miracula, cum illa docēdorum homi-  
 num ratio iampridem cessauerit, quemadmo-  
*Chrys. in* dum ipsi etiam veteres agnouerunt. Miror au-  
*Psal. 142.* tem, cum nos aduersarij toties cum Donatistis  
 comparēt (quām falso id quidem, iam ante di-  
 cītum est) hoc eos non animaduertere, quod  
 cum Donatistæ miraculis suam sentētiā pro-  
 bare vellent, fuerint grauiter ab Augustino re-  
 futati, qui potins illos in Scripturarum arenam  
 pertrahebat: Ipsi verò à nobis miracula exigāt,  
 licet apertissimis Scripturæ locis doctrinā no-  
 stram confirmemus. Vtri ergo potius videntur  
 Donatistas referre? Credant igitur Augustino,  
 quem illi cūm Donatistis manus conferentem  
 nobis solent obiicere. Sic enim alicubi: Ecclē-  
*De unit.* siam suam, inquit, demonstrent, si possunt, non in  
*Eccles. c.* consiliis Episcoporum suorum, non in signis & pro-  
*16.* digiis fallacibus, quia etiam contra ista, verbo Do-  
 mini preparati & canti redditis sum<sup>2</sup>: sed in prescri-  
 pto

pto legis in Prophetarum predictis, in Psalmorum cantibus, in ipsis Pastoris vocibus, in Evangelistarum predicationibus & laboribus, h. e. in omnibus canonice sanctorum librorum authoritatibus: Hec ille.

Quia vero placet Aduersariis, nullas esse possesse vocationes extraordinarias sine miraculis, doceant igitur quænam alia fuerint ab Abdia, Nahū & plurimis aliis veteribus Prophetis à Deo extraordinariè vocatis edita miracula, præter eorum quæ annuntiarunt veritatem. Atque, ut Chrysostomi verba usurpemus, Eccl. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 5510. 5511. 5512. 5513. 5514. 5515. 5516. 5517. 5518. 5519. 5520. 5521. 5522. 5523. 5524. 5525. 5526. 5527. 5528. 5529. 5530. 5531. 5532. 5533. 5534. 5535. 5536. 5537. 5538. 5539. 55310. 55311. 55312. 55313. 55314. 55315. 55316. 55317. 55318. 55319. 55320. 55321. 55322. 55323. 55324. 55325. 55326. 55327. 55328. 55329. 55330. 55331. 55332. 55333. 55334. 55335. 55336. 55337. 55338. 55339. 553310. 553311. 553312. 553313. 553314. 553315. 553316. 553317. 553318. 553319. 553320. 553321. 553322. 553323. 553324. 553325. 553326. 553327. 553328. 553329. 553330. 553331. 553332. 553333. 553334. 553335. 553336. 553337. 553338. 553339. 5533310. 5533311. 5533312. 5533313. 5533314. 5533315. 5533316. 5533317. 5533318. 5533319. 5533320. 5533321. 5533322. 5533323. 5533324. 5533325. 5533326. 5533327. 5533328. 5533329. 5533330. 5533331. 5533332. 5533333. 5533334. 5533335. 5533336. 5533337. 5533338. 5533339. 55333310. 55333311. 55333312. 55333313. 55333314. 55333315. 55333316. 55333317. 55333318. 55333319. 55333320. 55333321. 55333322. 55333323. 55333324. 55333325. 55333326. 55333327. 55333328. 55333329. 55333330. 55333331. 55333332. 55333333. 55333334. 55333335. 55333336. 55333337. 55333338. 55333339. 553333310. 553333311. 553333312. 553333313. 553333314. 553333315. 553333316. 553333317. 553333318. 553333319. 553333320. 553333321. 553333322. 553333323. 553333324. 553333325. 553333326. 553333327. 553333328. 553333329. 553333330. 553333331. 553333332. 553333333. 553333334. 553333335. 553333336. 553333337. 553333338. 553333339. 5533333310. 5533333311. 5533333312. 5533333313. 5533333314. 5533333315. 5533333316. 5533333317. 5533333318. 5533333319. 5533333320. 5533333321. 5533333322. 5533333323. 5533333324. 5533333325. 5533333326. 5533333327. 5533333328. 5533333329. 5533333330. 5533333331. 5533333332. 5533333333. 5533333334. 5533333335. 5533333336. 5533333337. 5533333338. 5533333339. 55333333310. 55333333311. 55333333312. 55333333313. 55333333314. 55333333315. 55333333316. 55333333317. 55333333318. 55333333319. 55333333320. 55333333321. 55333333322. 55333333323. 55333333324. 55333333325. 55333333326. 55333333327. 55333333328. 55333333329. 55333333330. 55333333331. 55333333332. 55333333333. 55333333334. 55333333335. 55333333336. 55333333337. 55333333338. 55333333339. 553333333310. 553333333311. 553333333312. 553333333313. 553333333314. 553333333315. 553333333316. 553333333317. 553333333318. 553333333319. 553333333320. 553333333321. 553333333322. 553333333323. 553333333324. 553333333325. 553333333326. 553333333327. 553333333328. 553333333329. 553333333330. 553333333331. 553333333332. 553333333333. 553333333334. 553333333335. 553333333336. 553333333337. 553333333338. 553333333339. 5533333333310. 5533333333311. 5533333333312. 5533333333313. 5533333333314. 5533333333315. 5533333333316. 5533333333317. 5533333333318. 5533333333319. 5533333333320. 5533333333321. 5533333333322. 5533333333323. 5533333333324. 5533333333325. 5533333333326. 5533333333327. 5533333333328. 5533333333329. 5533333333330. 5533333333331. 5533333333332. 5533333333333. 5533333333334. 5533333333335. 5533333333336. 5533333333337. 5533333333338. 5533333333339. 55333333333310. 55333333333311. 55333333333312. 55333333333313. 55333333333314. 55333333333315. 55333333333316. 55333333333317. 55333333333318. 55333333333319. 55333333333320. 55333333333321. 55333333333322. 55333333333323. 55333333333324. 55333333333325. 55333333333326. 55333333333327. 55333333333328. 55333333333329. 55333333333330. 55333333333331. 55333333333332. 55333333333333. 55333333333334. 55333333333335. 55333333333336. 55333333333337. 55333333333338. 55333333333339. 553333333333310. 553333333333311. 553333333333312. 553333333333313. 553333333333314. 553333333333315. 553333333333316. 553333333333317. 553333333333318. 553333333333319. 553333333333320. 553333333333321. 553333333333322. 553333333333323. 553333333333324. 553333333333325. 553333333333326. 553333333333327. 553333333333328. 553333333333329. 553333333333330. 553333333333331. 553333333333332. 553333333333333. 553333333333334. 553333333333335. 553333333333336. 553333333333337. 553333333333338. 553333333333339. 5533333333333310. 5533333333333311. 5533333333333312. 5533333333333313. 5533333333333314. 5533333333333315. 5533333333333316. 5533333333333317. 5533333333333318. 5533333333333319. 5533333333333320. 5533333333333321. 5533333333333322. 5533333333333323. 5533333333333324. 5533333333333325. 5533333333333326. 5533333333333327. 5533333333333328. 5533333333333329. 5533333333333330. 5533333333333331. 5533333333333332. 5533333333333333. 5533333333333334. 5533333333333335. 5533333333333336. 5533333333333337. 5533333333333338. 5533333333333339. 55333333333333310. 55333333333333311. 55333333333333312. 55333333333333313. 55333333333333314. 55333333333333315. 55333333333333316. 55333333333333317. 55333333333333318. 55333333333333319. 55333333333333320. 55333333333333321. 55333333333333322. 55333333333333323. 55333333333333324. 55333333333333325. 55333333333333326. 55333333333333327. 55333333333333328. 55333333333333329. 55333333333333330. 55333333333333331. 55333333333333332. 55333333333333333. 55333333333333334. 55333333333333335. 55333333333333336. 55333333333333337. 55333333333333338. 55333333333333339. 553333333333333310. 553333333333333311. 553333333333333312. 553333333333333313. 553333333333333314. 553333333333333315. 553333333333333316. 553333333333333317. 553333333333333318. 553333333333333319. 553333333333333320. 553333333333333321. 553333333333333322. 553333333333333323. 553333333333333324. 553333333333333325. 553333333333333326. 553333333333333327. 553333333333333328. 553333333333333329. 553333333333333330. 553333333333333331. 553333333333333332. 553333333333333333. 553333333333333334. 553333333333333335. 553333333333333336. 553333333333333337. 553333333333333338. 553333333333333339. 5533333333333333310. 5533333333333333311. 5533333333333333312. 5533333333333333313. 5533333333333333314. 5533333333333333315. 5533333333333333316. 5533333333333333317. 5533333333333333318. 5533333333333333319. 5533333333333333320. 5533333333333333321. 5533333333333333322. 5533333333333333323. 5533333333333333324. 5533333333333333325. 5533333333333333326. 5533333333333333327. 5533333333333333328. 5533333333333333329. 5533333333333333330. 5533333333333333331. 5533333333333333332. 5533333333333333333. 5533333333333333334. 5533333333333333335. 5533333333333333336. 5533333333333333337. 5533333333333333338. 5533333333333333339. 55333333333333333310. 55333333333333333311. 55333333333333333312. 55333333333333333313. 55333333333333333314. 55333333333333333315. 55333333333333333316. 55333333333333333317. 55333333333333333318. 55333333333333333319. 55333333333333333320. 55333333333333333321. 55333333333333333322. 55333333333333333323. 55333333333333333324. 55333333333333333325. 55333333333333333326. 55333333333333333327. 55333333333333333328. 55333333333333333329. 55333333333333333330. 55333333333333333331. 55333333333333333332. 55333333333333333333. 55333333333333333334. 55333333333333333335. 55333333333333333336. 55333333333333333337. 55333333333333333338. 55333333333333333339. 553333333333333333310. 553333333333333333311. 553333333333333333312. 553333333333333333313. 553333333333333333314. 553333333333333333315. 553333333333333333316. 553333333333333333317. 553333333333333333318. 553333333333333333319. 553333333333333333320. 553333333333333333321. 553333333333333333322. 553333333333333333323. 553333333333333333324. 553333333333333333325. 553333333333333333326. 553333333333333333327. 553333333333333333328. 553333333333333333329. 553333333333333333330. 553333333333333333331. 553333333333333333332. 553333333333333333333. 553333333333333333334. 553333333333333333335. 553333333333333333336. 553333333333333333337. 553333333333333333338. 553333333333333333339. 5533333333333333333310. 5533333333333333333311. 5533333333333333333312. 5533333333333333333313. 5533333333333333333314. 5533333333333333333315. 5533333333333333333316. 5533333333333333333317. 5533333333333333333318. 5533333333333333333319. 5533333333333333333320. 5533333333333333333321. 5533333333333333333322. 5533333333333333333323. 5533333333333333333324. 5533333333333333333325. 5533333333333333333326. 5533333333333333333327. 5533333333333333333328. 5533333333333333333329. 5533333333333333333330. 5533333333333333333331. 5533333333333333333332. 5533333333333333333333. 5533333333333333333334. 5533333333333333333335. 5533333333333333333336. 5533333333333333333337. 5533333333333333333338. 5533333333333333333339. 55333333333333333333310. 55333333333333333333311. 55333333333333333333312. 55333333333333333333313. 55333333333333333333314. 55333333333333333333315. 55333333333333333333316. 55333333333333333333317. 55333333333333333333318. 55333333333333333333319. 55333333333333333333320. 55333333333333333333321. 55333333333333333333322. 55333333333333333333323. 55333333333333333333324. 55333333333333333333325. 55333333333333333333326. 55333333333333333333327. 55333333333333333333328. 55333333333333333333329. 55333333333333333333330. 55333333333333333333331. 55333333333333333333332. 55333333333333333333333. 55333333333333333333334. 55333333333333333333335. 55333333333333333333336. 55333333333333333333337. 55333333333333333333338. 55333333333333333333339. 553333333333333333333310. 553333333333333333333311. 553333333333333333333312. 553333333333333333333313. 5

*Matt. 7.*

præfiniuerit qua possimus falsos à veris doctrinibus discernerem, nempe eos à suis fructibus esse dignoscendos: cur è non cōtenti, alias præterea temerè, & pro arbitrio, configamur? Itaque iudicetur, tum de Pontificiis, tum etiam de nostris Pastoribus, ex doctrina, quæ verus est fructus, atque etiam, si placet, vtrorūmque vita in disquisitionem vocetur. Quod si fiat, certò speramus, Deo fauente, nos facile in hac causa fore superiores: vt & postea nobis adhuc fusiùs dicendum erit.

*Ratio. 5.*

Postremò qui à nobis miracula flagitant, ipsi sibi iniuriam facere videntur, cum nos potius ad Scripturæ probationem arcessere deberent. Num enim alios libros, num alia scripta, quam Legis, quam Prophetarum, quam Apostolorum proferimus? Ergo, inquit Augustinus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione decerret. Annon etiam illi eosdem libros agnoscunt? Si igitur doctrinam nostram ex sacris literis spectata m probatāmque constiterit esse veram, quo tandem ore postulabūt, vt illa miraculis confirmetur? Nam si Apostolorū doctrina nostra est, cur non etiam Apostolorum miracula nostra erunt, quæ à Doctrina diuelli nullo modo nec debent nec possunt? Sin autem cōtendunt doctrinam, quam profitemur, esse falsam, cur non igitur eam falsitatis cōvincunt productis Christi & Apostolorum tabulis, quas reueremur, & quibus nos addictos, nostrāmque causam cum omni reuerentia subiectam

lectam esse volumus? Non audiamus (inquit Au*De unit.*  
gustinus) *Hac dico, hæc dicis, Sed audiamus:* *Eccles.c.3.*  
*Hæc dicit Dominus: tum addit: Sunt certè libri*  
*Dominici, quorum authoritati utrique consenti-*  
*mus, utrique credimus, utrique seruimus: ibi que-*  
*ramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram:*  
*Hæc ille, dum bonitate causæ, tanquam fortis-*  
*simis armis instructus, aduersarios in arenam,*  
*& apertum Scripturæ campum prouocabat,*  
*neque ad miraculorum probationem, tanquam*  
*ad latibulum refugiebat.*

Atque utinam qui tantum miraculorum de-  
siderium prae se ferunt, oculos aperiant ad tan-  
tam lucem, quam his temporibus Dominus ac-  
cendit, ut videant, quanta virtute, quam mira-  
dis modis, quot denique miraculis usus est in  
restituenda doctrinæ puritate, & collapsa Ec-  
clesia instauranda, ac reformanda: quibus, in-  
quam, miraculis Dominus sui verbi praecones habere-  
excitauit, confirmauit, in mediis periculis con-  
seruauit, & ex ipsis mortis faucibus saepissimè Hodie etiā  
saluos eripuit: quorum etiam labores tanto Dei mira-  
fauore & benedictione, ac tam prosperis suc- cula, que  
cessibus prosecutus est, ut quamplurimi euase- in instau-  
ranti noui quodammodo homines, dum ex su- randa Ec-  
perstitutionum, & idolatriæ tenebris, in puræ clegia clæ-  
religionis lucē educti sunt: quos perquam mi- rißimè e-  
rū est ex inquinatissimæ vitæ sordibus, ex gur-  
gite libidinum ac voluptatum emergentes, vt  
ad portū tutissimum ac tranquillissimum, ita ad  
sæcimoniæ, virtutisq; studiū animū appulisse.  
D. iij.

Vite in-  
tegritas & refor-  
matio ha-  
benda est  
miracu-  
lorum.  
In Matt.  
hom. 33.

Præclarè autem monet Chrysostomus, nunc cum externa miracula fieri desierūt, vitæ inno-  
centiam morūmq[ue] integratam miraculorū loco nobis esse debere. Si, inquit, ex anaritia in  
liberalitatem transieris, siccā & mancam manū recuperasti: Si, theatralib[us] Iudis spretis reliq[ue], cætus Ecclesiasticos petieris, claudicanti pedi in-  
columitatem restituisti: Si oculos tuos ab aliena  
forma & à meretricio aspectu renocaueris, cæcum  
te illuminasti: Si diabolicos cantus despexeris, &  
eorum loco spirituales Psalmos didiceris, i[n] loque-  
ris, cum antea mutus essem. Hac sunt maxima mi-  
racula, hæc signa eximia, quæ si faciemus, præclar-  
erimus & illustres, & vitæ eternam consequemur.  
Hæc ille: quibus veram certè edendorum hoc  
tempore miraculorum rationem nobis tradi-  
dit. Iстis autem plerisque miraculis (absit verbo  
inuidia) possumus summo Dei beneficio pro-  
fiteri nostras Ecclesias non esse penitus de-  
flitutas.

Sed si ne h[ec] quidem Aduersariis satisfaciāt,  
proferam ego miracula, quæ qui non attendit,  
eum profectō non crediderim, vel Israëlitis tu-  
tō per medias vndas trāseuntibus, vel aquis ex  
rupe miraculose profluentibus, vel aliis eius-  
modi miraculis vnquam potuisse commoueri.  
De maxi-  
mis Dei  
miraculis,  
que in  
prmis Ec-  
clesiis hoc  
tempore  
reforman-  
dæ initius  
extiterunt.

Nam simulātque primi huius nostræ Refor-  
mationis, quasi radij oborti sunt, quot cedò im-  
pedimenta opposita, quot nubes vndique col-  
lectæ, quot tempestates excitatæ fuerunt ab E-  
uangelijs hostibus, vt nascentem illam lucem ex-  
tingue-

tinguerent? quanto conatu Lutheri principiis *Doctoris  
prestatis & fortitudi-*  
 obſtituerunt, dum omnes in vnum Monarchæ  
 ac Principes, in plebeium: potentissimi & qui-  
 busuis armorum generibus instructissimi, In  
 nudū, inermē, & omni humano robore præfi-  
 diōq. deſtitutū insurget̄, ita vt ipſa potētia cū  
 infirmitate certare videretur? Quid Zuinglium,  
 O Ecolampadium, Caluinū, & plerisque alios  
 commemorem, qui etiam purę doctrinę lucem  
 nobis prætulerunt? Ecquid consilij & doli, ec-  
 quid fæuitiæ & crudelitatis prætermissum eſt,  
 ad renascentis Euangeliū primordia connellē-  
 da, & ad primos eius aditus obſtruendos? Tri- *Vris ac ſe-*  
 ftissimis & funeftissimis flammis tota prope- *uitia per-*  
 modum Europa colluxit, tota piorum ſanguini- *ſecutionū.*  
 neredūdauit. Interea vidimus sanctissimos E- *Martyrū*  
 uangelicæ veritatis assertores ac propugnato- *cōſtantia:*  
 res, in mediis ignibus, flammis ipſis illuſtrio-  
 res, tormentis fortiores, persecutoribus ſupe-  
 periores: vidimus, inquā, illos fæuiendo vičtos,  
 nostros autem patiēdo, vičtores extitifſe: ita vt  
 merito possimus hæc Tertulliani verba tan-  
 quam propria vendicare: *quoties metimur, plu-*  
*res efficiimur: ſemen eſt ſanguis Christianorum.* *In Apo-*  
 Et certè res tandem docuit, qua manu nos E- *log.*  
 uangelij hostes interficiendo demetebant, eā-  
 dem ſementem feciſſe, vnde Ecclesiarum no-  
 strarū ſeges vberrima surrexit. Quis igitur hæc  
 tanta Diuinae virtutis miracula non ſuspiciat?  
 quis non illorum attenta conſideratione mo-  
 tieatur? Quis huius nostræ Euangelicæ refor-

mationis Deum authorem & protectorem esse non agnoscat, qui mediis adeò infirmis v̄sus, voce, calamo, charta, sanguine, tanquam fortissimis machinis, in munitissimam P̄tificiorum arcem inuasit? Et adhuc Aduersarij miracula postulabunt, quos tot premunt & vrgent diuinæ virtutis miracula? Hoc sanè sibi dictum putent, quod Augustinus admiranda Dei opera celebrans *Hec*, inquit, *qui non videt cæcus: qui videt, nec laudat, ingratus: qui laudanti reluctatur, insanus est.* Quod si hæc ætas vel cæca, vel ingrata, vel mentis expers, tantam vndique circunfusam lucem, aut aspicere non dignetur, aut conetur extingueare, eam profecto (sic enim fore confido) posteritas intuebitur, & admiranda Dei opera quæ hisce nostris temporibus extiterunt, ab obliuione vindicabit. Mirabitur Martyrum nostrorum fortitudinem, prædicabit Dei virtutem in illorū patientia reluentē, celebrabit eorum in media morte, de ipsa morte, victoriam, conseruabit hoc perpetuum Diuinæ misericordiæ, potentiaz, & gloriæ monimentum, in quo omnes videant, & quos Deus ad afferendam suam veritatem elegerit, & quantis hostibus opposuerit, & quot victoriis coronarit. Sed sentio me iam longius esse prouectum, dum me fratrum amor, & inuictæ nostrorum Martyrum constantiæ gratissima recordatio pertraxit in sermonem longiorem. Sed de tantis rebus minus dici, à me non potuit. Quare (redeundum est ad

*De ciuit.**Dei l. l. c.*

7

ad propositum.) Frustra Aduersarij à nobis <sup>Conclusio</sup>  
 miracula flagitant, cum nostra doctrina ex- <sup>de mira-</sup>  
 presso Dei verbo nitatur, ex quo spectanda & <sup>culis.</sup>  
 indicanda est, non ex miraculis. Sed si tanto-  
 pere miraculis ducuntur, ecce infinita miracu-  
 la, quibus hac ætate Dominus Ecclesiam situ  
 & squalore Pontificio deformatam atque con-  
 sepultam è tenebris in lucem reuocauit. Quod  
 si tantum hunc fulgorem oculis, vel odio suf-  
 fusis, vel malitia perstrictis cernere non pos-  
 sunt, certè vel hoc vnum nobis erit maxi-  
 mum ac insigne miraculum, quòd illi in  
 media luce versantes, & ipsa Dei admiran-  
 da opera manibus propemodum tractantes, <sup>Hoc tñ E-</sup>  
 tamen, & videntes non videre, & palpan- <sup>uangelij</sup>  
 tes non sentire, & præsentes abesse videan- <sup>stupor,</sup>  
 tur. <sup>maximi</sup>  
<sup>miraculū.</sup>

Vt ergo summam faciamus eorum quæ à  
 nobis exposita sunt, cum tot errores iam à <sup>Brevis an-</sup>  
 multis sæculis in Ecclesiam irreperserint (vt o- <sup>tedictoriis</sup>  
 mnes coguntur fateri) &, quando id accidit, <sup>repetitio.</sup>  
 soleat Deus vti vocatione extraordinaria ad  
 restituendam Ecclesiam. Postremò cum Spi-  
 ritus Domini prædixerit, non tantum genera-  
 lem hanc Ecclesiæ corruptionem futuram, sed  
 etiam Deum excitaturum testes, qui puram  
 verbi Dominici prædicationem opponant er-  
 roribus in Ecclesiam inuectis, ita vt hominum  
 (qui amorem veritatis summa perfidiâ non  
 receperunt, quemadmodum loquitur Paulus)

blasphemiae sunt tandem à Spiritu oris Domini conficiendæ. Satis confirmatum esse existimamus quod à nobis propositum est: videlicet eos quorum operam Dominus primum adhuc uitad nostras Ecclesias colligendas, verè & legitimè fuisse vocatos ad illius munera functionē: ac potuisse ex Dei verbo, & veteris Ecclesiæ exemplis, restituere verum illum ordinē, quo nunc Ministri apud nos eliguntur.

*Aduersarij ab ipso  
communi  
sensu re-  
futati.*

Sed cur sumus longiores in huius quæstionis expositione? Lucet enim ipsa per se, &, nobis etiam tacentibus, satis suam veritatem prodit. Quid enim opus fuit tot scripturæ locos euoluere, cum res adeò sit in promptu, ut eam vel ipse communis sensus, & ratio definire videatur? Quotus enim quisque est, qui, vel ipso naturæ sensu dictante, non facile iudicet, cum Ecclesia non possit nisi pura Euangeliū prædicatione reformari, Si quando cōtigerit corruptionis Ecclesiæ & errorum, qui in ea pollulant, causam & quasi stirpem esse defixam in ipsis Pastoribus, tunc non esse expectandam ab iis qui Ecclesiam deformant, Ecclesiæ reformationem? Num (quod negat Christus) vt Satā Matt. 12. Satanam expellat? Num vt Ecclesiæ corruptores ciiciant, quod vtraque manu prehensum, ipsis etiam ore ac dentibus mordicus retinere conantur? Num vt pugnant aduersus errores, quos illi tam sibi defendēdos esse, quam mœnia, existimant? Num vt ea vitia damnent, quæ in numerum virtutum referunt, & quibus so-

uendis cura diligentissima incumbūt? Quoties *Qui ex  
Pontificiis*  
 vidimus cum plerique ex Pontificiis doctori-  
 bus se Reformatis Ecclesiis adiunxerunt, eos à  
 Pontificiis reiectos, damnatos, & indignis mo-  
 dis acceptos fuisse? *Pontificiis* *Doctori-  
bus se re-  
format&  
Ecclesiæ  
adiungunt,  
asperè &  
rudeliter  
tractātur*  
 tium est facere? Népe quod fieri solet in eo in-  
 staurando ædificio, quod omnino collapsum  
 est. Nam si non solum tectum & parietes cor-  
 ruerint, sed etiam ipsum, quo ædificium niteba  
 tur, conuulsum sit eversumque fundamentum,  
 idque causam ruinæ præbuerit: *Quis adeò ex-  
ficiis, ne-  
dum ipse  
studere ve-  
lint Ecclesie refor-  
mandæ.*  
 pers & ignarus fuerit architectus, vt super ve-  
 teris illius fundamenti ruinas constituat ædifi-  
 candum potiùs, quām nouum fundamentum  
 sanus iaciat? Similiter cum pastores, in quo-  
 rum constatia, & integritate quodammodo re-  
 cumbit Ecclesiæ status, erūt omnino corrupti,  
 tunc erit necessarium, illis relictis, alios à Do-  
 mino excitari, vt ita ædificium ab ipsis funda-  
 mentis ad summum usque perducatur. *Quæ cū  
vera sint, vt sūt verissima, efficitur, nulla ratio-  
ne à Pontificiis sperandam esse Pontificiorum  
reformationem, nisi fortè, vel ædificium à rui-  
na, vel lucem à tenebris expectare debeas, vel  
 ab ipso morbo petere medicinam. Atque in  
 summa (vt hic locus nō nostris, sed Christi po-  
 tius verbis concludatur) omnibus argumentis  
 Aduersariorum hanc vnam oppono Christi  
 sententiam: Si sal infatuatus fuerit, inquit, ad  
 nihil valet amplius, nisi vt abiiciatur foras.  
 Quia vero per ludibrium nos extraordinarios*  
*Mattt. 5.*

Ministros appellant, ita nobis statuēdum est, Extraordinarium dici duobus modis: Aut enim de iis intelligitur, qui ita ab ordine vero ac legitimo discedunt ut ordinem ipsum violant: atque hoc modo, cum Pontificij ab Apostolicis institutis, & à prescripto in sacris literis ordine defecerint, sunt proculdubio extraordinarij, & in ipsum ordinem iniuriosi. Aut Extraordinarium dicitur, cum à more solito, eoque corrupto, ita receditur, ut ad verum ordinem qui interruptus fuerat, redeatur, quod quidem primis nostris Doctribus vñsu venisse agnoscimus.

*Liber  
Spensai  
Doctoris  
Sorbonici  
refutatur.* Hæc sanè vel curiosis sufficerent, sed ut Aduersariis gratificemur, ac præfertim Doctori cuidam Sorbonico, qui suam cum Bucero disputationem conscripsit, iam progrediamur vltterius, & aliquid etiam dicamus dę ordinaria vocatione.

Siquid boni fuit in successione, vocatione, ordinatione, Ecclesiæ tūm cùm primos nostros Doctores Dominus excitauit, id totum in illicuisse si dixerimus, quid contrà obiicient Pōtificij? Num enim cedō, vel Iudæi, vel Turcæ, vel Barbari ac prophani homines, de reformatra Ecclesia primi verba fecere, ac non potius viri grauissimi, doctissimique Ecclesiæ Pastores & Doctores, quales fuerunt Vviclepadius, Ioānes Hus, Lutherus, Zwinglius Occolāpadius, Caluin⁹, Bucer⁹ & pleriq. alij, ex quorū fontibus, Ecclesiæ Germanicæ, Helveticæ, Saba-

baudicæ, Gallicæ & innumerabiles aliæ proflu-  
xerunt? Verum, inquiunt, exciderunt illi omni  
iure vocationis & successionis, eò quod ab  
Ecclesiæ Romanæ doctrina defecerunt: imò  
verò præclarissimè cum illis actum est, qui Obiect. I.  
Respsio.

Pontificiorum erroribus renuntiantes, ad Eu-  
uangelicam veritatem, Spiritu sancto duce, re-  
dierunt. Cum autem ex iis quæ antè dispu-  
tata sunt, atque adeò ex veterum Doctorum  
testimoniis apertè constiterit veram esse de-  
mum eam ac legitimam Ecclesiæ successio-  
nem, quæ constanter retinet doctrinam à  
Christo & Apostolis traditam, absurdissimum  
certè fuerit id opponere legitimæ successioni,  
quod unicum est legitimæ successionis funda-  
mentum.

Quòd si paucissimi illi ex Leuitis (qui alio-  
rum Sacerdotum erroribus & idolatriæ non  
consenserant) soli ius Sacerdotij obtinue-  
runt, vt extat apud Ezechielem Prophetam, Ezec. 44.  
cæteris omnibus exclusis, quis ergo non po-  
tiùs existimarit ius vocationis, successionis que  
penes primos nostro Doctores fuisse, quam  
penes eos, qui in suis erroribus obstinati per-  
manerunt?

Itaque cum huic argumento Doctor ille Obiect. II.  
Sorbonicus diffideret, aliud etiam com-  
miniscitur atque obiicit, primos nostros  
Doctores fuisse quidem Presbyteros, sed  
non Episcopos: itaque non potuisse a-  
lios Ecclesiæ Doctores constituere, cum

soli Episcopi ius ordinandi habeant: idque (inquit) non tantum humano instituto, sed etiam verbo Dei. Quæ sententia quā sit falsa iam videndum est.

*Respons.*

*Tit. I.*

*Act. 20.*

*Phil. I.*

*Eph. 4.*

Patet ex verbo Dei Episcopum & Presbyterum (qui quidem Ecclesiam doceat) re ipsa atque munere eundem esse: atque ita variis nominibus, rem eandem fuisse significatam. Sic enim Paulus ad Titum, huius rei causa, inquit, reliqui te in Creta, ut cōstituas oppidatim Presbyteros, sicut tibi mādaui: Siquis est in culpa t⁹, &c. Oportet enim Episcopū in culpatū esse, &c. Idem Apostolus ad Presbyteros Ephesios: Attendite vos ipsos & totū gregem in quo vos Spirit⁹ S. cōstituit Episcopos ad pascēdā Ecclesiam Dei. Et in Epistola ad Philippenses, Salutat sanctos qui erant Philippis vñā cum Episcopis & Diaconis. Et quibus omnibus satis patēre arbitror Paulo eundem fuisse Episcopum qui Presbyter esset ad docēdam Ecclesiam institutus. Deinde cūm Apostolus agit de muneribus Ecclesiasticis in Epistola ad Ephesios, Pa-  
stores quidem recēset & Doctores, nullum au-  
tem superiorem gradum Episcopis assignat: i-  
mō ne meminit quidem illius nominis, adeo vt  
necessē sit eos nomine Pastorum comprehen-  
di, quod quidem Presbyteris conuenire patet  
ex ca. 20. Act. & ex 1. Pet. 3. ne alij loci mihi cō-  
memorandi sint. Respondet autem Sorboni-  
cus, nominum quidem esse, sed non munerum  
confusionem. Verum enī muero quando Pres-  
byteri

Presbyteri vocatur Episcopi, ibi agitur non de nominib. ac titulis, sed de ipsa muneric fuctio- ne. Cum enim Paulus hortatur Presbyteros E- phesios ad suū munus legitimè obeundū, hanc addit rationem, quòd illos Spiritus sanctus cō- stituerit Episcopos: nō igitur ait eos vocari tā- tum, sed esse cōstitutos Episcopos. Ex quo ef- ficitur tot reuera tunc fuisse Episcopos Ephesi, a- quot erant Presbyteri & Pastores Ecclesiæ, a- deo vt planè iaceat illa responsio de sola nomi- num confusione.

Sed obiicit quod ait Paulus ad Timotheum, *Obiect. 3.*  
*Manus*, inquit, *ne cui citò imponito*: additque mā <sup>1. Tim. 5.</sup>  
 datū illud Pauli ad Titum de constituendis in  
 Creta Presbyteris: vtrunque autem Episcopum  
 fuisse, atque ea ratione ius ordinandi habuisse  
 contendit.

Primum autem nemini dubium esse arbitror, *Respons.*  
 quin nomine *χειροτονίας*, & impositionis manuū  
 tota ipsa significetur Electio. Nec enim voluit  
 Paulus, cæteris omnibus omissis quæ ad Electio-  
 nem rite peragendam pertinent, Timotheum  
 de sola manuū impositione cogitare: alioquin  
 quorsum ea, quæ in eligendo Episcopo requi-  
 ratur tam accurate, paulò antè descripsit. Cer-  
 tè non solas Timothei manus, sed & oculos,  
 & aures, atque imprimis acerrimum iudicium  
 requirebat, vt illi demum Ecclesiæ præficeren-  
 tur, qui ad tantum munus, quoad eius fieri po-  
 test, idonei essent. Electionum verò curam vni  
 Timotheo incubuisse ne ipse quidem Doctor  
 E.j.

Sorbonicus dixisset, qui ex frequenti veterū lectione didicerat olim Antistites Ecclesię nō a litter fuisse electos, quām iudicio totius cleri, & vniuersæ plebis consensu, adeò vt meritò dicere possimus in vnius Timothei persona Praelectos omnes Ecclesiasticos esse sui officij commonefactos. Quis enim vñquam ferat hoc cōcludēdi genus? Paulus Timotheo præcepit, ne cū citò manus imponat, nemo igitur præter Timotheū illic habuit ius ordinationis. Quid? In illa ipsa Epistola iubetur Timotheus sanam doctrinam proponere, fabulas reiicere, attendere lectioni, exhortationi, doctrinæ, & cetera eiusmodi, nū igitur illa omnia sibi vni Timotheus vēdicauit? nonne etiā pertinebant ad eos Presbyteros, quos Paul⁹ ipse testatur laborasse in sermone & doctrina? vñus igitur Timothe⁹ cōpellatur, vt in eo tāquā in speculo ceteri Ecclesię Pastores sui muneris rationē possint intueri.

Quod autem Timotheum Episcopū Ephesum Doctor appellauit, (eo quidem sensu, quo nomen Episcopi intelligit) nullo profecto Scripturæ testimonio cōfirmari potest: quinetiam manifestè repugnat his Pauli verbis, *Rogauit eis inquit, ut maneres Ephesi, cū proficisceret in Macedonia* (I. Tim. 1) ex quo intelligitur, Timotheū tantūmodo ad aliquod tēpus mansisse Ephesi, vt illic omnia cōponeret atque dirigeret ex Apostoli præceptis, quemadmodū ipsa historiæ series euincit. Si enim Timotheus remansit Ephesi cum Paulus in Macedonia proficisce-retur, vt ait ipse Paulus: Constat autem ex Luca

Paulum, peragrata Macedonia peractisque in  
 Gracia tribus mensibus, profecturum in Asiā,  
 Timotheum comitē assumpſisse, hinc certe pa-  
 tebit Timotheum Ephesi non diu fuisse com-  
 moratum: Paulū autem ita sēpē vsum fuisse Ti-  
 mothei, atque etiam, Titi opera, tā certum est,  
 quād quod certissimum, si modō Lucæ, & ipſi  
 Paulo fides habeatur. Quòd si Timotheus fue-  
 rit illarum omnium Ecclesiarum Episcopus, ad  
 quas ab Apostolo missus fuit, nā varium nobis  
 ac multiplicē Episcopum cōfinges. Sequetur e-  
 nim & Corinthiorū, & Philippensiū, & Thes-  
 salonicēsiū, & Ephesiorū (ne plures recenseā)  
 Episcopū fuisse. Cū autē Timothe⁹ paulò pōst  
 Epheso ad multas alias Ecclesias profect⁹ fuerit  
 (vt patet cūm ex Luca, tum ex ipſius Pauli Epi-  
 stolis) quāro, num discedente Timotheo, hoc  
 simul præceptū interierit, nemini temere man-  
 esse imponēdas? Quis porrō absente Timotheo  
 eos ordinabat, qui propemodū quotidie in illis  
 locis erāt ad Ecclesiæ ministeriū vocādi? num  
 tū apud Ephesios intermortua iace-  
 bat? Quid plura? ipsa certe Episcopatus natura  
 nō patitur, vt quis varias vrbes atq; prouincias  
 peragret (quemadmodū Timotheus faciebat)  
 cū potius hoc potissimū incubat Episcopo ac  
 Pastori Ecclesiæ, vt vni gregi astrict⁹ vnā cū suis  
 residenceat; quod etiā posteriores Pontificū Syno-  
 di saltē verbo ad hāc vsque diē agnouerunt.  
 Atque hoc vnum argumentum planè euertit  
 commentum illud de Timothei Episcopatu.

E.ij.

Quid verò si rogē, cur Paulus, Ephesiorū Presbyteris conuocatis, in grauissima illa cohortatione nunquā vnius eorum Episcopi meminērit, nunquam eum sua oratione appellarit, quē tamen (siquidem Pontificiis credas) non tātū in primis, verum etiam vnum propemodum admonitum oportuit: Sed omnes Presbyteros simul compellans, *vos*, inquit, *Spiritus sanctus constituit Episcopos ad pascendā Ecclesiam Dei.* Quid, quod Timotheus tum erat vnu ex Pauli comitibus, vt testatur Lucas? Ecquando potius elucere debuit ille splendor Episcopat⁹ Ephesini, quām cum Paulus tā piē de Ecclesiæ salute difserebat, & tā sancte Pr̄fectos omnes cohortabatur ad intercludēdā lupis viam, alioquin totū gregē dissipaturis? verū huic disputationi Paulus ipse modū imponit, cū expressis verbis Timotheum vocat Euangelistam (qui gradus tantum ad aliquod tempus in Ecclesia locum habuit) alios autem fuisse Euangelistas ab ordinariis Ecclesiæ Pastoribus apertè docet Apostolus in Epist. ad Ephesios. Nonne igitur, iam inquires, Timotheus fuit Pastor & Doctor? Certè: sed Ecclesiarum Doctor, non peculiariter vnius Ecclesiæ. Atque hoc Euangelistarū munus in primordiis Ecclesiæ necessarium quidem, sed tamē fuit temporarium: adeò vt perperam sicutiant qui Timothei exemplum adhibēt ad Primatum Episcopalem (quē illi perpetuū in Ecclesia esse volūt) cōfirmādū. His igitur perspectis manifestū esse arbitror longè

Act. 20.

n. 4.

2. Timot.

4.

Ephes. 4.

lōge falli doctorem Sorbonicū, dum *χειροτόνων*  
 Presbyteris denegat, tanquam Episcoporum  
 propriam, eò quòd Timotheus apud Ephesios  
 manus imponebat iis, qui ad Ecclesiastica mu-  
 nera vocabantur. In quo argumento duos er-  
 rores animaduertimus. Primum enim non se-  
 quitur, quod de Timotheo affirmatur, de Pres-  
 byteris Ephesini negari, qui etiam non ideō  
 minus docere debuerunt, quod iubatur Timo-  
 theus lectioni, exhortationi, doctrinæque at-  
 tēdere. Atq; ut nominatim agamus de manu  
 impositione, constat cum fuisse veteris Eccle-  
 siæ morem, ut à pluribus manus imponerentur.  
 Sic viris illis septē, quos primos Diaconos ap-  
 pellamus, non vnu ex Apostolis, sed Apostoli  
 manus imposuerunt, quemadmodū narrat Lu-  
 cas. Sic etiam Paulo & Barnabæ impositæ sunt  
 manus ab iis, qui Antiochenam Ecclesiam ad-  
 ministrabant. Sic denique Timotheo non tan-  
 tum Paulus, sed etiam *πειστήσας* id est, Presby-  
 terorum cœtus manus imposuit. Hoc enim τὸ  
*πειστήσας* significare patet ex 22. cap. Lucę, & ex  
 aliquot veteribus. Sed si maiis nomē τῷ πειστή-  
 σας intelligere ipsū mun<sup>o</sup> Presbyteri, nihilomi-  
 nus causā obtinebo, sequetur enim ad Presby-  
 teri mun<sup>o</sup> pertinere, eò vt man<sup>o</sup> imponat, cū id  
 Timotheo Presbytero licuerit. Sed hoc omni-  
 no ponendū est extra omnē disputationis aleā,  
 man<sup>o</sup> olim impositas fuisse à plurib<sup>o</sup>: quò fit, vt  
 peruersū fuerit istud ratiocinādi genus: Si Ti-  
 motheus manus imposuit, ergo sol<sup>o</sup> imposuit,

E.iii.

Act. 6.  
Act. 13.

exclusis Presbyteris. Postea verò, crescēte Presbyterorū numero, vn<sup>o</sup> ex illis electus est qui cæterorū nomine manus ordinandis imponeret. Hinc superior Episcoporum dignitas, qui tādē nō Presbyteros tātūm, sed potētissimos quoque Principes, Reges, atq; ipsos Imperatores, non tātūm suis manibus, sed etiā(ne Romanos Episcopos obliuiscamur) pedibus subiecerunt. Sit igitur hic prior error Sorbonicæ cōclusio-nis. Alter csl, quod etiāsi daremus, Timotheum inter Ephesios solūm manus imposuisse, quādiu quidē apud illos cōmoratus est, nō tamē propterea sequeretur factum id esse eò quòd Episcopus, sed potius quòd Euangeliſta fuerit, & absentē Apostolū quodāmodo repræsentarit. Verum si absque contentionis studio rē ipsam intueamur, facile videbimus, in vni<sup>o</sup> Timothei persona, omnes Ecclesiæ præfectos sui officij admoneri, vt antè diximus.

*Obiect. 4.* Atenim, inquit, Sorbonicus, iste ita veteres de Timotheo, atq. etiā de summo illo Episcoporum gradu censuerunt damnatis Aerianis, qui Episcopos cū Presbyteris exæquabāt. Primum nolo excipere quod ait Ambrosius Timotheū idcirco Episcopum fuisse, quia inter Presbyteros primus erat. Hoc tantūm dico, frustra nos huma-næ traditionis puteos fodere, cum aperti sint Scripturæ fontes, ex quibus tota hēc questio facile definitur, vt antea dictum est: sed qui veteres citant in hac causa, audiant vicissim quid olim hac de re aliqui ex veteribus tradiderint.

IRE-

IRENAEVS agens de veris ac legitimis Pres Lib. cap.  
byteris: *Qui cum Episcopatus successione, inquit,*<sup>43.</sup>  
*charisma veritatis certum secundum placitum*  
*Patris acceperunt.* Et paulò post: *Tales Presby- Lib. 4.*  
*teros nutrit Ecclesia de quibus & Propheta ait, cap. 44.*  
*Dabo principes tuos in pace, & Episcopos tuos in*  
*institia: Ecce, eosdem vocat Episcopos quos*  
*antea Presbyteros appellauit, & Presbyteris*  
*tribuit Episcopatum.*

AMBROSIVS, Primum Presbyteri Episcopi In 4.ad  
appellabantur, ut recedente uno, sequens ei succe- Ephe:  
deret. Denique apud AEgyptum Presbyteri con-  
signant, si presens non sit Episcopus. Sed quia cæpe-  
runt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad pri-  
matus tenendos, immutata est ratio prospiciente  
Consilio, ut non ordo sed meritum crearet. Idem:  
Episcopus est primus Presbyter, &c.

HIERONYMVS: Apud veteres, idem Epi- In I.Ti-  
scopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen di- mot. 3. Ad Oced  
gnitatis est, hoc etatis. Idem: *Apostolus perspicue*  
*docet eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos, &c.* Ad Eua-  
*Quod autem postea unus electus est, qui ceteris grum.*  
Preponeretur in schismatis remedium factum est,  
ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam  
rumperet, &c. Idem, Presbyteridem est qui Epi- In I.caps.  
scopus. Et antequam Diaboli instinctu studia in  
Religione fierent, & diceretur in populis: *Ego sum*  
*Pauli, ego Apollo, ego autem Cepha, cōmuni Pres-*  
*byterorū consilio Ecclesia gubernabuntur, postea in*  
*toto orbe decretū est, ut unus de Presbyteris electus*  
*superponeretur ceteris, ad quē omnis Ecclesia cura*  
E. iiiij.

pertineret, & schismatum semina tollerentur &c.  
Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis Dominica veritate Presbyteris esse maiores, &c.

*Epiſt. 19.* AVGVSTINVS: Quanquam secundū honoris vocabula, que iam Ecclesiæ ius obtinuit, Episcopus Presbyterio maior sit, tamen multis in rebus Augustinus Hieronymo minor est, &c. Idē: In Alexandria, & per totam Aegyptū, si deſit Episcopus, consecrat Presbyter. Verbum autem consecrandi usurpatum fuisse ad ordinationem significandam manifestum est ex ipsis veteribus.

Hæc & plerāque similia veterum testimonia apud se meditentur & expendant Aduersarij, quandoquidem pluris faciūt authoritatem veterum, quam ipsos planos Scripturæ locos. Sed cur tandiu de hac re disputamus, ac non potius ipsam rerum naturam audimus, vt ea nobis uno verbo totam hanc quæſtionem explicet? Si enim Presbyteris sacrosancta Evangelij prædicatio commissa, si Baptismi administrandi, ac Cœnæ Dominicæ celebradæ munus creditum est, si Electiones Ecclesiasticæ Presbyterorum iudicio faciēdæ sunt, Ecquid erit cauſæ, quam obrem non possint Electum sanctis precibus, & manuum impositione Deo consecrare? Quid enim aliud est eiusmodi consecratio, quam totius Electionis perfectio? Si ergo Pres-

Presbyterorum opera in cæteris Electionis Ecclesiasticæ partibus, iisque longè difficilioribus, requiritur, cur, cum ad ordinationem, tanquam ad fastigium, ventum est, tum illi quasi indigni ac prorsus inutiles, manum operi admouere prohibeantur? Paulum saepè audimus Euangelicam prædicationē, quæ ad Presbyterorum munus pertinet, verbis magnificis extollentem, saepè sibi ius prædicandi vendicat, cur non ille potius summum hoc ius ordinationis in mediū proponit? Mirum autem quid fiat, ut quoties agitur de Presbyterorum auctoritate afferenda, hæc Hieronymi verba identidem inculcent Pontificij (quæ vtinam rectè intelligant) *Ad quorum preces, inquit, corpus & sanguis Christi conficitur, atque interim ius ordinandi ipsis Presbyteris denegent. Obscurò, vtrum maius est manus imponere, an Christi corpus & sanguinem precibus conficeret?* Itaque qui Presbyteros à *χειροτονίᾳ* excludunt, illi profectò vim ac naturam ipsius *χειροτονίας*, & quid sit ipsum Presbyteri munus penitus ignorant.

Quare, ut aliquando à Doctore Sorbonico discedamus, ex iis, quæ à nobis disputata sunt, manifestum esse cōfidimus, rectè olim D. Bucero dixisse, Si quid boni fuerit in vocatione & successione Ecclesiæ, tum, cùm primi nostri Doctores in medium prodierunt, id totum apud illos exitisse: neque mirandum si Doctoris Sorbonici cum D. Bucero disputatis diluta

infirmaque argumenta, non potuerint tam  
virum à sententia dimouere.

Nunc autem amplius etiam à nobis hoc dicendum est, Siqua sit Pastorum Successio adeo necessaria ut illi volunt, eam potius apud Pastores nostros, quam apud Pontificios posse reperiri. Quamobrem, inquis? quia siqua Successio esset necessaria, eam proculdubio veram & legitimam esse: non autem fictam, adumbratam & solo nomine ac titulo constantem dicendum est. At in hac re de qua agimus, non erit vera successio, si tantum nomini, titulo, ac personis, sed si muneri succedatur. Nec enim hic agitur de patrimonio, ac fundo qui iure hereditario cuiquam obueniat: sed de munere, eoque longè præstantissimo ac difficillimo, & cuius functio expresso Dei verbo fundata est. Ex quibus intelligitur, neminem iure posse dei Episcopo succedere, qui non sit Episcopus, alioqui non esset officij, sed tantum nominis, atque ita falsa & adumbrata Successio: nos autem de vera ac legitima disputamus. Iam vt aliquis sit Episcopus, non satis est si appelletur Episcopus, nisi etiam simul id habeat quod illo nomine significatur, aut certè nobis persona & larua loco veri vultus exhibebitur: & nominatim Paulus vocat Episcopatum, opus: vt intelligamus, ubi non fuerit opus, ibi Episcopatum non esse. Videte (inquit Hieronymus) quid dixerit: bonum opus desiderat: non dignis-

In Sophō.  
c. 3.

gnitatem : Si autem despecto opere solam asper-  
xerit dignitatem , citò corruit turris in Siloa,  
& excelsæ cedri fulmine feriuntur , & erecta  
terrix frangitur , & cygnus extento collo , &  
in sublime tendens inter immundas volucres  
computatur. Hæc ille. Concludimus igitur eos  
nec Episcopos , nec Episcoporum successores  
esse posse , apud quos non reperitur opus &  
fundatio Episcopatus. Siquis autē roget , quid-  
nam requiratur ab Episcopo : Respondemus  
ex Paulo , primūm ut legitimè vocetur , deinde  
ut rite officio fungatur. Iam ergo pastores  
Pontificios cum nostris Pastoribus confe-  
mus , ut ex ista collatione manifestum fiat , qui-  
nam verius dici possint habere hæc duo ,  
quæ Episcopo necessaria sunt , nempe legitimi-  
mam vocationem , & fidelem munera functione-  
nem.

Quantum ad vocationem attinet , cum or-  
dinariam ac perpetuam successionem tanto-  
pere iactent Pontificij ( ut antè vidimus ) eo-  
rum igitur vocatio exigenda est , & dirigen-  
da ad regulas generales & ordinarias , quæ ver-  
bo Dei præscriptæ sunt : videlicet ut ante-  
quam Episcopi esse possint , serio probe-  
tur eorum doctrina , probentur mores : ut si  
constiterit eos esse pura doctrina , sanctis  
moribus , & aptos ad docendum , tum elegantur ,  
admittantur , & approbentur communi Eccle-  
siarum consensu , quibus illi præficiendi sunt.  
Hæc de vocatione . Quantum vero spectat

*Collatio  
Episcopo-  
rum Pon-  
tificiorum  
& Pastro-  
rum Eccle-  
siae Refor-  
mate.*

*De Epis-  
copis Pon-  
tificiis.*

ad functionē muneris, necesse est ut pura verbi Dei prædicatione suum gregem instituant in pietatis doctrina, sacramenta administrent ex Christi instituto, moneant, arguant, consolentur, & vitiorum ac scandalorum fôrdes abstergant spirituali Ecclesiæ disciplina.

*Pontificio  
ri Episco  
porum a-  
busus &  
corruptio-  
la, ex qui-  
bus qui-  
nis indi-  
cet eos ne  
que legi-  
timè, vo-  
cari, ne-  
que legiti-  
mè offi-  
cio fungi.*

Hic testes citamus oculos omnium, adeoque eorum qui religionem Romanam profitetur, qui vident Sacerdotiorum, atque, ut illi vocat. Beneficiarū permutationes, & nūdinas quotidianas, vidēt quibus gradibus ad Sacerdotiorū thronos ascēdatur, vidēt numeratis & expēsis, non suffragiis, sed pecuniis constare Pontificias electiones. Denique vident quanta scilicet cura & diligentia fungantur Episcoporum & Pastorum munere, qui magnificis eiusmodi titulis gloriantur, & quantopere, vel de sua, vel de gregis salute sint solliciti: dicant igitur illi, num Pontificij Episcopi, & suo nomini, & verbi Dei præscriptis respondeant, an verò in eorum numero censendi sint, quos Gregorius dicebat habere potius nomen honoris, quam effectum virtutis: & quos aliquando Bernardus Epist. 42. conquerebatur temerè ad dignitates Ecclesiasticas currere, quasi tunc quisque sine curis vieturus sit, ubi ad Curas peruerterit. Ergo Pōtificiorum vocatio hac breui conclusione facile concidet. Nulla enim unquam ordinaria vocatio, vel fuit, vel erit sine electione, nisi unâ litura, & Scripturam ipsam, & veteres omnes historias deleueris. At nulla est electio apud Pontificios,

*Hom. 17.*

ficos, sed se potius intrudunt ad Ecclesiasticas dignitates, (hoc enim, quanquam inuitum, ipsa rei veritas cogit dicere) & admissis equis pro- perant, currunt, aduolant, vt ad prædam, sic ad sacerdotia rapienda, & in hoc vno elucet sum- ma ipsorum diligentia: Inde consequitur, nec sine electione vocationem, nec sine vocatione Successionem Ministerij ullam esse posse.

Ex altera parte sedulò ac seuerè inquiratur in nostrarū Ecclesiarum Pastores, discutiatur eorum electio, & ipsius muneris functio vestigii omnibus indagetur, non dubitamus, quin facile cōstet, illos apud nos eligi ex legibus Apostolicis (qui locus posteā in quarto Tractatu fusiū à nobis erit explicandus) &, quantum Dominus concedit, animo conniti & summo labore contendere, vt omnes sui muneris partes diligenter expleant, cùm Euangelij prædicatione, & administratione Sacramētorū, tūm etiam admonitionibus & publicis, & priuaris, & ipsa Ecclesię Disciplinę obseruatione. Quod tamen sine inuidia dictum velim: atque utinam in dies magis ac magis proficiant in iis exequendis quæ ad tantum munus pertinent.

Quid tandem igitur in Episcopis Pontificiis reperias, ex quo iudices veram Ministerij Ecclesiastici successionē apud illos potius, quàm apud nostros Pastores residere? Illi sese intrudunt, hi legitimè vocantur: Illi titulo, hi muneris successerunt: Illi honores ambiunt, hi onera suscipiunt: Illi Episcopatus inanem tantū vni-

*Quenā sit  
Episcopo-  
rum Pon-  
tif. dili-  
gentia.*

*Neque si-  
ne electio-  
ne voca-  
tio: neque  
sine voca-  
tione, suc-  
cessio Mi-  
nisterij es-  
se potest.*

*De Refor-  
mate Ec-  
clesiae Pa-  
storibus.*

*Ecclesiæ  
Reforma-  
te Pa-  
storibus  
res in casu  
successio-  
nis sunt  
preferendi  
Episcopis  
Pontificiis,*

bram sectantur, hi veram Episcopatus administrationem, & quasi solidum eius corpus retinent: Illi nominis usurpatores, hi rei ipsius veri possessores: Illi in alienū irruerunt, hi in suum locū immigrarunt: Illi dicuntur, hi sunt Pastores, & ea quæ Pastorum sunt fideliter exequuntur: Illi, ordine præpostero, volunt esse Pastores ut pascatur, hi verò sèpissimè extrema quæ patiuntur, ut pascant gregem Domini puris concionibus, ut errantes reducant ad ouile Christi, ut languentes confirment, consolentur & reficiant. Itaque si illi demùm veri Episcoporum Successores censendi sunt, qui succedunt non vano nomini, sed muneri (ut iam antè diximus) consequitur nostros potius Pastores, quam Pontificios Episcopos habendos esse pro veris Episcoporum successoribus.

*Comparatio P̄o-  
tificiorum  
cum vete-  
ribus E-  
piscopis.* Hic autem lectores rogamus, ut non tantum Apostolos & Euangelistas, verum etiam pios illos veterum Ecclesiarum Episcopos sibi ante oculos ponat, quorum officia & studia eluxerunt in ædificanda Christi Ecclesia. Reuocent in memoriam primos illos Romanos Episcopos, qui puram Euágelij doctrinam, & sanctis concionibus promulgarunt, & ipso tandem sanguine obsignarunt. Intueantur animo Cypriani summam in exequendo suo munere diligentiam, sanctissimam in omnibus virtutib[us] partibus integritatem, fortissimam in ob-

beunda morte pro Christi confessione , constantiam. Contemplentur Alexandrum, Athanasium , & plerisque alios strenuos ac fortis Ecclesiæ duces , qui Arianam hæresim ac innumerabiles alios errores, & scriptis & voce profligarūt. Postremò infinitam hominum multitudinem ad Gregorij, Chrysostomi, Augustini cathedram currentem , & vndeque circumfusam, atque ab ipsorum ore pendetem sibi adhuc videre videantur. Contrà verò considerent quid iam inde à multis seculis fecerint Episcopi Pontificij , qui se illorum successores appellant, quidue adhuc factit , vel potius, quid non faciant, cum vix unus ex millibus, videat eum gregem, cui se præfectum esse dicit, nedū apud illum resideat, munera obeidi gratiâ, tum dijudicent quantum illi de spatio curriculoque veterum Episcoporum deflexerint, & ab eorum sanctissimis laboribus delapsi ad optimam (plura dicere reformidat oratio ) non omnem modo succum ac sanguinem , sed etiam colorem & speciem veteris Ecclesiæ penitus amiserint. Quousque igitur audebunt Aduersarij: rerum sacrarum corruptionem coniungere cum veterum Episcoporum integritate, tanquam meretricem in matronarum cœtum adducere.

Quamuis autem nostra sententia non tot, tamenque rationibus niteretur, hoc unum satis sufficeret esse argumentum, quod omnes quot-

Hec una  
ratione  
conuelli-  
tur Pon-

tificiorum quot sunt Ecclesiae Romanæ Episcopi, à Romani Pontificis fontibus deriuantur, & ex eō totū ius suæ vocationis & electionis hauriunt. quia dependet ab At iste Pontificius Primatus, & verbo Dei cō-Romanio trarius est, & ipsis veterib⁹ Episcopis incognit⁹ Pontifice, tus, nec vñquam locum in Ecclesia habuit: vel qui timet ipse nul- potius Ecclesiam ipsam occupauit, quādiu ve- lan voca- ri Ecclesiae Episcopi superfuerunt. Et certè qui tione ha- nuper à nobis miracula postulabant, nunc no- bet, tātum bis aliquid mōstri & prodigi⁹ simile obtrudūt, abest ut dum volunt Episcoporū vocationem ratam eam aliis & legitimam esse debere, quoniam tota depē- impetrat. det à Romani Pontificis autoritate, qui tamē ipse omni prorsus vocatione destitutus est, vt fusiūs in nostrorum Doctorum libris expo- situm est, vbi ex professo hæc quæstio tractatur.

Pontificio Quinetiam si ad veteres canones, quibus to- rum voca- tæ Pontificiorum scholæ personant, illorum tionem e- omnium vocatione exigatur, vix vñus erit, ac ne- tiam ipsa Pontifica decretā dānant. vix quidem, qui possit suam vocationem asse- Colloquii rere, tantum abest ut iure sibi vendicent con- Poissia- tinuam successionem. Et hoc ipsis præsentibus cense. Episcopis, à nostris Pastoribus, firmas huiusc rei probationes vlt̄o adducere paratis, aliquā- Pontificio rū successio- do fuit obiectum.

fio & ro- Iā rgo peruenimus ad huius Tractatus cō-  
catio cor- clusionem, quam ego priusquam penitus ab-  
gibus Di- soluam, hue & Diuinis & humanas leges con-  
uinis, & hu- uocabo, ut concurrant, & coniunctis viribus in-  
manis Labefacta Pontificiam Successionem impetum facientes  
et. eam nobis funditus euertant. Nam si ille Pa-  
stor

stor non est qui aliunde quam per ostium, id *Io. 10.*  
 est, per Christum ingreditur in caulam ouium, *I. Tim. 3.*  
 ut ipse Christus docuit: si, ut quis sit Episcopus, *Tit. 1.*  
 cum necesse est legitimè probari, eligi & ab *I. Tim. 3.*  
 Ecclesia recipi, ut verbo Dei præscriptū est: si  
 Episcopatus est opus, quemadmodum Paulus  
 definiuit: si qui pastores sunt, debent pascere  
 gregem, non turpiter affectantes lucrum, sed  
 prompto animo, nec ut dominantes cleris, sed  
 ut exemplaria gregis, ut Petrus admonuit: si qui  
 in Ecclesia loquitur, debet ipsa Dei eloquia  
 proferre, ut idem Apostolus præcepit: si Pres-  
 byteros *την κεφαλια* & legitima Ecclesiæ electio-  
 ne instituendos esse Paulus & Barnabas exem-  
 plo suo docuerunt: ecquid, cedo, loci supere-  
 rit Episcoporum Pontificiorum vocationi & *Act. 14.*  
 Successioni? Rursus, si, qui alienis cultibus pol- *Lib. 2.*  
 luuntur, non possunt esse Episcopi, ut sancte *Ep. 4.*  
 tradidit Cyprianus: si Episcopus non est, qui *Quest. 65.*  
 praeselle cupit, non prodesse, ut censuit Augu- *Quest. ult.*  
 stinus: si Episcopus mortuus est, è cuius ore *Ep. 24.*  
 nullus sonus exit, id est, qui non prædicat ver- *Can. Ap.*  
 bum Dei, ut aliquando dixit Gregorius (liben- *Conc.*  
 ter enim prætero Sacerdotes Pontificios qui *Chalced.*  
 non tam aliis quam sibi canunt:) si, qui pecunia *c. 2.*  
 aut fauore Principum ad Episcopatum perue- *Conc. Ad*  
 niunt, Episcopi non sunt, nec habent ius insti- *tioch. c. 23.*  
 tuendi alios Episcopos, ut veteres Canones sta- *¶ 19.*  
 tuerunt: si tandem huc res rediit, ut Episcopa- *Qua ra-*  
 tus & sacerdotia iam non sint Ecclesiæ mune- *tione sa-*  
 rafid est, officia: sed Principum munera, id est, *cerdotia*  
*Pontif. pos.*  
*sunt dici munera.*

dona: si Episcopus eligi non potest absque Sy-  
 nodo, & ubi secus factum fuerit, talis institutio  
 nullius sit momenti; si qui sacros (vt vocant) or-  
 dines vel vendunt, vel emunt, Sacerdotes non  
 sunt, vt veteribus Canonibus sanctum est: si,  
 vt iidem Canones definiunt, schismatici nihil  
 prorsus habent iuris in Ecclesia: si Papa Euge-  
 nius schismatis damnatus, nihilominus permá-  
 fit in Papatu, & ab eo cæteri postea Pontifices,  
 Episcopi & Sacerdotes profluxerunt: si, inquā,  
 hęc omnia agnoscunt, tradūt, probant, vel cer-  
 tè improbare non audent ipsi Romanæ Eccle-  
 siæ propugnatores, ecquis vñquam suscipiat  
 causam Pontificiæ successionis, quæ ipsis Pon-  
 tificiorum legibus ac decretis damnata est: aut  
 quis eos alieno regat clypeo, qui suo se gladio  
 ipsis iugulant?

*Conclusio*      Audiamus igitur ipsam veritatem, quæ sua  
 potius      quodammodo voce nostrum hunc Tractatum  
*Tractus*. concludit, & totam quæstionem definiens, pro-  
 nuntiat, Cùm in Episcopis Pontificiis nihil sit  
 eorum quæ ad veram Episcoporum vocationē  
 & munus pertinent, sed in ipsis omnia illi voca-  
 tioni & muneri contraria reperiantur, eos à  
 nobis non esse pro veris ac legitimis Episcopo-  
 rum Successoribus agnoscendos: id autē potius  
 nostrarum Ecclesiarum Pastoribus esse tribuē-  
 dum, in quorum vocatione ac munere obserua-  
 tur ea quæ ipsi vocationi conueniunt, & reii-  
 ciuntur aliena atque contraria: Cumque visibi-  
 lis Successio in Ecclesia fuerit per multos an-  
 nos

nos interrupta, vt antè dictum est, ad eos qui  
Doctrinæ ac Disciplinæ puritatem, hac nostra  
estate, in Ecclesia primi restituerunt, & quibus  
deinceps nostri Pastores successerunt, Titulum  
legitimæ Successionis multò potius pertinere,  
quam ad eos qui Successionis ipsius verum & à  
Deo institutum ordinem interruperunt atque  
ad eò quotidie interrumpunt.

Hæc habuimus, quæ, ad obiectiones Adver-  
satorum, in hac de Pastorum vocatione & Suc-  
cessione, responderemus.

A 2307759

ERRATA HVIVS TRACTATVS  
sic corrigito.

Pag. 2. line 11. lege Apologi dictum. 3. 9. ouibus; quum.  
3.13. Ecclesiās esse veras Dei Ecclesiās ( quod etiam. &c. 5.  
17. lucere. 15. 26. septuaginta. 17. 28. fuisse profectō obtu-  
fius. 23. 2. de vite. ibi. 19. commendent. 25. 13. recēscat. 26. 28.  
charifima 27. 9. conuersationem. ibi. præstant ad. 28. 20. af-  
fidentibus. 32. 2. fruticantes. ibi. 22. εγέλεθησκεν. 43. 12.  
est(quis enim. &c. dixerit?) & si qui. & c. 47. lin. vlt. Ezechiel  
60. 1. fint. 63. 23. nosfros 64. 18. Ex. 69. 5. animaduertimus.